CHRY. in homi. Nan parua aūt eſt hic demōſtratio virtutis: inopiam facile ferre: ex iuſtis nutriri laboribus colligari inuicē amoris virtute: patrē habere ſecū ⁊ curare. CHRY. ſup mattheū: Eſtimare aūt ꝑmos velociores ad predicandū qꝛ rhetia mittebant: iſtos aūt quaſi pigriores quia adhuc rhetia cōponebant: non ſumꝰ auſi: qꝛ differentiā eorū cognoſcere ſolius eſt chriſti. Forte ergo illi ꝓpter petrū dicti ſunt mittentes rhetia qui predicauit euangeliū: ſed nō cōpoſuit. Iſti aūt ꝓpter iohannē componētes: q euangeliū cōpoſuit. Sequit: Et vocauit eos. Erāt eni habitatione ciues: dilectione cōcordes: artificio pares: fraternitatis coniuncti pietate. Ideo ſimul vocauit eos: ne tot bonis cōiunctos diſſimilis vocatio ſepararet. CHRY. in homi. Vocādo aūt nihil eis ꝓmiſit ſicut prioribus: obediētia eni eorū qui preuenerāt viam eis preparauerat. Sed ⁊ multa de ipſo audierant ſcilȝ tanꝙ familiares ⁊ cōſanguinitate coniūcti. Sequit: Illi aūt reli. rheti. ⁊ patre: ſe. ſunt eum. CHRY. ſuper matth. Tria eni ſūt que relinqre debet qui venit ad chriſtum: actus carnales qui ꝑ rhetia piſcationis ſignificant: ſubſtantiā mundialem que ꝑ nauem: ⁊ parentes qui per patrem. Reliquerūt ergo nauem vt fierēt eccleſiaſtice nauis gubernatores. Reliquerūt rhetia: vt nō piſces afferrent ad ciuitatē terrenā: ſed hoies ad celeſtē. Reliquerūt vnum patrē vt ſpirituales patres oīuȝ fierent. HILA. Eis igitur artem ⁊ patria domū relinquentibꝰ docemur chriſtum ſecuturi ⁊ ſecularis vite ſollicitudine: ⁊ paterne domus conſuetudine nō teneri. REMI. Myſtice aūt per mare deſignatur iſte mundus: ꝓpter amaritudinē ⁊ ⁊ fluctuationē. galilea aūt interpretat̄ volubilis ſiue rota ⁊ ſignificat mundi volubilitatē. Ambulauit igitur ieſus iuxta mare dum ad nos ꝑ incarnationē venit: qꝛ nō carnem peccati: ſed ſimilitudinē carnis peccati ſuſcepit ex virgine. Per duos fratres duo populi deſignant: qui ab vno deo patre creati ſunt: quos vidit quādo eos miſericorditer reſpexit. Per petrū eni qui interpretat̄ agnoſcēs ⁊ dicitur ſimon. i. obediēs: deſignatur iudaicus populus qui per legem deum agnouit: ⁊ preceptis eius obediuit. Per andreā qui interpretat̄ virilis ſiue decorus: intelligitur gentilis populus q poſt agnitionē dei viriliter in fide ꝑmanſit. Nos popul  vocauit quādo predicatores in mundū miſit dicens: Venite poſt me. i. relinqte deceptorem ⁊ ſeqmini creatorē. De vtroqȝ etiam populo facti ſunt hominū piſcatores. i. predicatores. Relictis aūt nauibus. i. carnalibus deſiderijs. Et rhetibꝰ. i. mundi cupiditatibus ſecuti ſūt chriſtum. Per iacobū etiā intelligitur iudaicus populus: qui per cognitionē dei diabolum ſupplantauit: Per ioannē gentilis populus q ſola gratia ſaluatus ē. Zebedeus aūt: quē relinquūt: ⁊ interpretatur fugitiuus ſiue labēs: ſignificat mundū qui tranſit: ⁊ diabolum qui de celis lapſus ē. Per petrū etiam ⁊ andreā mittētes rhetia in mare deſignant illi qui in ꝑma etate dū de naui corporis ſui mittūt rhetia carnalis concupiſcētie in mare huius ſeculi vocant a dño. Per iacobū ⁊ ioannē reficientes rhetia deſignant illi q poſt peccata ante aduerſitates veniūt ad chriſtū recuperantes q ꝑdicauerunt. RABA. Due naues duas ecclīas figurant: eam que ex circūciſione ⁊ eam q ex preputio vocata ē. Quilibet etiam fidelis fit ſimon deo obediēdo: petrus peccatum ſuū agnoſcendo: andreas viriliter labores patiēdo iacobus vitia ſupplantādo. GLO. Et ioannes vt totū gratie dei aſcribat. ⁊ ideo quater tm̄ vocatio ponit: per quos predicatores dei quatuor mundi partibꝰ vocatos ſignetur. HILA. Vel in hoc futurorū euangeliſtarū numerus figuratur. REMI. Per hoc etiā quatuor virtutes principales deſignantur. prudētia enim refert ad petrum ꝓpter diuinā cognitionem: iuſticia ad andreā ꝓpt̄ operū virilitatē: fortitudo ad iacobū ꝓpter diaboli ſupplantationē: temperantia ad ioannē: ꝓpt̄ diuine grē effectum. AVGV. de concor. euange. Sane mouere pōt: quomodo ioānes dicat nō in galilea: ſed iuxta iordanē andream ſecutū eē dñm: cū alio cuius nomen tacet: deinde petrū ab illo nomen accepiſſe. Ceteri aūt tres euangeliſte de piſcatione vocatos eos dicūt ſatis int̄ ſe conuenienter: maxime matthēꝰ ⁊ marcus. nam lucas andreā nō nominat: qui tamē intelligit̄ in eadē naui fuiſſe. Hoc etiā videtur diſtare ꝙ tm̄ petro a dño dictum eſſe cōmemorat lucas: Ex hoc iam hoies eris capiēs. qḋ matthēꝰ ⁊ marcus ambobus dixiſſe narrant. ſed potuit prius petro dici ſm lucā: ⁊ ambobus poſtea ſm alios duos. Sȝ quod de ioāne diximus: diligenter conſiderandū ē: cum ⁊ locorum plurimū interſit ⁊ temporis ⁊ ipſius vocationis. Sed intelligendū eſt petrū ⁊ andreā non ſic vidiſſe dñm iuxta iordanē: vt ei iam inſeparabiliter inhererent: ſed tm̄ cognouiſſe quis eſſet: ⁊ eum miratos ad propria remeaſſe. Forte aūt qḋ pretermiſerat recapitulat: qꝛ ſine vlla cōſequentis temporis differentia dicit: Ambulans aūt iuxta mare. Queri etiā poteſt: quō binos ⁊ binos ſeorſum eos vocauerit: ſicut narrat mattheus ⁊ marcꝰ: cū lucas dicat iacobū ⁊ ioannem tanꝙ ſocios petri ad adiuuandū vocatos fuiſſe: ⁊ ſimul ſubductis ad terrā nauibus chriſtum ſecutos. vnde intelligendum eſt hoc primo eſſe factū quod lucas inſinuat: ⁊ eos ad capturā piſcium ex more remeaſſe. Non eni erat dictū petro ꝙ piſces nū ꝙ eſſet capturus: cum poſt reſurrectionē hoc fecerit: ſed ꝙ homines eſſet capturus: poſtea hoc factum eſt qḋ matheus ⁊ marcus narrat: non eni ſubductis ad terrā nauibus tanꝙ cura redeundi ſecuti ſunt eum: ſed tanꝙ iubentem vt ſequerentur.



**Et circuibat ieſus totam galileam docens in ſynagogis eorū: ⁊ predicans euangeliū regni: ⁊ ſanans omnē languorē ⁊ omnē infirmitatē in populo. Et abijt opinio eius in totā ſyriā: ⁊ obtulerunt ei oēs male habētes varijs lāguoribus ⁊ tormentis cōprehenſos: ⁊ qui demonia habebant ⁊ lunaticos ⁊ paralyticos ⁊ curauit eos. Et ſecuti ſunt eum turbe multe de galilea ⁊ decapoli ⁊ de hieroſolymis ⁊ de iudea ⁊ de trans iordanem.**

CHRY. ſuper mattheū. Omnis rex pugnaturus cōtra aduerſariū prius congregat exercitum ⁊ ſic vadit ad pugnam: ſic ⁊ dñs contra diabolum pugnaturus prius congregauit apoſtolos: ⁊ ſic cepit euangelium predicare vnde ſequit: Et circuibat ieſus. REMI. In quo doctorum vita inſtruitur. Vt enim nō ſint pigri: docent̄ ꝑ hoc quod dicit: circuibat ieſus. CHRY. ſuper mattheū. Quia eni illi vt debiles ad medicū venire non poterant ipſe ſicut ſtudioſus medicus circuibat grauiter egrotantes: ⁊ dñs quidē circuibat ſingulas regiones. Qui autē ſunt vnius regionis paſtores conſiderando debent circuire populi ſingulas paſſiones vt ad remediū paſſiōis eorum aliquod medicamentum in eccleſia proferatur.

REMI. Vt aūt non ſint acceptores perſonarū docentur predicatores ꝑ hoc quod ſubiungitur: Totā galileā. Vt autem vacui non diſcurrāt: docentur per hoc qḋ ſubditur: Docent. Vt aūt nō paucis ſed multis prodeſſe ſtudeant: mouentur per hoc quod ſequitur: In ſynagogis.

CHRY. in homi. Hinc etiam eos erudiebat: ꝙ non eſt deo cōtrarius iudeis predicans ⁊ errorū predicator ſed cōſonans patri aduenit. REMI. Vt aūt non errores neqȝ fabulas ſed ſalutaria predicēt: docetur per hoc ꝙ ſubditur: Predicans euangeliū regni. Diſtat aūt inter docens ⁊ predicās: docēs eni refertur ad preſentia: ꝑdicans ad futura. docebat eni de preſentibꝰ mandatis: ꝑdicabat de futuris promiſſis. CHRY. ſuper mattheū: Vel docebat iuſticias naturales quas. ſ. ratio naturalis docet: vt caſtitatem: humilitatē: ⁊ huiuſmodi: quas per ſeipſos omnes bona eſſe intelligūt de quibꝰ neceſſaria ē doctrina: nō tantū ꝓpter manifeſtationē quātum ꝓpter excitationem cordis. Preualētibus eni delectationibus carnalibus ſcientia iuſticie naturalis quaſi in obliuionē deducta obdormit. Cum ergo cepit doctor reprehendere carnalia mala: eius doctrina nō nouam ſcientiā introducit: ſed oblitam cōmonefacit. Predicabat aūt euangelium ānūciando bona que antiqui manifeſte nec audierant: vt beatitudinem celeſtem: mortuorū reſurrectionē ⁊ huiuſmodi. Vel docebat interpretando prophetias de ipſo. Euangeliū predicabat denūciando in ſe bona futura. REMI. Vt autem doctores doctrinā ſuam virtutibus cōmendare ſtudeant: docent̄ per hoc quod ſubdit: Sanans omnē languorem ⁊ omnē infirmitatē in populo. Infirmitas quidē eſt corporū: languor autem animarum. CHRY. ſuper mattheū: Vel per languorē anime aliquā paſſionē intelligimus: vt auariciā: libidinē: ⁊ huiuſmodi. Per infirmitatē aūt infidelitatem: per quā aliqs infirmatur in fide. Vel ꝑ languores intelligunt̄ grauiores corporis paſſiones: per infirmitates autem leuiores: ſi

cū ſuīs paſſiones corꝑales diuinitatis virtute ſanabat: ſic ſpirituales verbo pietatis. Primo aūt docet ⁊ poſtea ſanat ꝓpter duo. Primo quia premittitur quod magis neceſſariū eſt. verba enī pietatis edificant aīam nō miracula. deinde qꝛ verba ꝑ miracula cōmendant: ⁊ nō econuerſo. CHRY. in homi. Conſiderandū aūt ꝙ vbicūq; legis cuiuſdā introductio fit: ſigna facere de⁹ aſſueuit: pignora ſue virtutis legem tribuēs ſuſcepturus: hoīez enī facturus mūdū creauit: ⁊ tūc illi legē in paradiſo propoſuit: ⁊ quādo noe legem laturus erat: magna ſigna oñdit. Et ſimiliter iudeis legem laturus ꝓdigia oſtēdit: ⁊ tunc legem dedit: ita ⁊ hic ſublimē illā legē introducturus: miraculoꝛū demonſtratione certificat que dicunt. Quoniam enī regnū quod ꝑdicabat nō apparebat: ab apparentibus ſignis ipſū manifeſtauit. GLO. Sed qꝛ predicatoꝛes debent habere bonū teſtimonium ab his ꝗ foris ſunt: ne ſi vita deſpicitur: predicatio contēnat: ſubditur: Et abijt opinio eius in totam ſyriam. RABA. Syria eſt omnis regio ab euphrate vſq; ad mare magnū: a cappadocia vſq; ad egyptum: in qua eſt ꝓuincia paleſtina in qua habitāt iudei. CHRY. in homi. Intende aūt moderationē euangeliſte quia nō vnūquenq; nobis enarrat curatoꝛū: ſed breuibus verbis copioſitatē tranſcurrit ſignoꝛū. vnde ſequit: Et obtulerūt ei omnes male habētes.

REMI. Per quos varias vult itelligi infirmitates: ſꝫ leuioꝛes. Cum vero dicit: Varijs languoꝛib⁹ ⁊ toꝛmentis cōpꝛehenſos: illos vult intelligi de quibus ſubinfert: Et qui demonia habebāt. GLO. Languoꝛ diuturnus eſt toꝛmentum: moꝛbus actus: vt doloꝛ lateris ⁊ huiuſmodi. qui aūt demonia habebāt: ſunt ꝗ a demonibus vexabantur. REMI. Lunatici enī dicti ſunt a luna: que dū menſtruis tēpoꝛibus creſcit ⁊ decreſcit: ipſi vexantur.

HIE. Demones enī obſeruantes lunaria tēpoꝛa creaturarū infamare cupiebant vt in creatoꝛē blaſphemie redundarēt. AVGV. xxij. de ciuitate dei: Illiciunt tamē demones ad habitandū per creaturas: quas nō ipſi: ſed deus condidit delectabilib⁹: ꝓ ſua diuerſitate diuerſis nō vt animalia cibis: ſed vt ſpiritus ſignis: que cuiuſq; delectationi congruūt. RABA. Paralytici aūt ſūt coꝛpoꝛe diſſoluti: paralyſis enī grece latine dicit diſſolutio. Sequitur: Et curauit eos. CHRY. ſuper matth. Cum in quibuſdā locis dicatur: Multos curauit: hic ſimpliciter dicit: Et curauit eos. ſignans ꝙ oēs curauit. Sicut ⁊ nouitius medicus intrans ciuitatē: omnes ad ſe venientes curat: ꝓpter ſuam opinionē cōmendandā. CHRY. in homi. A nullo autē eoꝛum fidē exquiſiuit: qm̄ nondū virtutis ſue demonſtrationē dederat: ⁊ in aduenīendo ⁊ ferendo a longe non paruā oſtenderant fidem. Sequit: Et ſecute ſunt eum turbe multe. RABA. Que quadripartite ſunt: alij ꝓpter celeſte magiſteriū vt diſcipuli: alij ob curationē infirmitatū: alij ſola fama ⁊ curioſitate: volentes experiri an veruꝫ eſſet quod dicebat: alij per inuidiā volentes eum in aliquo capere ⁊ accuſare. Myſtice autē ſyria interpretatur elata: galilea volubilis vel rota. i. diabolus ⁊ mundus qui ⁊ ſuperbus ē: ⁊ ad ima ſemper rotatur: in quo fama chꝛiſti per predicationē inotuit. demoniaci enī ſunt idolatre: lunatici: inſtabiles: paralytici: pigri: ⁊ diſſoluti. GLO. Turbe aūt que ſequūtur dñm ſunt de eccleſia: que ſpiritaliter eſt galilea tranſmigrās ad virtutes. Et decapolis. x. precepta ſeruās: i hieroſolyma ⁊ iudea: quā viſio pacis ⁊ cōfeſſio illuſtrat. Et trans ioꝛdanem qꝛ baptiſmo tranſito terram ꝓmiſſionis intrat.

REMI. Vel ſequūtur dñm de galilea. i. de volubilitate mundi. ⁊ decapoli que ē regio. x. vꝛbiū: ⁊ ſignificat decalogi tranſgreſſoꝛes. Et de hieroſolyma: quia. ſ. pꝛius innoxia pace detinebantur. Et de iudea. i. de cōfeſſione diabolica. Et de trans ioꝛdanem: quia ꝑus erant in paganiſmo conſtituti: ſed tranſeuntes per aquaꝫ baptiſmi venerūt ad chꝛiſtum.

## CAP. V.

**Videns autem ieſus turbas: aſcendit in montem: ⁊ cum ſediſſet acceſſerunt ad eum diſcipuli eius: ⁊ aperiens os ſuum docebat eos dicēs: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſoꝛum eſt regnum celoꝛum.**

CHRY. ſuper matth. Omnis artifex ſm̄ ꝓfeſſionem ſuā oppoꝛtunitatē operis videns gaudet. Carpentarius enī ſi viderit arboꝛē bonam cōcupiſcit eam precidere ad opus artificij ſui. Et ſacerdos cū viderit eccleſiam plenam: gaudet animus eius: ⁊ delectat vt doceat. Sic ⁊ dominus videns magnā congregationē populi: excitatus eſt ad docendū. vnde dicit: Vidēs aūt turbas ieſus aſcēdit in montem. AVGV. de concoꝛ. euāge. Vel hic pōt videri multas turbas vitare voluiſſe: ⁊ ob hoc aſcēdiſſe in montē: vt ſolis diſcipulis loqueret. CHRY. in ho. Per hoc aūt ꝙ non in ciuitate ⁊ foꝛo: ſed in monte ⁊ ſolitudine ſedit: erudiuit nos nihil ad oſtentationē facere: ⁊ a tumultibus abſcedere: ⁊ maxime cū de neceſſarijs diſputare opoꝛteat. REMI. Hic enī ſciendū ē ꝙ tria refugia legitur dñs habuiſſe: nauim: monteꝫ: ⁊ deſertum: ad quoꝛū alterum quotienſcūq; a turbis oppꝛimebat: conſcendebat. HIERO. Nōnulli aūt ſimplicioꝛum fratrū putant dñm ea que ſequuntur in oliueti monte docuiſſe: quod nequaꝙ ita eſt. Ex precedentib⁹ enī ⁊ ſequentibus in galilea mōſtratur locus quē putamus eſſe vel thaboꝛ vel quēlibet alium montem excelſū. CHRY. ſup matheum: Aſcendit autem in montē: pꝛimo ꝗdem vt impleret pꝛophetiaꝫ Eſaie dicentis: Super montē aſcende tu. deinde vt oſtendat quoniā in altitudine ſpiritaliuꝫ virtutum conſiſtere dicitur: qui docet dei iuſticiam parit ⁊ ꝗ audit. nemo enī poteſt in valle ſtare ⁊ de mōte loqui. Si in terra ſtas: de terra loquere. Si aūt de celo loqueris: in celo conſiſte. Vel aſcendit in montē vt oſtendat ꝙ omnis qui vult diſcere myſteria veritatis: in montē eccleſie debet aſcēdere: de quo ꝓpheta: Mons dei: mons pinguis.

HILA. Vel aſcendit in montē quia in paterne maieſtatis celſitudine poſitus celeſtis vite pꝛecepta conſtituit.

AVG. de ſermone dñi in monte: Vel aſcendit in montem: vt ſignificet quia minoꝛa erant pꝛecepta iuſticie: ꝗ a deo data ſunt per ꝓphetas populo iudeoꝛū quem timore adhuc alligari opoꝛtebat. Per filiū autem ſuū maioꝛa ꝓplo quem charitate iam conuenerat liberari. Sequitur: Et cum ſediſſet: acceſſerūt ad eum diſcipuli eius. HIE. Ideo aūt non ſtans: ſed ſedēs loquitur: quia nō poterāt eum intelligere in ſua maieſtate fulgentem. AVGV. de ſermone dñi in monte: Vel ꝙ ſedēs docebat: pertinet ad dignitatem magiſtri. Acceſſerūt autem ad eū diſcipuli eius: vt audiendis verbis illius hi eſſent in coꝛpoꝛe vicinioꝛes: qui pꝛeceptis implendis animo appꝛopinꝗbāt.

RABA. Myſtice aūt ſeſſio dñi incarnatio eius eſt: qꝛ niſi dñs incarnatus eſſet: humanū genus ad eū accedere nō potuiſſet. AVG. de concoꝛ. euange. Mouet aūt ꝙ mattheus in monte dicit hunc habituꝫ eſſe ſermonem a dño ſedente: lucas aūt in loco campeſtri a dño ſtāte. Hec igit diuerſitas facit videri aliū fuiſſe illū: aliū iſtū. Quid enī ꝓhibet chꝛiſtū quedā alibi repetere que ante iā dixerat: aut iterū facere: que ante iam fecerat? Quāꝙ etiā poſſit illud occurrere in aliq̄ excellentioꝛi parte montis: pꝛimo cum ſolis diſcipulis dñm fuiſſe: quando ex eis duodecim elegit: deinde cum eis deſcendiſſe non de monte: ſed de ipſa montis celſitudine in campeſtreꝫ locū. i. in aliquam equalitatem que in latere mōtis erat: ⁊ multos capere poterat: atq; ibi ſtetiſſe donec ad eū turbe congregarentur: ac poſtea cum ſediſſet acceſſiſſe ꝓpinquius diſcipulos eius: atq; ita illis ceteriſq; turbis pꝛeſentibus vnū habuiſſe ſermonem: quē matthe⁹ lucaſq; narrant diuerſo narrandi modo: ſed eadem veritate rerū. GREG. quarto



quarto moꝛa. Sublimia aūt ꝑcepta dño in monte dicturo pꝛemittit: Et aperiēs os ſuū docebat eos qui dudum aperuerat oꝛa ꝓphetarū. REMI. Vbicūq; aūt legitur dñs aperuiſſe os: inſpiciendū ē quia magna ſunt que ſequūtur. AVG. de ſermone dñi in mōte: Vel dicit: Aperiens os ſuū. vt ipſa moꝛa cōmendet aliquāto longioꝛē futurū eē ſermonem. CHRY. in homi. Vel hoc dicit vt diſcas quoniā nūc quidē docebat eos aperiens in loquendo: nūc aūt vocem que eſt ab operibus emittens.

AVG. in ſermone dñi in mōte: Si ꝗs aūt pie ſobꝛieq; cōſiderauerit: inueniet in hoc ſermone quātū ad moꝛes oppoꝛtunos ꝑtinet perfectum ⁊ vite chꝛiſtiane modum vnde ſic ipſe ſermo ꝯcluditur: Oīs qui audit verba mea hec ⁊ facit ea: ſimilabo eū viro ſapienti. AVG. ix. de ciuitate dei: Nulla aūt ē cauſa philoſophandi niſi finis boni. ꝙ aūt beatū facit: ipſe eſt finis boni. Et ideo a beatitudine incipit dicens: Beati pauperes ſpiritu. AVG. in ſermone dñi in monte: Pꝛeſumptio quidē ſpūs audaciā ⁊ ſupbiam ſignificat. vulgo etiam magnū ſpiritū ſuperbi habere dicūtur: ⁊ recte. nam ſpiritus ventus vocat: quis vero neſciat ſupbos inflatos dici quaſi vēto diſtentos. Quapꝛopter recte hic intelligitur: Pauꝑes ſpiritu humiles ⁊ timentes deū. i. nō habētes inflātē ſpm̄. CHRY. in ho. Vel ſpm̄ hic elationē ⁊ animū dicit. ꝙ enī ſūt multi humiles nolētes rerū neceſſitate coacti: nō eſt laus. vñ illos beatificat: qui ſe ex electiōe humiliāt. Ideo aūt hic incipit radicitus euellēs ſupbiā: qꝛ hec fuit radix ⁊ fons malicie vniuerſe: contra quā ponit humilitatē: velut quodam ſtabile fundamentū: qua ſubiecta cū ſtabilitate alia ſupedificant. hac aūt deſtructa: pereūt quecūq; cōgregaueris bona. CHRY. ſup matth. Ideo aūt dixit manifeſte: Beati humiles ſpū. vt ſic humiles oſtendāt: vt ſemꝑ adiutoꝛiū dei ſint meditātes. vñ in greco dicit: Beati mēdici vel egeni. Sunt enī multi naturalit humiles ⁊ nō ex fide qui nō pulſant adiutoꝛiū dei: ſed ſolū qui ſm̄ fidem ſūt humiles. CHRY. in homi. Vel qꝛ pauꝑes ſpū hic dicit foꝛmidantes ⁊ trementes dei iuſſiones: quos dñs ꝑ Eſaiaꝫ cōmēdat. Quid aūt ampli⁹ ꝙ ſimplicit humiles? Humiliū enī hic quidē mediocriter eſt: hic aūt ſupabundant. AVGV. Superbi ergo appetāt regna terraruꝫ: ſed humiliū eſt regnum celoꝛū. CHRY. ſuper matth. Nam ſicut cetera vitia deponunt ad inferos: maxime tn̄ ſupbia: ſic ⁊ oēs virtutes inducūt in regnū celoꝛū: maxime tn̄ humilitas: qꝛ ꝓpꝛiū ē vt qui ſe humiliat: exaltetur.

HIERO. Vel beati pauꝑes ſpiritu: qui. ſ. ꝓpter ſpm̄ ſanctū voluntarie ſūt pauperes. AMBRO. de offi. Inde aūt incipit beatitudo iudicio diuino: vbi erūna eſtimatur humano. GLO. Pauꝑibus aūt in pꝛeſenti cōuenienter ꝓmittūtur diuitie celi.

**Beati mites: quoniā ipſi poſſidebunt terrā.**

AMBRO. ſuper lucā: Cum ſimplicitate ꝯtent⁹ fuero inops: ſupeſt vt moꝛes meos temperē. Quid enī mihi ꝓdeſt carere ſecularibus: niſi fuero mitis? Cōgrue igitur ſequit: Beati mites. AVG. Mites ſūt qui cedūt improbitatib⁹: ⁊ non reſiſtūt in malo: ſed vincunt in bono malum. AMBR. ſuper lucā: Mitiga ergo affectū tuū vt nō iraſcaris: aut certe iratus ne peccaueris. Pꝛeclarū ē enī motum temperare cōſilio: nec minoꝛis virtutis dicitur ꝓhibere iracundiā ꝙ omnino nō iraſci: cū plerūq; iſtud leuius: hoc foꝛti⁹ eſtimet. Rixent igitur immites ⁊ dimicent ꝓ terrenis ⁊ tēpoꝛalibus rebus. Sed beati mites qm̄ ipſi hereditabūt terrā: de qua euelli non poſſunt. illā inquā terrā de qua in pſalmo dī: Poꝛtio mea in terra viuentiū. Significat enī quandā ſtabilitatē hereditatis ꝑpetue: vbi aīa ꝑ bonū affectū tanꝙ loco ſuo requieſcit: ſicut coꝛpus in t̄ra. Et inde cibo ſuo alit: ſicut coꝛp⁹ ex t̄ra: ipſa eſt requies ⁊ vita ſcōꝝ. CHRY. ſup mat. Vel t̄ra hic ſicut ꝗdam dicunt: ꝙ diu ē i hoc ſtatu terra moꝛtuoꝝ ē: qꝛ vanitati ſubiecta eſt. cū aūt liberata fuerit de coꝛruptiōe fit terra viuoꝝ vt moꝛtales hereditēt imoꝛtalē. Alterum exponentē legi quaſi celū in quo habitaturi ſūt ſancti dicat terra viuoꝛū: qđ ꝙtum ad inferioꝛē regionē celū eſt: ꝙtū aūt ad ſuperi⁹ celū dicit terra. Alij dicūt qꝛ coꝛp⁹ noſtrū terra ē: ⁊ ꝙdiu ſubiacet moꝛti: terra ē moꝛtuoꝛū. Cū aūt fuerit cōfoꝛme factū gloꝛie coꝛpis chꝛiſti: erit terra viuoꝛū. HILA. Vel hereditatē terre mitibus dñs pollicetur idest eius coꝛpis qđ ipſe aſſūpſit habitaculū: qꝛ ꝑ māſuetudinē mentis nr̄e habitat chꝛiſt⁹ in nobis: nos ꝗ clarificati coꝛpis eius gloꝛia veſtiemur. CHRY. in homi. Vel alit: chꝛiſtus hic ſpiritalibus ſenſibilia immiſcuit: qm̄ enī eſtimatur qui mitis ē oīa ſua ꝑdere: cōtrariū ꝓmittit dicens: ꝙ cum ſtabilitate ſua poſſidet: qui nō eſt ꝓteru⁹. qui aūt aliter eſt: multotiēs animā ⁊ hereditatē paternā perdit. Quia vero ꝓpheta dixerat: Manſueti hereditabunt terrā: a conſuetis verbis cōtexit ſermonē. GLO. Mites etiam ꝗ ſeipſos poſſederūt: hereditatē patris i futuro poſſidebunt. plus aūt eſt poſſidere terrā: ꝙ hic regnū celoꝛū: multa enī habemus: que ſtati amittimus.

**Beati qui lugent: quoniam ipſi cōſolabunt.**

AMBR. ſuper lucā: Cum hoc feceris: vt. ſ. ſis pauꝑ ⁊ mitis: memēto qꝛ peccatoꝛ es: lugeto pctā. vñ ſequitur Beati qui lugent. Et bene tertia bñdictio ē peccata deflentis: quia trinitas ē: que peccata cōdonat. HILA. Lugētes enī hic dicūtur nō oꝛbitates: aut ꝯtumelias: aut dāna merentes: ſed pctā vetera flentes. CHRY. ſup matth. Et qui ſua ꝗdē peccata lugēt: beati ſūt: ſed mediocrit: beatioꝛes aūt ſunt: qui aliena lugent peccata: tales conuenit eſſe oēs doctoꝛes. HIE. Luctus enī hic non moꝛtuoꝛuꝫ ponit cōmuni lege nature: ſed peccatis ⁊ vitijs moꝛtuoꝛum. Sic fleuit ſamuel ſaulē: ⁊ paulus eos ꝗ poſt imundiciam pniam nō egerūt. GHRY. ſup matth. Cū aūt conſolatio ſit lugentiū: ceſſatio luctus: ꝗ ſua pctā lugent: ꝯſolabunt indulgentiā ꝯſecuti. CHRY. in ho. Et lꝫ talib⁹ ſufficiat venia frui: nō terminat retributionē in peccatoꝝ remiſſionē: ſed ⁊ multaꝝ facit participes cōſolationū: ⁊ hic ⁊ in futuro. Semꝑ enī maioꝛes laboꝛib⁹ de⁹ dat retributiones. CHRY. ſup matth. Qui vō aliena pctā lugent conſolabūtur: qui cū in ſeculo illo ꝓuidentiā cognouerint dei: ⁊ intellexerint: ꝙ ꝗ perierūt non fuerūt dei: de cuius manu nemo rapere pōt: de eis luctu derelicto in ſua beatitudine letabunt. Vel alit: AVG. in ſer. dñi in monte. Luctus ē triſticia de amiſſiōe charoꝛū. Conuerſi aūt ad deū ea que in hoc mūdo chara habebāt amittūt. non enī gaudēt his rebus ꝗb⁹ añ gaudebāt: ⁊ donec fiat in illis amoꝛ eternoꝝ: nōnulla meſticia ſauciant. Cōſolabūtur ḡ ſpū ſcō qui maxime ꝓpterea paraclitus noīatur. i. ꝯſolatoꝛ: vt tꝑalē amittentes eternā leticia ꝑfruāt. Et iō dicit: Qm̄ ipſi ꝯſolabūtur. GLO. Vel ꝑ luctū duo genera cōpunctionis intelligūtur. ſ. ꝓ miſerijs hui⁹ mundi ⁊ ꝓ deſiderio celeſtiū. vñ filia Caleph petiuit irriguū ſuperius ⁊ inferi⁹. huiuſmōi aūt luct⁹ nō hꝫ niſi pauꝑ ⁊ mitis: ꝗ cū mundū non diligat: ꝙ miſer eſt recognoſcit: ⁊ iō celū cōcupiſcit. ꝯuenient ergo lugētibus ꝓmittit conſolatio: vt ꝗ triſtatus eſt in pn̄ti: gaudeat in futuro. Maioꝛ ē aūt retributio lugentis ꝙ pauꝑis ⁊ mitis. plus enī ē gaudere in regno ꝙ hr̄e ⁊ poſſidere: multa enī cū doloꝛe poſſidemus. CHRY. in ho. Notandū aūt ꝙ hāc beatitudinē cum intentiōe quadā ꝓpoſuit: iō non dixit: Qui triſtant: ſed Qui lugēt. in quo etiā ꝑfectiōis ſapientie magiſteriū dedit. Si enī qui filios vel alios defūctos lugent: ſm̄ illud tp̄s non deſiderāt pecuniā nec gl̄iam: nec conuitijs exacuūtur: neq; aliqua alia paſſiōe capiunt: multo magis hec ſeruare debent: qui lugēt ſua peccata.

**Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiaꝫ: quoniā ipſi ſaturabuntur.**

AMBRO. ſup lucã: Poſtq̃ delicta defleui: eſurire ĩcipio ⁊ ſitire iuſticiam. Eger enĩ cũ in graui morbo ẽ: nõ eſurit. vñ ſeqͥt: Beati qui eſuriũt ⁊ ſitiunt iuſticiã. HIE. Nõ nobis ſufficit velle iuſticiã: niſi iuſticie patiamur famẽ: vt ſub hoc exẽplo nunq̃ nos ſatis iuſtos: ſed ſemper eſurire iuſticie opa intelligam⁹. CHRY. ſup mat. Qm̃ omne bonũ qđ nõ ex amore ipſius boni faciũt hoĩes: ingratũ eſt añ deũ. Eſurit aũt iuſticiã qui ſm̃ iuſticiam dei deſiderat cõuerſari. ſitit aũt iuſticiã qui ſciẽtiã eius acquirere cupit. CHRY. in ho. Iuſticiã aũt dicit vel vniuerſalẽ vel particularẽ auaricie ꝯtrariã. Quia enĩ de miſericordia dicturus erat: pmõſtrat qualr̃ miſereri oporteat: qꝛ nõ ex rapina neq̃ ex auaricia. vnde etiã qđ ẽ auaricie ꝓpriũ. ſ. eſurire ⁊ ſitire: iuſticie attribuit. HILA. Sitiẽtibus aũt ⁊ eſurientib⁹ iuſticiã beatitudinẽ tribuit ſignificans extenſam in dei doctrinã ſcõꝝ auiditatẽ: ꝑfecta in celo ſacietate repleri. Et hoc ẽ qđ dicit: Qm̃ ipſi ſaturabũt. CHRY. ſup matth. ſ. largitate remunerantis dei: qm̃ maiora erũt premia dei q̃ ſanctoꝝ deſideria.

AVG. Uel illo cibo ſaturabũtur in p̃ſenti de quo dñs dicit: Meus cibus ẽ: vt faciã voluntatẽ patris mei: qđ ẽ iuſticia. ⁊ illa aq̃ de qua quiſq̃ biberit: fiet ei fons aque ſalientis in vitã eternã. CHRY. in ho. Uel in hoc terrenum premiũ determinat: qꝛ enĩ eſtimatur auaricia abundantes facere: ipſe cõtrariũ dicit: q̃ iuſticia hoc operat. Qui enĩ iuſticiam cupit: omnia cum ſtabilitate habet.

**Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.**

GLO. Iuſticia ⁊ miſericordia ita cõiuncte ſunt vt altera ab altera debeat temperari. iuſticia enĩ ſine miſericordia crudelitas eſt: miſericordia ſine iuſticia diſſolutio. vñ de miſericordia poſt iuſticiã ſubdit dicens: Beati miſericordes. REMI. Miſericors dr̃ quaſi miſerũ habens cor: quia alterius miſeriã quaſi ſuã reputat: ⁊ de malo alterius quaſi de ſuo dolet. HIER. Miſericordia hic nõ ſolũ in elemoſynis intelligitur: ſed in omni peccato facili ſi alter alterius onera portemus. AVG. Beatos autẽ dicit eẽ qui ſubueniũt miſeris: qm̃ eis ita rependitur: vt de miſeria liberent. vñ ſeqͥtur: Qm̃ ipſi miſericordiã ꝯſequentur. HILA. Intantũ enĩ deus beniuolẽtie noſtre in oẽs delectatur affectu: vt ſuã miſericordiã ſit ſolis miſericordibus p̃ſtatus. CHRY. in ho. Uidet aũt eſſe eq̃lis retributio: ſed eſt multo maior: non enĩ ẽ eq̃lis humana miſericordia ⁊ diuina. GLO. Merito ergo miſericordibus miſericordia ĩpendit: vt plus accipiãt q̃ meruiſſent. ⁊ ſicut plus recipit q̃ vltra ſaturitatẽ hꝫ: q̃ ille qui hꝫ tm̃ ad ſaturitatẽ: ſic maior eſt glĩa miſericordie q̃ p̃cedẽtiũ.

**Beati mundo corde: qm̃ ipſi deũ videbunt.**

AMBR. Qui miſericordiã defert miſericordiã amittit: niſi mũdo corde miſereat. Nã ſi iactantiã q̃rit: null⁹ ẽ fructus. vñ ſeqͥtur: Beati mũdo corde. GLO. Cõueniẽter aũt ſexto loco ponit cordis mũdicia: qꝛ ſexto die hõ ꝯditus ẽ ad imaginẽ dei: q̃ quidẽ obtenebrata erat in homine ꝑ culpã ſed in imũdis cordib⁹ reformat ꝑ grãꝫ. Merito aũt poſt p̃dicta ſeqͥtur: qꝛ niſi illa p̃cedãt mundũ cor in hoĩe nõ creat. CHRY. in ho. Mũdos aũt h̃ ait vel eos q̃ vniuerſalẽ virtutẽ poſſidẽt: ⁊ nulli⁹ ſibi malicie cõſcij ſunt: vel eos q̃ in tẽperantia ꝯſiſtũt: que maxĩe neceſſaria ẽ ad videndũ deum: ſm̃ illud pauli: Pacẽ ꝑſeq̃mini cũ oĩbus ⁊ ſanctimoniã: ſine q̃ nemo videbit deũ. Quia enĩ multi miſerentur q̃dẽ: ſꝫ ĩpudica agũt: mõſtrãs q̃ nõ ſufficit p̃mũ. ſ. miſereri: hoc de mũdicia appoſuit. HIE. Mũdus aũt deus a mũdo corde conſpicit. Tẽplũ. n. dei non põt aũt olluũi. Et hoc ẽ quod dr̃: Qm̃ ipſi deũ videbũt. CHRY. ſup matth. Qui. n. oẽm iuſticiã facit ⁊ cogitat: mente ſua deũ videt: qm̃ iuſticia figura ẽ dei: de⁹. n. iuſticia ẽ. Secũdũ ergo q̃ aliq̃s eripuerit ſe a malis ⁊ fecerit bona: ſm̃ hoc deũ videt aut parũ aut ampli⁹ aut interdum aut ſemꝑ ſm̃ poſſibilitatẽ humanã. In ſeculo aũt illo mũdi corde deũ videbunt facie ad faciẽ: nõ in ſpeculo ⁊ in enigmate ſicut hĩc. AVG. in ſer. dñi in mõte. Stulti aũt ſunt qui deũ videre iſtis exteriorib⁹ oculis q̃runt: cũ corde videat: ſicut alibi ſcriptũ ẽ: In ſimplicitate cordis querite illũ: hoc enĩ eſt ſimplex cor qđ mundũ cor.

AVG. xxij. de ciui. dei: Si aũt tantũ poterũt in corpore ſpirituali oculi etiã ipſi ſpirituales q̃tũ pñt iſti q̃les nunc habemus: ꝓculdubio per eos deus videri non poterit.

AVG. in p̃mo de trini. Hec aũt viſio merces ẽ fidei: cui mercedi ꝑ fidẽ corda mũdant: ſicut ſcriptũ ẽ: Mũdans fide corda eorũ. hoc aũt ꝓbatur illa maxĩe ſnĩa: Bti mundo corde: qm̃ ipſe deũ videbunt. AVG. ſup ge. ad lr̃aꝫ Nemo aũt videns deũ viuit vita iſta: qua mortalr̃ viuit ⁊ iſtis ſenſibus corꝑis. Sed niſi ab hac vita quiſq̃ fũditus moriatur: ſiue oĩno exiens de corpe: ſiue ita alienatus a carnalib⁹ ſenſibus vt merito neſciat: ſicͥ ait apl̃s: vtruꝫ in corpore an extra corp⁹ ſit: non in illã ſubuehit viſionem.

GLO. Maiorẽ aũt remunerationẽ iſti habẽt q̃ p̃mi ſicut qui in curia regis non ſolum prandet: ſed etiam faciem regis videt.

**Beati pacifici: quoniã filij dei vocabuntur.**

AMBR. ſup lucã: Cum interiora tua vacua feceris ab omni labe pctĩ: ne diſſenſiões ꝯtentioneſq̃ ex affectu tuo ꝓdeant: a te pacẽ incipe: vt ſic pacem alijs feras. vñ ſequit: Beati pacifici. AVG. xix. de ciui. dei: Eſt aũt pax tranq̃llitas ordinis. Ordo aũt eſt pariũ diſpariũq̃ ſua loca tribuens diſpoſitio. Sicut aũt nemo ẽ qui gaudẽ nolit ita nemo eſt q̃ pacẽ habere nolit: q̃nquidẽ ipſi qui bella volunt: nihil aliud q̃ ad glĩoſã pacẽ cupiunt bellãdo ꝑuenire. HIER. Pacifici aũt dicunt beati q̃ p̃mũ ĩ corde ſuo: deinde ⁊ inter fratres diſſidentes faciũt pacẽ. Quid enĩ ꝓdeſt alios ꝑ te pacari: cũ in tua aĩa ſint bella vitiorũ.

AVG. in ſer. dñi in monte: Pacifici aũt in ſemetipſis ſunt: q̃ oẽs animi ſui motus cõponentes ⁊ ſubijcientes rõni carnaleſq̃ ꝯcupiſcentias habẽtes edomitas fiũt regnum dei: in quo ita ordinata ſũt omnia: vt qđ ẽ in hoĩe p̃cipuũ ⁊ excellens: ĩperet ceteris reluctãtib⁹ que ſũt nobis beſtijſq̃ cõmunia: atq̃ idipſuꝫ qđ excellit in hoĩe. i. mens ⁊ rõ ſubijciat potiori qđ eſt ipſa veritas filius dei. Neq̃ enĩ imperare inferiorib⁹ põt: niſi ſuperioribus ſubijciatur. Et hec eſt pax q̃ datur in terra hoĩbus bone volũtatis. AVG. in li. retrac. Non tm̃ cuiq̃ ꝓuenire poteſt in hac vita vt lex repugnans legi mẽtis oĩno non ſit in mẽbris. Sꝫ hoc nunc pacifici agunt domando cõcupiſcentias carnis: vt ad pacẽ pleniſſimã q̃nq̃ veniat. CHRY. ſup matt. Pacifici aũt ad alios ſunt: nõ ſolũ q̃ inimicos in pace reconciliãt: ſed etiam illi qui imemores maloruꝫ diligũt pacem. Pax enĩ illa beata eſt q̃ in corde poſita ẽ. non tm̃ in verbis. Qui aũt pacem diligũt: filij ſũt pacis.

HILA. Pacificorũ aũt beatitudo adoptiõis ẽ merces. Et ideo dr̃: Qm̃ filij dei vocabũt. Parẽs enĩ omniũ deus noſter ẽ: neq̃ aliter tranſire in nũcupationẽ familie eius licebit: niſi fraterne inuicẽ charitatis pace viuamus.

CHRY. in ho. Uel qꝛ pacifici dicunt qui nec litigant: nec odiũt ad inuicẽ: ſed ⁊ cõgregãt litigãtes recte filij dei vocant: qꝛ vnigeniti hoc eſt opus congregare diſperſa: ⁊ pacificare ꝯtra ſe ꝓliantia. AVG. Uel qꝛ in pace perfectio eſt vbi nihil repugnat pacifici filij dei dicunt: qm̃ nihil reſiſtit deo. Et vtiq̃ filij dei ſimilitudinẽ pacis debent habere. GLO. Maximã ergo dignitatẽ habent pacifici: ſicut q̃ fili⁹ regis dr̃ in domo regia ſũmus ẽ. Septimo aũt loco btĩtudo hec ponitur: qꝛ in ſabbato vere requiei dabitur pax: ſex etatibus tranſactis.

**Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiaꝫ: qm̃ ipſorum eſt regnum celorum.**



CHRY. in ho. Poſita pacificoꝝ beatitudine ne aliq̃s exiſtimaret q̃ ſemꝑ pacẽ ſibi querere ſit bonum: ſubdit: Beati qui ꝑſecutionẽ patiunt ꝓpter iuſticiã. hoc ẽ ꝓpter virtutẽ: ꝓpter defenſionẽ alioꝝ: ꝓpter pietatẽ. Iuſticiam enĩ cõſueuit ꝓ omni virtute sic ponere. AVG. in ſer. dñi in monte: Pace enĩ intrinſecus cõſtituta ac firmata: quaſcũq̃ ꝑſecutiões ille q̃ foras miſſus ẽ forinſecus ꝯcitauerit: augerit: auget glĩam que ſm̃ deũ ẽ. HIERO. Signãter aũt addidit: Propter iuſticiã. Multi. n. ꝓpter ſua pctã ꝑſecutionẽ patiunt: ⁊ nõ ſũt iuſti. Simulq̃ conſidera q̃ octaua vere circũciſiõis beatitudo martyrio terminet. CHRY. ſup matth. Non aũt dixit: Beati qui a gentilib⁹ ꝑſecutionẽ patiũtur: ne putes illũ ſoluꝫ beatũ q̃ ꝑſecutionẽ patitur ꝓpter idola nõ colẽda: ideo ⁊ ab hereticis ꝑſecutionẽ patiens ꝓpt veritatẽ non relinquendã beatus ẽ: qꝛ ꝓpter iuſticiã patitur. Sed ⁊ ſi q̃s ex potentibus q̃ chriſtiani vident: forſitan ꝓpt ſua pctã correct⁹ a te fuerit te ꝑſecutus: btũs es cũ Ioanne baptiſta. Si enĩ verũ eſt q̃ ꝓphete martyres ſũt qui a ſuis occiſi ſũt: ſine dubio qui ꝓpter cauſã dei aliq̃d patit: etſi a ſuis patitur mercedẽ martyrij hꝫ. Et ideo nõ poſuit ſcriptura ꝑſonas ꝑſequentiũ: ſed ſolã cãm ꝑſecutiõis: vt nõ aſpicias: quis te ꝑſequit: ſed ꝓpt quid. HILA. Sic ẽ ad poſtremum eos in btĩtudine numerat: q̃bus oĩa ꝓ chriſto pati q̃ iuſticia ẽ pronus affectus ẽ. His igr̃ ⁊ regnũ ſeruat: qꝛ in ꝯtẽptu ſeculi ſũt pauꝑes ſpũ. vñ dicit: Qm̃ ipſoꝝ ẽ regnũ celoruꝫ. Uel octaua btĩtudo tanq̃ ad caput redit: qꝛ conſũmatũ ꝑfectũq̃ oñdit ⁊ ꝓbat. Itaq̃ ĩ p̃ma ⁊ ĩ octaua noĩatum eſt regnũ celorũ. ſeptẽ enĩ ſũt que ꝑficiũt: naꝫ octaua clarificat: ⁊ ꝑfectũ demonſtrat: ⁊ ꝑ hos gradus ꝑficiant ⁊ ceteri: tanq̃ accipiatur rurſus exordiũ. AMBRO. ſup lucã: Uel aliter: Primũ regnũ celoꝝ ſcis p̃poſituꝫ eſt in abſolutiõe corpis: ſecundũ p⁹ reſurrectionẽ eẽ cũ chriſto. Poſt reſurrectionẽ tuã: terrã incipies tuã poſſidẽ abſolutus a morte: ⁊ in ipſa poſſeſſiõe ꝯſolationem repies. Cõſolationẽ ſeq̃tur delectatio: delectationẽ diuina miſeratio: Cui aũt miſeret dñs ⁊ vocat: ⁊ ſic vocat⁹ videt vocantẽ. Qui aũt deũ viderit: in ius diuie generatiõis aſſumitur: ⁊ tũc demũ q̃ſi dei filius celeſtis regni diuitijs delectat. Ille igr̃ incipit: hic replet. CHRY. ĩ ho. Ne aũt mireris ſi ſm̃ vnãquãq̃ btĩtudinẽ regnũ non audis: quia cũ dicit: Cõſolabunt: miſericordiã cõſequẽt ⁊ cetera huiuſmodi. Per hec vniuerſa nihil aliud q̃ regnũ celoꝝ occulte inſinuat: vt nihil ſenſibile expectes. Neq̃ enĩ btũs eſt q̃ in his coronat: que cũ pñti vita diſcedũt. AVG. Diligent̃ aũt attẽdend⁹ ẽ numer⁹ harũ ſnĩarũ. his enĩ ſeptem gradib⁹ ꝯgruit opatio ſpũſſci ſeptiformis quã eſaias deſcribit. ſed ille a ſũmo: hic ab imo: qꝛ ibi docet fili⁹ dei ad ima deſcenſurus: hic hõ de imis ad ſimilitudinẽ dei aſcenſur⁹. In his p̃us eſt timor q̃ cõgruit hoĩb⁹ humilib⁹: de q̃bus dr̃: Bti pauꝑes ſpũ. i. non alta ſapiẽtes: ſed timẽtes. Secũda ẽ pietas: que cõuenit mitib⁹: q̃ eniꝫ pie querit: honorat: nõ rep̃hendit: non reſiſtit: qđ ẽ mitem fieri. Tertia ẽ ſcĩa que cõuenit lugentib⁹: q̃ didicerũt q̃b⁹ malis nũc vincti ſunt: q̃ q̃ſi bona petierũt. Quarta q̃ eſt fortitudo cõgruit eſurientib⁹ ⁊ ſitientib⁹: qꝛ deſiderãtes gaudiũ de veris bonis laborãt: a terrenis cupiẽtes auerti. Quinta cõſiliũ ꝯuenit miſericordib⁹: qꝛ vnicum remediũ eſt de tãtis malis erui: dimittere alijs ⁊ dare. Sexta eſt intellectus: ⁊ cõuenit mũdis corde: q̃ purgato oculo pñt videre qđ ocul⁹ nõ vidit. Septima ẽ ſapiẽtia: que cõuenit pacificis: in q̃bus nullus motus ẽ rebellis: ſꝫ obtẽperant ſpiritui. Unũ aũt p̃miũ qđ eſt regnuꝫ celoꝝ varie noĩatũ eſt. In p̃mo ſicͥ oportebat poſitũ ẽ regnũ celoruꝫ qđ eſt ꝑfecte ſapientie initiũ: ac ſi diceret: Initiũ ſapie timor dñi. Mitibus hereditas tanq̃ teſtm̃ p̃ris cũ pietate querentibus. Lugentib⁹ cõſolatio tanq̃ ſcientib⁹ q̃d amiſerũt: ⁊ in q̃bus merſi ſũt. Eſurientib⁹ ſaturitas tanq̃ refectio laborantibus ad ſalutẽ. Miſericordib⁹ miſericordia tanq̃ optimo ꝯſilio vtentib⁹: vt hoc eis exhibeat: qđ exhibent. Mũdis corde facultas videndi deũ tanq̃ purũ oculũ ad intelligenda eterna gerentib⁹. Pacificis dei ſimilitudinẽ. Et iſta quidẽ in hac vita pñt cõpleri: ſicut cõpleta eẽ in apoſtolis credimus. nã quod poſt hãc vitã ꝓmittitur: nullis verbis exponi poteſt.

**Beati eſtis cum maledixerint vobis hoĩes ⁊ perſecuti vos fuerint: ⁊ dixerint omne malũ aduerſũ vos mentiẽtes ꝓpter me. Gaudete ⁊ exultate: quoniã merces veſtra copioſa eſt in celis. Sic enĩ ꝑſecuti ſunt ꝓphetas qui fuerũt ante uos.**

RABA. Superiores ſnĩas generalr̃ digerebat: iã incipit loqui pñtes compellãs: predicẽs eis ꝑſecutiones quas pro noĩe eius paſſuri erãt dicẽs: Beati eſtis cũ maledixerint vo. ho. ⁊ ꝑſe. vos fuerit. ⁊ dix. oẽ malũ aduer. vos. AVG. Queri aũt põt quid interſit qđ ait: Cũ vobis maledicẽt: ⁊ dicent omne maluꝫ: cũ maledicere hoc ſit malũ dicere: Sed alr̃ eſt maledictũ iactatũ cũ ꝯtumelia corã illo q̃ maledicit: aliter cũ abſentis fama leditur. Perſeq̃ aũt ẽ vim iferre vel inſidijs appetere. CHRY. ſup matth. Si aũt verũ eſt: qm̃ q̃ calicẽ aque porrexerit: merces eius nõ perit: cõſequẽter q̃ vel vni⁹ leuiſſimi verbi iniuriã fuerit paſſus: vacu⁹ nõ erit a mercede. Ut aũt blaſphematus ſit btũs: duo ꝯuenire debẽt: vt ⁊ mendaciter blaſphemet: ⁊ ꝓpter deũ: alioq̃n ſi vnũ defuerit: nõ ẽ beatitudinis merces. Et iõ dicit: Mẽtiẽtes ꝓpter me.

AVG. Qđ ꝓpter illos adiũ puto q̃ volũt de ꝑſecutionibus ⁊ de fama ſue turpitudinis gloriari: ⁊ iõ dicere ad ſe ꝑtinere chriſtũ: q̃ multa de illis dicũtur mala: cũ ⁊ vera dicant qñ ⁊ de errore illoꝝ dicunt. etſi aliq̃n falſa iactant: nõ tm̃ ꝓpter chriſtũ iſta patiũt. GRE. ſup ezechielem: Quid aũt poterit obeſſe ſi hoĩes vobis derogent: ⁊ ſola vos ꝯſcĩa defẽdat: Sꝫ tm̃ linguas detrahẽtiũ ſicͥ noſtro ſtudio nõ debemus excitare ne ipſi pereãt: ita ꝑ ſuã maliciã excitatas debemus equanimr̃ tolerare: vt nobis meritũꝫ creſcat. vñ ⁊ hic dr̃: Gaudete ⁊ exultate qm̃ merces veſtra copioſa ẽ in celis. GLO. Gaudete mẽte quidẽ: ⁊ exultate corpe: qꝛ merces veſtra nõ tm̃ magna ẽ ſicut aliorũ: ſed copioſa eſt in celis. AVG. Non hic celos puto dici ſuperiores p̃tes huius viſibilis mũdi: nõ. n. merces veſtra in rebus viſibilib⁹ collocanda ẽ: ſꝫ ĩ celis dictũ puto in ſpiritalib⁹ firmamẽtis vbi habitat ſempiterna iuſticia. Sentiũt ẽ iã iſtã mercedẽ q̃ gaudẽt ſpiritalib⁹: ſed ex oĩ ꝑte ꝑficiet: cũ mortale hoc iduerit imortalitatẽ.

HIE. Gaudere igitur ⁊ exultare debem⁹ vt merces nobis in celeſtib⁹ p̃paret. hoc qui vanã ſectat glĩaꝫ iplẽ nõ põt. CHRY. ſup matth. Quia q̃tũ aliq̃s letat de laude hoĩuꝫ: tãtũ de vituꝑatiõe triſtat. q̃ võ glĩaꝫ ꝯcupiſcis ĩ celo: obprobria nõ timeas in terris. GRE. ſup ezechielẽ: Aliq̃n tm̃ detractores debem⁹ cõpeſcẽ: nedũ de nob̃ mala diſſeminãt eoꝝ q̃ audire nos ad bona poterãt corda inocentiũ corrũpant. GLO. Nõ ſolũ aũt p̃mio ſed etiã exẽplo eos ad patientiã ꝓuocat: cũ ſubdit: Sic enĩ ꝑſecuti ſũt ꝓphas q̃ fuerũt añ vos. REMI. Magnã. n. ꝯſolationẽ accipit hõ in tribulatiõe poſit⁹: duꝫ recordat paſſiones aliorũ a q̃b⁹ exẽplũ patiẽtie accipit: ac ſi dicẽt Mementote qꝛ illi⁹ vos eſtis apl̃i: cui⁹ ⁊ illi fuerũt ꝓphe.

CHRY. in ho. Sil̃r ⁊ inſinuat coeq̃litatẽ ſui honoris ad patrẽ: ac ſi dicat: Sicͥ illi ꝓpt patreꝫ ita ⁊ vos ꝓpt me patiemi. Cũ etiã dixit ꝓphas q̃ fuerũt añ vos: monſtrat ⁊ ipſos ꝓphas iã factos. AVG. Perſecutionẽ aũt hic generalr̃ poſuit: ⁊ in maledictis: ⁊ in laceratiõe fame.

**Uos eſtis ſal terre. Qđ ſi ſal euanuerit: ĩ quo ſalietur? Ad nihilum valet vltra: niſi vt mittat foras: ⁊ conculcetur ab hominibus.**

CHRY. in ho. Quia excelſa p̃cepta diſcipulis dedc

rat: vt nō dicerēt: q̄liter poterimꝰ ea ſeruare: eos laudibꝰ mitigat dicēs Uos eſtis ſal terre. In quo mōſtrat ꝙ neceſſario hec iniūgit. nō eni ꝓ veſtra vita aut ꝓ vna gente: ſz ꝓ vniuerſo mūdo vos mitto. ⁊ ſi alios mordētes male audiatis gaudete: hoc eni eſt opꝰ ſalis: mollia mordicare: q̄re alioꝝ maledictio nihil vobis nocet: ſz ē teſtis vſe vtuti. HILA. Eſt hic ꝓprietas q̄rēda dictoꝝ: quā apoſtolorū officiū ⁊ ipſius ſalis nā mōſtrabit. hoc igit̄ i oēm vſū hūani generis effectū incorruptionē corpibꝰ qbꝰ fuerit aſperſū impartit: ⁊ ad oēm ſenſū ↄditi ſaporis aptiſſimū ē. Apli aūt ſūt rerū celeſtiū p̄dicatores: ⁊ eternitatis velut ſatores: merito ſal terre nūcupati: q ꝑ vtutē doctrine q̄ſi ſaliētes eternitati corpa ſeruāt. REMI. Sal etiā ꝑ aquā ⁊ ardorē ſolis ⁊ ꝑ flatū venti in naturā alterā cōmutat̄: ſic ⁊ aplici viri ꝑ aquā baptiſmi ⁊ ardorē dilectionis ⁊ flatū ſpūſſci in ſpiritalē regenerationē cōmutati ſūt. Sapiētia etiā celeſtis ꝑ aplos p̄dicata exiccat humores carnaliū operū: aufert fetorē: ⁊ putredinē male ↄuerſationis: ⁊ vermē libidinoſe cogitatiōis: ⁊ illū de quo dicit̄ propheta: Uermis eoꝝ nō morit̄. REMI. Sūt apli ſal terre. i. hoīuz terrenoꝝ q amādo terrā trā vocāt̄. HIER. Uel apli ſal tre appellant̄: q per illos vniuerſuz hoīuz ↄditur genus. CHRY. ſup matth. Doctor. n. cū fuerit oibus p̄dictis vtutibꝰ ornatus: tūc ē q̄ſi optimū ſal ⁊ totꝰ ppl's de illo cōdit̄: vidēdo eum ⁊ audiēdo. REMI. Et ſciendū q nullū ſacrificiū offerebat̄ deo i veteri teſtamēto niſi prius cōdiret̄ ſale: q nullus pōt laudabile ſacrificiū deo offerre abſq ſapore celeſtis ſapie. HILA. Uerū q cōuerſiōi hō ſubiacet: iō aplos ſal tre nūcupatos monet in tradite ſibi ptātis virtute ꝑſiſtere: cum ſubdit: Qȝ ſi ſal euanuerit: in quo ſalliet̄? HIER. i. ſi doctor errauerit quo alio doctore emēdabitur? AVG. Et ſi vos ꝑ quos ↄdiēdi ſūt ppli metu ꝑſecutionū tpaliū: amiſeritis regna celorum: q erūt hoies per quos vobis error auferatur? Alia lr̄a hȝ: Si ſal infatuatū fuerit oñdens fatuos eē iudicādos q tpaliū bonorū vel copiā ſectātes vel inopiā metuētes amittūt eterna: q nec dari pñt ab hoibꝰ nec auferri. HILA. Si aūt doctores infatuati nil ſalliāt: ⁊ ipſi ſenſu accepti ſaporis amiſſo viuificare nō pñt corrupta reddūt inutiles. vñ ſeqtur: Ad nihi. va. vltra niſi vt mit. fo. ⁊ ↄcul. ab hoibꝰ. HIER. Exēplū de agricultura ſcriptū ē. Sal. eni vt in ↄdimentū ciboꝝ ⁊ ad ſiccādas carnes neceſſariū ē: ita aliū vſū nō hȝ. Certe legimꝰ in ſcripturis vrbes q̄ſdā ira victoꝝ ſale ſeminatas vt germē nullū in ipſis oriret̄. GLO. Poſtq̄ ḡ illi qui capita ſūt aliorū defecerint nulli vſui apti ſūt: niſi ad hoc vt mittant̄ foras ab officio docēdi. HILA. Uel etiā de eccl'ie promptuarijs ꝓiecti pedibꝰ incedentiū ↄterant̄. AVG. Non aūt calcat̄ ab hoibus: q patit̄ ꝑſecutionē: ſed q ꝑſecutionē timēdo infatuat̄. Calcari eni nō pōt niſi inferior. inferior aūt nō eſt: q q̄uis corpe multa in terra ſuſtineat: corde tñ in celo fixus eſt.

**Uos eſtis lux mūdi. Non pōt ciuitas abſcōdi ſupra montē poſita: neq3 accēdūt lucernā ⁊ ponūt eā ſub modio: ſz ſup candelabrū: vt luceat oībus q in domo ſūt. Sic luceat lux veſtra corā hominibus vt videant opera veſtra bona: ⁊ glorificent patrem veſtrum qui in celis eſt.**

CHRY ſup matth. Sicut doctores ꝓpt̄ bonā cōuerſationē ſūt ſal quo ppl's cōdit̄: ita ꝓpter vbū doctrine ſūt lux qua ignorātes illumināt̄. prius aūt ē bñ viuere: q̄ bñ docere: ⁊ iō poſtq̄ aplos dixerat ſal: ↄñter vocat eos lucem dicēs: Uos eſtis lux mūdi. Uel q ſal in eo ſtatu tenet rē ne ad deteriꝰ mutet̄: lux aūt ad meliꝰ ꝑducit illuſtrādo: ꝓpter qȯ apli dicti ſūt prius ſal ꝓpt̄ iudeos: ⁊ ꝓpt̄ populū chriſtianū a qbus deꝰ cognoſcit̄: quos ſeruāt in dei ſcīa: lux aūt ꝓpter gētes q̄s ad ſcie lumē ꝑducūt. AVG. Oportet aūt hic mūdū nō celū ⁊ terrā: ſz hoies q ſūt in mūdo intelligi: vel q diligūt mūdū: qbꝰ illuminādis apli miſſi ſūt. HILA. Natura eni lumis ē vt lucez quocūq circūferat̄ emittat: illatūq edibꝰ tenebras interimat: luce illumināte. Igit̄ mūdus extra cognitionē dei poſitꝰ obſcurus: tenebat̄ ignorātie tenebris: cui ꝑ aplos ſcie lumē inuehit̄: ⁊ cognitio dei claret: ⁊ de paruis eorū corpuſculis quocūq inceſſerint: lux tenebris miniſtratur. REMI. Sic aūt ſol dirigit radios ſuos: ita ⁊ dñs q ē ſol iuſticie direxit aplos ſuos ad effugādas hūani generis tenebras. CHRY. in ho. Intellige aūt ꝙ magna eis ꝓmittit: vt q in regiōe ꝓpria cogniti nō erāt: ad fines orbis terrarū eoꝝ veniret fama: nec ꝑſecutiōes q̄s p̄dixerat eos poterūt occultare: ſed ꝓpter hoc magis preclari reddūtur. HIER. Ne aūt apli abſcōdāt̄ ob metū: ſz tota libertate ſe ꝓdāt: docet eos fiduciā p̄dicādi: cū ↄñt dicit: Nō pōt ciui. abſcō. ſupra mō. poſita. CHRY. in ho. Per hoc etiā eos docet eſſe ſollicitos de ꝓpria vita q̄ſi in oculis omniū poſitos: ſic ciuitas q̄ ē ſupra montē poſita: vel lucerna ſupra candelabrū lucēs. CHRY. ſup matt. Hec aūt ciuitas eccl'ia ſcōꝝ ē: de q̄ dr̄: Glorioſa dicta ſūt de te ciuitas. Ciues eiꝰ ſūt oēs fideles: de qbꝰ apl's: Uos eſtis ciues ſcōꝝ. Hec ḡ ciuitas poſita ē ſupra montē chriſtum: de quo daniel: Lapis abſciſus ſine manibꝰ factꝰ ē mons magnꝰ. AVG. Uel poſita ē ſupra mōtē. i. ſupra magnā iuſticiā quā ſignificat mōs in q diſputat dñs. CHRY. ſuper matth. Non pōt ergo ciuitas abſcōdi poſita ſupra montē etiā ſi ipſa voluerit. Mons. n. q eā portat facit eā oibus manifeſtā: ſic ⁊ apoſtoli ⁊ ſacerdotes q fūdati ſūt in chriſto nō pñt eē abſconditi: etiā ſi voluerit: q chriſtꝰ eos manifeſtat. HILA. Uel ciuitatē carnē quā aſſūpſerat nuncupat q in eo ꝑ naturā ſuſcepti corpis: quedam humani generis ↄgregatio cōtinetur: ⁊ nos ꝑ ↄſortiū carnis ſue ſumus habitatio ciuitatis. Abſcōdi ergo nō pōt: quia in altitudine poſitꝰ celſitudinis dei: admiratiōe operum ſuoꝝ offert omnibꝰ contēplandus. CHRY. ſup matth. Quare aūt ſanctos ſuos chriſtꝰ manifeſtet: ⁊ non ſinat eos eē abſconditos per alterā ↄparationē oñdit: cū ſubdit: Neq accē. lucer. ⁊ po. eā ſub mo. ſed ſupra cādelabrū. CHRY. in ho. Uel per hoc qȯ dixit: Nō pōt ciuitas abſcon. demōſtrauit ſuā virtutē. In hoc aūt qȯ ſubdit: Neq accē. lucer. eos inducit ad liberā p̄dicationez: ac ſi diceret: Ego q dē lucernā accendi: vr̄ aūt erit ſtudiū eā manere ardentē: nō ſolū ꝓpter vos ſed ꝓpter alios q illuminabūt: ſed ⁊ ꝓpter gloriam dei. CHRY. ſuper matth. Lucerna ē verbū diuinū de quo dictū ē: Lucerna pedibus meis verbū tuum. Accendētes lucernā ſunt pr̄ ⁊ filius ⁊ ſpūſſcūs. AVG. Quid aūt putamꝰ dictū eē Exponūt eā ſub modio: vt occultatio tm̄ lucerne accipienda ſit: tanq̄ ſi diceret: Nemo accendit lucernā ⁊ occultat eam: an aliqd etiā modius ſignificat: vt hoc ſit ponere lucernam ſub modio: ſuperiora facere corpis cōmoda q̄ p̄dicationē veritati. Sub modio ergo lucernā ponit quiſq̄s lucē doctrine bone cōmodis tēporalibus obſcurat ⁊ tegit. Et bene modiꝰ dr̄ res corporalis ſiue ꝓpt̄ retributionē mēſure: q ea quiſq̄s recipit q̄ geſſit in corpe ſiue q tēporalia bona q̄ corpe peragūtur circa dierꝝ mēſuram quā ſignificat modius inchoant̄ ⁊ trāſeunt: eterna vero ſpiritalia nullo tali fine coercent̄. Super cādelabrū aūt lucernā ponit: q corpus ſuū miniſterio vbi ſubijcit: vt ſuperior ſit predicatio vitatis: ⁊ inferior ſeruitus corporis. per ipſā. n. corporis ſeruitutē excelſior lucet doctrina: dum per vocē ⁊ ceteros corpis motus bonis opibus inſinuatur diſcētibꝰ. CHRY. ſup mat. Uel modij ſūt homīes mūdiales: qm̄ ſic modij deſup qdē vacui ſūt ſubtus aūt pleni: ſic oēs mundi amatores in rebus ſpiritalibus inſenſati ſunt: in terrenis autem ſapiētes. ⁊ ideo quaſi modius verbū dei tenet abſconditū: qñ ꝓpt̄ aliquā cauſā terrenam verbū dei non eſt auſus palam ꝓloqui: nec fidei



veritatē. Cādelabrū eſt eccleſia que baiulat verbū vite: ⁊ oīs eccliaſticus vir. HILA. Uel ſynagogaz dñs modio cōparauit q ſuſceptos fructꝰ intra ſe tm̄ receptās certū diuerſe obſeruātie ↄtinebat. AMBRO ſup lucā: Et iō nemo fidē ſuā intra mēſurā legis includat: ſz ad eccliam cōferat: in q ſeptiformi ſpūs relucet grā. BEDA in ho. Uel ipſe xp̄s accēdit lucernā: q teſtā humane nature flāma ſue diuinitatis īpleuit: quā nec credētibus abſcōdē: nec modio ſupponere: hoc ē ſub mēſura legis includere: vel viniꝰ gētis terminos noluit cohibere. Candelabrū eccliam dicit: cui lucernā ſuppoſuit: q nr̄is i frontibus fidē ſue incarnatiōis affixit. HILA. Uel lucerna xp̄i ponit̄ in cādelabrū. i. in ligno ꝑ paſſionē ſuſpēſa: q̄ lumē eternū ē in eccl'ia habitātibꝰ p̄bitura: Et iō dicit: Ut luceat oibus q in domo ſūt. AVG. Siq̄s. n. domuz vult accipe eccleſiā: nō ē abſurdū. Uel domus ē ipſe mūdus ꝓpt̄ id qȯ ſupius ait: Uos eſtis lux mūdi. HILA. Tali etiā lumine monet fulgere aplos: vt ex admiratiōe opis eoꝝ deo laus ipartiat̄. vñ ſeqtur: Sic luceat lux veſtra corā hoibus: vt videāt opa vr̄a bona. CHRY. ſup mat. i. ſic illuiate docētes: vt nō vr̄a tm̄ audiant vba ſz vt opa videāt vt quos illuminaueris ꝑ vbū q̄ſi lux cōdiatis ꝑ exēplū quaſi ſales. Per illos aūt doctores q docēt ⁊ faciūt magnificat̄ deus: nā diſciplina dñi ex moribꝰ familie demonſtrat̄. Et iō ſeqt: Et glo. pa. ve. q i ce. ē.

AVG. Si tm̄mō diceret: Ut videāt opa vr̄a bona. finē ↄſtituiſſe videret̄ in laudibꝰ hominū: q̄s querūt hypocrite: ſed addidit: Et glorificēt patrez vr̄m q in celis ē: vt hoc ipſū qȯ hō ꝑ bona opa placet hominibus: nō ibi finē cōſtituat: ſz referat ad laudē dei: ⁊ ꝓpterea placet hominibus: vt in illo glorificet̄ deus. HILA. Nō ꝙ ab hoibus oporteat gloriā q̄rere: ſz vt diſſimulantibus nobis opꝰ noſtrū hīs int̄ q̄s viuimꝰ: i honorē dei eluceat.

**Nolite autē putare: quoniā veni ſoluere legē aut ꝓphetas. Non veni ſoluere ſz adiplere. Amē quippe dico vobis: donec tranſeat celū ⁊ terra: iotha vnuz aut apex vnus non preteribit a lege: donec omnia fiāt. Qui ergo ſoluerit vnū de mādatis iſtis minimis ⁊ docuerit ſic hoīes: minimus vocabitur in regno celoruz: qui autē fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.**

mittunt: opibus aūt oñdunt: ⁊ cōtra eos q̄ magna ꝓmit-
tunt: nihil aūt ſm̄ ꝓmiſſionē ſuā agunt. HIE. Sciendū
eſt aūt in veris exemplaribus nō haberi nouiſſimuꝫ ſed
primū: vt ꝓprio iudicio cōdemnent. Si aūt nouiſſimum
voluerimus legere vt quidē hn̄t manifeſta ē interpretatio
vt dicimus intelligere quidē veritatem iudeos: tergiuer
ſari ⁊ nolle dicere q̄d ſentiūt: ſicut ad baptiſmū ioannis
ſcientes eē de celo dicere noluerunt. CHRY. ſup mat.
Eoꝝ autem iudiciū dn̄s abundanter cōfirmat. vn̄ ſequit᷑
Dixit illis ieſus: Amē dico vobis: q2 publicani ⁊ meretri
ces p̄cedūt vos in regno dei: ac ſi dicat: Nō ſolū popul9
gentium melior ē vobis: ſed ēt publicani ⁊ meretrices.
RABA. Pōt autem regnum dei euangeliuꝫ vel eccleſia
pn̄s intelligi: in quo gentes iudeos precedunt: q2 citius
credere voluerunt. ORIG. Per hoc autem non exclu-
ditur quin iudei aliquando intrent in regnū dei: ſed cum
plenitudo gentiū intrauerit: tunc omnis iſrael ſaluus fiet
CHRY. ſuper matth. Puto autem ꝙ ex perſona oium
virorum peccatorū publicani ponuntur: ⁊ ex pſona oiuꝫ
mulierū peccatricū meretrices: q2 auaricia p̄cipue i viris
abundat: fornicatio autem in mulieribus. Mulier enim
in quiete ſedet incluſa: fornicatio autem maxime ex ocio
naſcitur. vir autem quoniam in actibus reꝝ diuerſarum
eſt aſſidue auaricie peccatum facile incurrit: in fornicati-
onem autē non facile: niſi multum ſit laſciuus. naꝫ occu-
patio viriliū ſollicitudinum: voluptatem pleruncqꝫ exclu
dit. vnde ꝓprium eſt hoc adoleſcentium nihil agentium
Conſequenter exponit cauſam eius quod dixerat dicēs
Venit enim ioannes ad vos in via iuſticie: ⁊ non credidi
ſtis ei. RABA. Viam iuſticie ioannes predicans venit
quia chriſtum qui cōſumatio legis eſt digito monſtrauit.
CHRY. ſuper matth. Vel venit in via iuſticie ſic ma-
nifeſte vt conuerſatio ei9 venerabilis peccatoꝝ corda cō
cuteret. vnde ſequitur: Publicani auteꝫ ⁊ meretrices cre
diderunt ei. Conſidera quomodo conuerſatio bona pre
dicatoris predicationi preſtet virtutem vt etiam indomi
ta domet corda. Sequitur: Vos autē videntes nec pniaꝫ
habuiſtis poſtea vt crederetis ei. ac ſi diceret: Illi fecerūt
quod maius eſt credendo. Iſti autem neqꝫ pniaꝫ fecerūt
quod minus eſt. In hac autem expoſitione quā ſm̄ mul-
torum expoſitioneꝫ tractauimus aliquid mihi videtur
eſſe contrarium. Si enim duo filij iudei ⁊ gentes intelligē
di ſunt: poſtꝙ ſacerdotes interrogati reſponderunt prio
rem filium patris voluntatem feciſſe: concludens chriſt9
parabolam. ſic debuit dicere: Amen dico vobis: q2 gen-
tes precedūt vos in regnum dei. Nunc autem dicit quia
publicani ⁊ meretrices precedent vos i regnū dei: quod
magis popularium hominum oſtendit cōditionē ꝙ gen-
tium: niſi forte intelligamus vt prius dictū eſt. In tantuꝫ
gentium populus magis placet deo ꝙ vos: vt etiam pu-
blicani ⁊ meretrices ſint acceptabiliores deo ꝙ vos.
HIERO. Unde alij putāt non gentilium ⁊ iudeorum
eſſe parabolam: ſed ſimpliciter peccatoꝝ ⁊ iuſtorū: eo ꝙ
illi quidē per mala opera deo ſeruire negauerāt: poſtea
pnie baptiſmum acceperant a ioanne. Pharisei autē qui
iuſticiā preferebant ⁊ legē dei ſe facere iactabant: ioannis
contēpto



contempto baptiſmate eius p̄cepta nō fecerūt. CHR.
ſuper matth. Hoc autē ideo introducit: q2 ſacerdotes nō
diſcendi cauſa: ſed temtandi interrogauerāt: In qua ptāte
hoc facis? Multi aūt ex populis crediderāt: ⁊ ideo intro
ducit parabolā duoꝝ filioꝝ oñdens eis p eā: q2 meliores
ſūt ſeculares q̄ a principio ſecularē ꝓfitent vitā ꝙ ſacer-
dotes: q̄ a principio ꝓfitent deo ſuire: qm̄ populares q̄
dē aliqn̄ ꝯpuncti ꝯuertunt ad deū: ſacerdotes aūt ipeniti
biles ꝯſtituti: nūꝙ deſinūt peccare i deū. Prior. n. fili9 po
pul9 ē. nō. n. ppls ē pp ſacerdotes: ſꝫ ſacerdotes pp pplꝫ.

**Aliam parabolā audite: Homo erat paterfami
lias qui plantauit vineā: ⁊ ſepē circūdedit ei ⁊ fo-
dit in ea torcular: ⁊ edificauit turrim: ⁊ locauit eā
agricolis: ⁊ peregre profectus ē. Cum aūt tp̄s fru
ctuuꝫ appropinquaſſet miſit ſeruos ſuos ad agri
colas vt acciperent fructus eius. Et agricole ap-
prehenſis ſeruis eius: alium ceciderūt: alium occi
derūt: alium vero lapidauerunt. Iterū miſit alios
ſeruos plures prioribus: ⁊ fecerunt illis ſimiliter.
Nouiſſime aūt miſit ad eos filiū ſuū dicēs: Vere-
buntur forte filium meū. Agricole aūt videntes fi
lium: dixerūt inter ſe: Hic ē heres: venite occida-
mus eū: ⁊ habebimus hereditatē eius. Et appre-
henſum eū eiecerūt extra vineā: ⁊ occiderūt. Cum
ergo venerit dn̄s vinee quid faciet agricolis illis?
Aiunt illi: Malos male perdet ⁊ vineā ſuaꝫ loca
bit alijs agricolis: qui reddāt ei fructū temporib9
ſuis. Dicit illis ieſus: Nūq̄ legiſtis in ſcripturis
Lapidē quē reprobauerunt edificantes hic eſt fa
ctus in caput anguli. A dn̄o factum ē iſtud: ⁊ ē mi
rabile in oculis noſtris. Ideo dico vobis q2 auſe
retur a vobis regnuꝫ dei: ⁊ dabitur gēti facienti fru
ctus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidē iſtum con
fringetur: ſup quē vero ceciderit: cōteret euꝫ.**

CHRY. in ho. Poſt priorē parabolā aliā ponit vt oñ-
dat eoꝝ accuſatōeꝫ eſſe maiorē ⁊ venia indignā. vnde di
citur: Aliā parabolā au. Homo erat pa. qui planta. vine
am. ORIGE. Homo paterfamilias deus ē q̄ dr̄ homo i
quibuſdā parabolis: ſicut ſi pater cū paruulo filio ſuo lo-
quatur infantilia vt deſcendat ad verba filij ſui ⁊ inſtruat
eū. CHRY. ſuper matth. Homo autem dicitur nomi-
ne non natura: ſimilitudine non veritate: preſcius enim fi
lius q2 propter appellationē humani nominis quaſi hō
purus fuerit blaſphemandus: etiam deum patrē inuiſibi
lem hominem appellauit: qui angelorum ⁊ hominū natu
ra dominus eſt beniuolentia pater. HIE. Plantauit aūt
vineā. de qua. Iſa. loquitur vinea domini Sabaoth do
mus iſrael eſt. Sequitur: Et ſepem circundedit ei: vel mu
rum vrbis vel angeloꝝ auxilia. CHRY. ſup matth.
Vel per ſepem intellige cuſtodiam patrum iuſtorum qui
tanꝙ murus facti ſunt populo iſrael. ORIGE. Vel cu
ſtodia dei fuit ſepes ipſius: torcular aūt locus libationū
de quo ſequitur: Et fodit in ea torcular. HIE. Altare. ſ.
aut torcularia illa quoꝝ titulo tres pſalmi pnotant᷑: octa-
uus: octogeſimus: octogeſimuſtertius. ſ. martyres. HI-
LA. Vel ꝓphetas quaſi quedā torcularia aptauit i quos
muſti modo quedā vbertas ſpūſſancti feruentis influeret
CHRY. ſup matth. Vel torcular eſt verbum dei quod
cruciat hominē contradicēte carnis natura. Sequitur: Et
edificauit turrim. HIE. ideſt templum de quo dicitur p
Micheā: Et tu turris nebuloſa filie ſyon. HILA. Vel i
turre eminentiā legis extruxit: que ⁊ in celū ex ſolo egreſ
ſu ꝓueheret ⁊ ex qua ſpeculari chriſti poſſet aduēt9. Se
quitur: Et locauit eā agricolis. CHRY. ſup matth. Qñ
ſcilicet per legē conſtituti ſunt ſacerdotes ⁊ leuite: ⁊ ꝓcu-
ratione regendi populū ſuſceperunt. Sicut auteꝫ colon9
q̄uis de ſuo munere obtulerit dn̄o: nō ſic eū placat ſicut
ſi de vinea eius redditus ei obtulerit: ſic ⁊ ſacerdos non
tantum pp ſuam iuſticiam placet deo q̄o ſi populū dei
in ſanctitate docuerit: qm̄ ipſius iuſticia vna eſt: populi
auteꝫ multiplex. Sequitur: Et peregre pfectus eſt. HIE.
Non loci mutatione nec eni deus alicubi abeſſe pōt quo
complent oia: ſed abire videtur a vinea: vt vinitoribus li
berum operandi arbitriuꝫ derelinquat. CHRY. in ho.
Vel peregre profectus eſt: cū longanimitatem habuit nō
ſemper eoꝝ peccatis penaꝫ inducens. ORIGE. Vel q2
dn̄s qui fuerat cuꝫ illis in nube diei ⁊ in columna ignis p
noctem: nequaꝙ poſtea ſimiliter apparuit illis. In iſaia
ergo iudaicus populus vinea noiatur: ⁊ ꝯminatio patris
familias cōtra vineam fit. In euangelio aūt vinea nō cul
patur: ſed eius coloni. ſed forte in euangelio vinea eſt re-
gnum dei. i. doctrina que ſcripturis inſerta ē ſcientie: vi-
ta autē irreprehenſibilis hominuꝫ: ē vinee fructus. Litte
ra aūt ſcripture ē vinee ſepes circūpoſita vt nō videātur
ab his qui foris ſunt fructus qui ſunt in abſconſo. ꝓfun-
ditas aūt eloquioꝝ dei eſt vinee torcular: in quod q̄ pro
fecerunt de eloquijs dei: infundūt ſtudia ſua quaſi fruct9
Turris autem edificata ē verbū de ipſo deo ⁊ de diſpē-
ſationibus chriſti hanc vineam tradidit colonis. i. popu
lo ante nos: tam ſacerdotibus ꝙ laicis. Et peregre profe
ctus eſt: ad ſuaꝫ proſpectionem dans occaſionē colonis
Appropinquat aūt tp̄s fructuum ⁊ ſm̄ vnū quēqꝫ ⁊ gene
raliter populo vniuerſo. Primum enim vite tp̄s ē ſm̄ in
fantiam: ⁊ tunc nihil vinea oñdit: niſi tm̄ hn̄s in ſe vita-
lem virtutē: cum autem inceperit poſſe loqui tempus eſt
generationis. Quantuꝫ aūt ꝓficit anima pueri ⁊ tantum
vinea. i. verbum dei. ⁊ poſt profectū vinea operatur fru-
ctum maturum charitatis ⁊ gaudij ⁊ pacis ⁊ huiuſmodi.
Sed ⁊ populo qui acceperunt legem per moyſen tp̄s fru
ctuum appropinquat aliquando. vn̄ ſequitur: Cum autē
tempus fruc. appro. miſit ſuos ſuos ad agri. vt acci. fru.
eius. RABA. Unde tp̄s fructuum poſuit non ꝓuentuū
nullus enim eſt fructus populi contumacis. CHRY. in
ho. Seruos dicit prophetas: qui offerunt quaſi ſacerdo-
tes domini populi fructus ⁊ obedientie oñſionē p opera
Hi aūt nō ſolum malicia potiti ſunt in non dando fructū
ſed etiam in indignando ad eos qui venerunt ⁊ ſanguine
manus impleuerunt. vnde ſequitur: Agri. auteꝫ app. ſer.
eius: ali. ceci. ali. occi. alium vero lapi. HIE. Ceciderunt
quidem vt hieremiam: occiderūt vt iſaiam: lapidauerūt
vt naboth ⁊ zachariam quem interfecerūt inter templuꝫ ⁊
altare. CHRY. ſup mat. Per ſingulos autē gradus ma-
licie: dei miſericordia addebatur: ⁊ per ſingulos gradus
diuine miſericordie malicia iudeorum creſcebat ⁊ ſic cō
tra dei clementiaꝫ malignitas humana certabat. vnde ſe
quitur. Iterum miſit alios ſeruos plu. p̄o. ⁊ fe. illis ſimi-
liter. HILA. Miſſi aūt plures prioribus illud tp̄s deſi
gnat quo poſt ſingulorum ꝓphetarū p̄dicationem: pluri
mus ſimul numerus prophetantiū emiſſus ē. RABA.
Vel primi ſerui qui miſſi ſunt: ipſe legifer moyſes intelli
gitur: ⁊ aaron primus ſacerdos dei: quos ceſos flagello
lingue vacuos emiſerūt. alios aūt ſeruos ꝓphetarū cho
rus intellige. HILA. In filio autē ad vltimum miſſo do
mini noſtri aduentus ſignificat᷑. Sequit᷑ eniꝫ: No. aūt mi.
ad eos fi. ſuum. CHRY. in ho. Quare aūt non cōfeſtim
miſit: vt ex his q̄ ad alios fecerant: ſeipſos accuſarent: ⁊
furorem dimittentes verecūdarentur ꝓpter filium adue-
nientem. vnde ſequit᷑: Vere. fi. meū. CHRY. Hunc autē
miſit nō quaſi ad obnoxios pene ſniam baiulantem: ſed
pnie veniam miſit eniꝫ eos confundere nō punire. HIE.
Quod autem dicit: Vere. fi. meum. non de ignorantia ve
nit. Quid eniꝫ neſciat paterfamilias q̄ hoc loco deus in-

telligitur ſed ſemper ābigere de⁹ dicitur vt libera volūtas hōi reſeruetur. CRHY. in ho. Uel hoc dicit annuncians quid fieri debebat: qm̄ oportebat eos verecundari: per hoc. n. vult oſtendere peccatū eorum magnū ꝛ oī excuſatione ꝓuatū. ORIGE. Uel illud quod ait: Uerebūtur filiū meum: videtur impletū in illis iudeis qui intelligentes chriſtū crediderūt in eū. Hoc aūt qd̄ ſequit̄. Agricole autē videntes filiū: dixerunt inter ſe: hic ē heres: venite occidamus eum. in illis impletū ē: qui videntes chriſtum: ꝛ cognoſcentes filium dei: nihilominus crucifixerunt eum. HIE. Interrogemus Arriū ꝛ Eunomiū: Ecce pater dicitur ignorare: quicquid pro patre riderint: hoc intelligant de filio: qui ſe dicit ignorare conſummationis diē. CHRY. ſup mat. Dicūt autē quidā: qꝛ poſt incarnationē: dictus eſt chriſtus filius ex baptiſmo: ſicut ceteri ſancti: quos ex hoc loco conuincit dn̄s. vbi dicit: Mittam filium meū. Qñ ergo adhuc cogitabat ad tranſmittendū filiū poſt ꝓphetas: iam filius erat deinde ſi eo mō dī filius ſicut oēs ſancti ad quos factū ē verbū dei debuit ꝛ ꝓphetas dicere filios ſicut ꝛ chriſtū: aut ꝛ xp̄ꝫ ſeruū dicere ſicut ꝛ ceteros ꝓphetas. HIE. Per hoc autem qd̄ dicunt: Hic eſt heres manifeſte dominus probat iudeoꝝ principes: non per ignorantiam: ſed per inuidiam dei filium crucifixiſſe. Intellexerunt enim eum eſſe illū cui pater per prophetam dicit: Poſtula a me ꝛ dabo tibi gentes hereditatem tuam. Hereditas quippe filio ſancta eccleſia data ē: quam nō moriens pater illi reliquit: ſed ipſe ſua morte mirabiliter acquiſiuit. CHRY. ſuper matth. Tamen poſtq̄ introiuit in templū ꝛ vendentes animalia que ad ſacrificium pertinebant foras eiecit: tūc precipue cogitauerunt eum occidere. vnde dicunt: Uenite occidamus eum: Dicebant enim intra ſe: Neceſſe ē vt populus per iſtum dimittat conſuetudinem hoſtiarum que ad noſtrum pertinent lucrum: ꝛ acquieſcat offerre ſacrificium iuſticie quod ad gloriam pertineat dei: ꝛ ſic iam non erit populus iſte poſſeſſio noſtra: ſed dei. Si autem occiderimus eum: dum non eſt qui iuſticie fructū a populo querat: ſemper durabit conſuetudo offerendarum hoſtiarū ꝛ ſic populus iſte erit noſtra poſſeſſio. ꝛ hoc ē quod ſeqtur: Et noſtra erit hereditas: hec eſt cogitatio communis omnium ſacerdotum carnalium: qui nō ſunt ſolliciti qūo viuat populus ſine peccato: ſed aſpiciant quid in eccleſia offeratur: ꝛ hoc eſtimāt ſacerdotij ſui lucrum. RABA. Uel hereditatem occiſo eo preripere moliebantur iudei cum fidē que per eū eſt extinguere: ꝛ ſuā magis que ex lege eſt iuſticiā preferre ac gentibus imbuendis conabātur inſerere. Sequitur: Et apprehenſum eū eiecerūt extra vineam ꝛ occiderunt. HILA. Chriſtus enim extra hieruſalem tanq̄ extra uineam in ſententiam damnationis abiectus eſt. ORIGE. Uel quod dicit: Eiecerūt extra vineā Tale mihi videtur q̄tum ad ſe alienum eum eſſe iudicauerunt a vinea ꝛ colonis. Sequit̄: Cū ergo venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis. HIE. Interrogat quidem eos dominus: non ꝙ ignoret quid reſpōſuri ſint ſed vt propria rn̄ſione damnentur. Sequitur: Aiunt illi: Malos male perdet: ꝛ vineam ſuam locabit alijs agricolis. CHRY. ſup matth. Qd̄ autē verum reſponderunt non eſt illorum qui iuſte iudicauerūt: ſed ipſius cauſe: veritas enim ipſis violentiam fecit. ORIGE. Sicut enim cayphas: ſic ꝛ iſti nō ex ſe prophetauerunt contra ſe: qm̄ tollenda ab eis erat eloquia dei ꝛ danda gentibus fructū in tempore daturis: vel dominus quē occiderunt ſtatī venit reſurgens a mortuis: ꝛ malos quidē colonos male perdidit: alijs autem colonis. i. apoſtolis vineam ſuā conſignauit. i. eis qui ex iudaico populo crediderunt. AVG. de con. euan. Marcus autē hoc ab ipſis non reſponſum cōmemorat: ſed dominum hoc conſequēter locutū poſt interrogationē ipſum ſibi quodāmodo reſpondiſſe. Sed facile pōt intelligi vel illoꝝ vocē ita ſubiectā vt non interponeretur: illi reſponderunt: ſed tamen intelligeretur: aut ideo rn̄ſionē iſtam domino potius attributam: qꝛ cū verum dixerunt: etiam de illis hoc ipſe reſpōdeat qui veritas eſt. CHRY. in ho. Uel non eſt contradictionis ꝛ enim vtraq; facta ſunt: qꝛ. ſ. ꝛ ipſi primo hoc reſponderunt: ꝛ poſtea dominus intrauit. AVG. de con. euan. Sed illud magis mouet ꝙ lucas non ſolū eos hoc reſpondiſſe non dicit: verū etiā contrariā retuliſſe reſponſionem. Ita enī narrat: Quo audito ſententia ex ore domini prolata dixerunt: Abſit. Reſtat ergo vt intelligamus in plebe que audiebat quoſdā reſpondiſſe quod mattheus cōmemorat: quoſdā vero illud quod lucas dicit. i. abſit Nec moueat ꝙ mattheus principes ſacerdotum ꝛ ſeniores populi dixit acceſſiſſe ad dn̄ꝫ. ꝛ ſic ſine interpoſitione alicuius perſone ſermo contexitur: vſq; ad hoc ꝙ de locata agricolis vinea cōmemoratur. Poteſt enī putari oīa hec cū principibus ſacerdotū locutum fuiſſe: ſꝫ mattheus breuitatis cauſa tacuit quod lucas non tacuit: parabolā ſcilicet iſtā non ad eos ſolos dictā q̄ de poteſtate interrogauerant: ſed ad plebē in qua erant qui dicerent: perdet illos ꝛ vineā ſuā dabit alijs: que vox recte etiam ipſius domini fuiſſe intelligitur: ſiue propter veritatē: ſiue propter membroꝝ eius cū capite vnitatem. Erant etiam qui talia reſpondentibus dicerent: Abſit. qꝛ intelligebāt contra ſeipſos parabolam eſſe dictam. CHRY. ſuper matthe. Uel aliter: Lucas quidem ſm̄ reſponſionem oris eorū narrauit: Mattheus autem ſm̄ reſponſionē cordis nam vere viſibiliter quidem in facie contradixerunt dicētes: Abſit. In conſcientia autem ſuſceperunt dicentes. Malos male perdet. Sicut cum homo deprehenſus fuerit in malo: verbis quidem excuſat: intus autem eius conſcientia recognoſcit. CHRY. in ho. Uel aliter: Dominus propter hoc eis parabolam propoſuit vt ipſi non intelligentes contra ſe ſententiā proferrent: ſicut ꝛ ad dauid dictum eſt per nathan. rurſus autē intelligentes que dicta ſunt contra ſe eſſe dixerunt: Abſit. RABA. Moraliter autem cuiq; vinea locatur colenda cum baptiſmi myſterium datur: ꝙ operando exerceat. Mittitur ſeruus vnus alter ꝛ tertius cum lex pſalmus prophetia legitur: quorum monita bene operetur. Sed miſſus ceditur: eijcitur cum ſermo contemnitur: vel quod peius eſt blaſphematur. Heredem quantum ad ſe occidit qui filiū dei cōculcauerit ꝛ ſpiritui gratie contumeliam fecerit. Perdito malo cultore vinea alijs datur: cum donum gratie quod ſuperbus ſpreuerit humilis accipit. CHR. ſuper mat. Deinde quaſi non acquieſcentibus illis teſtimonium ſcripture inducit. Sequitur enim dicit illis ieſus: Nunquam legiſtis in ſcripturis: Lapidē quem reprobauerūt ideſt ſi parabolā meā non intelligitis: vel iſtā ſcripturā cognoſcatis. HIE. Uarijs autē parabolis res eedem conteruntur. quos enim ſupra operarios ꝛ agricolas appellauit: nunc edificatores ideſt cementarios vocat. CHRYSOSTI. in ho. Lapidem autē chriſtū vocat: edificatores autem doctores iudeorum qui chriſtū reprobauerūt dicentes: Hic non eſt a deo. RABA. Sed illis nolentibus idē lapis caput anguli firmauit: qꝛ de vtroq; populo: quotquot ipſe voluit ſua fide coniunxit. vnde ſequitur Hic factus ē in caput anguli. HILA. Eſt enī caput anguli factus: qꝛ eſt inter legem ꝛ gentes lateris vtriuſq; cōiunctio. CHRY. in ho. Deinde vt diſcāt qm̄ nihil eoꝝ que fiebant: deo contrariū erat. ſubdit: A domino factū eſt. ORI. i. iſte lapis donū ē donatū a deo edificio vniuerſo: ꝛ admirabile caput i oculis noſtris q̄ poſſumus eū videre oculis mentis. CHR. ſuper matth. Quaſi diceret: Quare nō intelligitis in cuius edificij angulo ponendus ē ille lapis: nō in noſtro qñ reprobatus ē: ſed in alio Si aūt aliud edificiū eſt futuꝝ: ergo noſtra edificatio eſt contemnēda vnde ſubdit: Ideo dico vobis: qꝛ auferetur a vobis regnū dei: ꝛ dabitur gentibus facientib⁹ fructū eius.



ORI. Regnū dei dicit myſteria regni dei. i. diuinas ſcripturas quas tradidit dominus: primo quidē populo illi priori cui credita ſunt eloquia dei: ſecundo aūt gentibus facientibus fructum: nemini enim datur verbum dei niſi facienti fructum de eo: ꝛ nemini in quo peccatum regnat datur regnum dei: quomodo ergo illis datū eſt: a quo ꝛ ablatum eſt? Sed conſidera quomodo quod datur: intelligitur gratis datū. Quibus ergo locauit nō omnino quaſi electis ꝛ fidelibus dedit. quibus aūt donauit cū iudicio electionis donauit. CHRY. ſup mat. Lapis autem dicitur chriſtus: non ſolū propter firmitatem: ſed etiā quia eſt inimicorū magna confractio. vnde ſequitur: Et qui ceciderit ſuper lapidē iſtum. HIERO. Qui peccator eſt ꝛ tamen in illum credit: cadit quidē ſup lapidē ꝛ confringitur: ſed non omnino conteritur. Reſeruatur enim per patientiā ad ſalutem: ſuper quem vero ille ceciderit: hic eſt cui lapis ille irruerit: ꝛ qui chriſtum penitus negauerit: ſic cōteret eum vt nec teſta quidem remaneat in qua hauriatur aque puſillum. CHRY. ſuper matthe. Aliud eſt enī cōfringi: ꝛ aliud comminui: de eo enim quod confringitur: aliquid remanet. quod autē cōminuitur quaſi in puluerem conuertitur. quod autem cadit ad lapidē non frangitur ſm̄ ꝙ eſt lapidis virtus: ſed inquantū fortiter cadit: aut propter pondus ſuū: aut propter altitudinē caſus: ſic ꝛ chriſtianus peccans: non tantū perit quantū pōt perdere chriſtus: ſed quantū ipſe ſe perdit per opera ſua: aut propter magnitudinē peccati: aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantū quantū poteſt eos perdere chriſtus. CHRY. in ho. Uel hic duas perditiones eorū oſtendit: vnā ab eo ꝙ offenderunt ꝛ ſcandalizati ſūt: quam deſignat dicens: Qui ceciderit ſuper lapidē. aliā in captiuitate eis ſuperuentura: quā manifeſtat dicens: Super quē vero ceciderit. AVGV. de que. euange. Uel de his dicit qui cadūt ſuper eum qui illū modo cōtemnunt vel iniurijs afficiūt Ideo nondū penitus intereūt. ſed tamē ꝯfringunt vt nō recti ambulent ſuper quos cadet: cū veniat deſuper in iudicio cū pena ꝑditionis: Id dixit: Cōteret eos: vt ſint impij tanq̄ puluis quē proijcit ventus a facie terre.

Et cum audiſſent principes ſacerdotum ꝛ phariſei parabolas eius: cognouerunt ꝙ de ipſis diceret. Et querētes eū tenere timuerūt turbas quoniam ſicut prophetam eum habebant.

HIERO. Quanuis duro corde iudei propter incredulitatē eſſent: tamen intelligebant contra ſe omnes domini ſententias dirigi. vnde dicitur: Et cum audiſſent prin. ſacerd. ꝛ phari. parabo. eius: cogno. ꝙ de ipſis diceret. CHRY. ſuper matth. Hec eſt autem differentia bonorum hominum ꝛ malorū. Bonus enī comprehenſus in peccato: gemit quia peccauit: malus autem fremit: nō qꝛ peccauit: ſed qꝛ comprehenſus eſt in peccato: ꝛ non ſolū penitentiam non agit: ſed magis aduerſus corripientem iraſcitur. vnde ꝛ iſti comprehenſi: magis ad maliciā ſunt excitati. Sequitur enim: Et querentes tenere eum timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant. ORIGE. Sapiunt quidem aliquid de eo quod verū eſt prophetam eum eſtimantes: non autem magnitudinem eius intelligunt ſm̄ quod erat filius dei. Turbas autem ſic ſapiētes de eo: ꝛ paratas pro eo pugnare timent principes: neq; ad eorum ſcientiam pertingere poſſunt: nihil dignum ſentientes de eo. Deinde ſciendum ē: quoniā volentium ieſum tenere differentia ē. Aliter enim principes ꝛ phariſei querebant eum tenere: aliter ſponſa que dicit: Tenui eum: nec dimittam. adhuc enim tentura melius ſicut dicit: Aſcendam in palmam ꝛ tenebo altitudinē eius Omnes enī non recte ſapientes de diuinitate tenere volunt ieſum ꝛ perdere eum. Et alia quidē verba preter verbū chriſti poſſibile eſt comprehendere ꝛ tenere. Uerbū autem veritatis nemo poteſt cōprehendere. i. intelligere neq; tenere. i. cōuincere: neq; ſeparare a ſenſu credentiū neq; mortificare. i. deſtruere. CHRY. ſup matthe. Oīs etiam homo malus quantū ad voluntatem ſuā ꝛ manus mittit in deum ꝛ occidit eum. Qui enim precepta dei cōculcat: qui murmurat contra deum: ꝛ turbato vultu aſpicit celum: nonne ſi fieri potuiſſet manus mitteret in deū ꝛ occideret eum: vt tam licenter peccaret. RABA. Sꝫ tamen ꝙ timent mittere manum in ieſum propter turbā quotidie in eccleſia geritur: cum quilibet ſolo noīe frater fidei ꝛ pacis vnitatē quā nō diligit: ꝓpter bonos cohabitantes vel erubeſcit impugnare vel timet. CA. XXII.

ET reſpondens ieſus dixit iterū i parabolis eis dicens. Simile factum ē regnū celorum homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: ꝛ nolebant venire. Iterū miſit alios ſeruos dicens: Dicite inuitatis: Ecce prādiū meū paraui: tauri mei ꝛ altilia occiſa ſūt: ꝛ oīa parata: venite ad nuptias Illi aūt neglexerūt: ꝛ abierunt: ali⁹ i villam ſuā: ali⁹ vero ad negociationē ſuam. Reliqui vero tenuerūt ſeruos ei⁹: ꝛ ꝯtumelijs affectos occiderūt. Rex aūt cū audiſſet irat⁹ ē: ꝛ miſſis exercitibus ſuis ꝑdidit homicidas illos: ꝛ ciuitatē illoꝝ ſuccēdit. Tūc ait ſeruis ſuis: Nuptie quidē parate ſunt: ſed qui inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viaꝝ ꝛ quoſcunq; inueneritis vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias ꝯgregauerūt oēs quos inuenerunt malos ꝛ bonos: ꝛ implete ſūt nuptie diſcūbentiū. Intrauit aūt rex vt videret diſcūbētes: ꝛ uidit ibi hoiē non veſtitū veſte nuptiali: Et ait illi: Amice qūo huc intraſti non hn̄s veſtē nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis manib⁹ ꝛ pedib⁹ eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus ꝛ ſtridor dentiū. Multi autem ſunt vocati pauci vero electi.

CHRY. i ho. Quia dixerat: Dabit genti facienti fructus eius hic oſtendit cui genti. vnde dicitur: Et reſpondens ieſus dixit iterū in parabolis eis dicens: Simile fac. ē regnum celorum. GLO. Dicit autē: Reſpondens ideſt obuians praue cogitationi eorum de morte ſua. AVG. de con. euange. Parabolam autem iſtam ſolus mattheus narrat: ſimile quidem etiam lucas cōmemorat: ſed nō eſt hoc: ſicut ꝛ ipſe ordo indicat. GRE in ho. Hic per nuptias pn̄s eccleſia: illic per cenam eternum ꝛ vltimum cōuiuiū deſignatur. qꝛ ꝛ in hanc nonnulli exituri intrant: ad illud quiſquis ſemel intrauerit vlterius non exibit. At ſiquis forte contendat hanc eandem eſſe lectionem: intelligi forſitan poteſt: quia de ꝓiecto eo qui nuptiali veſte non intrauerat: quod lucas tacuit Mattheus dixit. ꝙ vero per illum cena per hunc autem prandium dicit: ne quaq̄ obſiſtit: quia cū ad horam nonam apud antiquos prandium fieret quotidie ipſum quoq; prandiū cena vocabatur. ORI. Regnum autē celorū ſimile eſt ſm̄ eum quidē qui regnat homini regi: ſm̄ eum autem qui conregnat filio regis: ſm̄ ea vero que ſunt i regno regis: ſeruis ꝛ inuitatis ad nuptias. Inter quos eſt ꝛ exercitus regis. Additum eſt autē homini regi: vt hominibus quaſi homo loquatur. ꝛ diſpenſat homines non cupientes diſpenſari a deo. Sed tunc ceſſabit regnum celorum eſſe ſimile homini: cū ceſſante zelo ꝛ contentione ꝛ ceteris paſſionibus ꝛ peccatis ceſſauerimus ſm̄ hominē ambulare: ꝛ

videbimus eũ ſicuti ẽ: Nũc.n. videmus eũ nõ ſicuti eſt:
ſed ſicuti ꝑ nr̃aȝ diſpẽſationẽ fact⁹ fuerit nobis. GRE.
in ho. Tũc aũt deus pr̃ deo filio nuptias fecit qñ hunc in
vtero virginis humane nãe cõiunxit Sȝ qꝛ ex duab⁹ ꝑ-
ſonis fieri ſolet nuptiaꝝ cõiunctio: abſit hoc ab intellecti-
bus nr̃is: vt pſonã redẽptoris nr̃i ex duab⁹ pſonis creda
mus eẽ vnitã. Ex duab⁹ quippe atq̃ i duab⁹ hũc naturis
exiſtere dicim⁹: ſȝ ex duab⁹ pſonis credere ꝯpoſitũ vt ne
phas vitam⁹: Securius ḡ dici põt: qꝛ i hoc rex pr̃ regi fi-
lio nuptias fecit ꝙ ei p icarnatiõis myſteriũ ſcãm eccl̃iaȝ
ſociauit. Uterus aũt genitricis virginis hui⁹ ſpõſi thala-
mus fuit. CHR. ſup mat. Uel alit̃: Cũ reſurrectio fuerit
facta ſanctoꝝ tũc ſuſcipiet hõieȝ vita q̃ ẽ xp̃s: mortalita-
tẽ eius ſua mortalitate abſorbẽs. Nũc.n. q̃ſi arras futuri
ꝯiugij ſpũmſanctũ accipim⁹: tunc aũt ipſuȝ xp̃ȝ plenius
in nobis habebim⁹. ORI. Uel ꝯiunctionẽ ſpõſi ad ſpon
ſam.i. xp̃i ad aiam verbi ſuſceptionẽ itellige: partus aũt
opera bona. HILA. Merito aũt a pr̃e iã ſunt he nuptie
facte: qꝛ eternitatis hui⁹ ſocietas: ꝛ noui corporis deſpon
ſata cõiunctio habet iã pfecta i xp̃o. Sequit̃: Et miſit ſer
uos ſuos vocare iuitatos ad nuptias: ꝛ noluerũt venire
CHRY. ſup mat. Ergo qñ miſit ſeruos ſuos iã inuitati
prius erãt. Inuitati ſũt.n. hõies a tp̃e abrae cui chriſti in
carnatio ꝓmittebat̃. HIE. Miſit aũt ſeruũ ſuũ: nec du-
biũ qn moyſen ꝑ quẽ legẽ inuitatis dedit. Si aũt ſeruos
legerimus: vt plura hñt exẽplaria: ad ꝓphetas referẽdũ
ẽ qꝛ inuitati p eos venire cõtẽpſerunt. Sequit̃: Iteꝝ miſit
alios ſeruos dicẽs: Dicite inuitatis. Serui qui ſcđo miſſi
ſunt meli⁹ ẽ vt ꝓphete intelligant̃ ꝙ apl̃i: ita tñ ſi ſeru⁹ ſu-
pra fuerit ſcriptus: ſin aũt ſeruos ibidẽ legas: hic ſerui ſe
cundi apl̃i ſũt intelligendi. CHR. ſuper mat. Quos mi
ſit cũ eis dixit: In viã gẽtiũ ne abieritis: ſȝ potius ite ad
oues pditas domus iſrael. ORIGE. Uel qui primi mit
tunt̃ ſerui vocare inuitatos ad nuptias: hñtur ꝓphete cõ
uertẽtes ex populo p ſuas ꝓphetias ꝛ reſtitutionẽ eccl̃ie
ad xp̃m. Qui aũt noluerũt venire in primis iuitati: ſũt q̃
noluerũt audire v̊ba ꝓphetaꝝ. Iteꝝ alij tranſmiſſi: alia
cõgregatio ꝓphetaꝝ ẽ. HILA. Uel ſerui ꝑmo miſſi q̃
iuitatos vocarẽt apoſtoli ſũt: q̃ aũt admonent̃ vt veniãt
inuitati antea: populus iſrael ẽ. in gl̃am.n. eternitatis p le
geȝ ẽ aduocatus. Apoſtoloꝝ ḡ erat ꝓpriũ cõmonere face
re eos quos inuitauerãt ꝓphete. Qui vero iteꝝ cũ prece
ptoꝝ cõditiõe mittunt̃ apl̃ici viri: iũt ſucceſſores eorum.
GRE. Sed qꝛ hi q̃ prius inuitati ſũt: ad nuptiaꝝ conui-
uiũ venire noluerũt: in ſcđa inuitatiõe iã dr̃: Ecce prãdiũ
meũ parauí. HIE. Prãdiũ parauĩ ꝛ tauri ꝛ altilia occiſa
vel p metaphorã opes regie deſcribunt̃ vt ex carnalibus
intelligant̃ ſpiritalia vel certe dogmatũ magnitudo ꝛ do
ctrina dei lege pleniſſima ſentire põt. CHRY. ſup mat.
Cũ ḡ dñs apl̃is dixit: Eũtes p̃dicate dicẽtes: quia appro
pinquauit regnũ celoꝝ: hoc ſignificauit quod hic dicitur
Prãdiũ meuȝ parauí ideſt ex lege ꝛ ꝓphetis ſcripturaꝝ
menſas ornaui. vnde ſequitur. Tauri mei ꝛ altilia occiſa
ſũt. GRE. in ho. Per tauros autẽ patres veteris teſta
mẽti ſignificãtur: qui ex permiſſiõe legis inimicos ſuos:
virtuti corporee cornu feriebãt. Altilia vero ſaginata di
cimus. ab eo eniȝ quod eſt alere altilia vel quaſi alita vo
camus. Per altilia ḡ patres noui teſtamẽti figurantur q̃
dũ gratiã piguedinis iterne dulcedinis pcipiũt a terrenis
deſiderijs ad ſublimia cõtemplatiõis ſue penna ſubleuã
tur. Dicit ḡ. Tauri mei ꝛ altilia occiſa ſũt. ac ſi.d. Patrũ p̃
cedẽtiũ mortes aſpicite: ꝛ remedia vite veſtre cogitate.
CHR. ſup mat. Uel aliter. Iõ dĩc: Et ſaginata ꝛ tauros
nõ qꝛ ꝛ tauri nõ fuerit ſaginati: ſȝ qꝛ nõ oẽs ſaginati fue-
rũt tauri: ḡ ſaginata tm̃mõ dicit ꝓphetas q̃ fuerũt ſpũſcõ
repleti: tauros aũt q̃ ꝓphete fuerũt ꝛ ſacerdotes: ſicut hie
remias ꝛ ezechiel. vt.n. tauri duces ſũt gregi: ita ꝛ ſacerdo
tes p̃ncipes ſũt populi. HILA. Uel alit̃: Tauri glorioſa
martyrũ ſpecies eſt qui ꝯfeſſiõi dei tanꝙ hoſtia electa ſũt
imolati. Saginata vero ſunt homines ſpiritales tanꝙ ce
leſti pane ad euolandum aues paſte: ceteros accepti cibi
vbertate explẽture. GRE. Notandũ vero ꝙ in priore in
uitatione nil de tauris ꝛ altilibus dicitur. In ſecũda aũt
iam tauri ꝛ altilia mactata memorantur: quia omnipotẽs
deus cum verba eius audire nolumus adiungit exẽpla:
vt omne quod impoſſibile credimus tanto nobis ad ſpe
randum fiat facilius quanto per hoc tranſiſſe ꝛ alios au
dimus. ORIGE. Uel quia prandium quod paratur eſt
eloquium dei: fortia quoq̃ eloquiorum dei tauri intelli-
gantur: ſuauia vero ꝛ delectabilia eorum ſunt ſaginata.
Siquiſ.n. ꝓferat quedaȝ dicta modica ꝛ non firma: ꝛ nõ
magnã virtutẽ rationis habẽtia: videnť macra eſſe que ꝓ
feruntur. Saginata autẽ ſunt cũ ad vnãquãq̃ ꝓpoſitiõeȝ
exempla multa rationis probatione repleta iducunt: pu-
ta ſi aliquis de caſtitate ſermonẽ loquitur: recte intelligit
turtur. Sed cũ ipſuȝ ſanctitatis ſermoneȝ cũ rationis ꝓ
batione de ſcripturis repletũ protulerit: ita vt delectet ꝛ
cõfirmet animũ audientis ꝓtulit cũ ſaginatũ. CHRY.
ſuper matth. Qđ autem dicit: Et omnia parata ſunt, intel
ligitur quia quicquid queritur ad ſalutẽ: iam adimpletuȝ
eſt in ſcripturis. Qui eniȝ ignorãs ẽ inuenit ibi quod di-
ſcat. Qui contumax ẽ: inuenit ibi quod timeat: qui labo-
rat inuenit ibi promiſſa: quibus excitet̃ ad opus. GLO.
Uel omnia parata ſunt.i. introitus regni paratus eſt per
fidem mee incarnatiõis qui ante fuerat clauſus. CHR.
ſuper matthe. Uel omnia parata dicit que ꝑtinent ad my
ſteriũ dominice paſſionis ꝛ noſtre redẽptiõis. Dicit aũt:
Uenite ad nuptias: non pedibus ſed fide ꝛ moribus. Se
quit̃: Illi aũt neglexerunt. Quare aũt neglexerint manife
ſtat cum ſubdit̃: Et abierũt: alius in villam ſuaȝ: alius ve
ro ad negociationẽ ſuam. CRHY. in ho. Quãuis auteȝ
videant̃ rationabiles occaſiones eſſe: ſed hinc diſcimus
etiam ſi neceſſaria ſint que detinent: omnibus tamen pre
ponere ſpiritalia oportet. Mihi aũt videt̃ ꝙ his occaſio-
nibus vſi: negligentie velamina proponebant. HILA.
Ambitione enim ſeculi tanꝙ villa hoies occupantur: plu
res vero ꝑꝑ pecunie cupiditatẽ negociatione detinentur.
CHRY. ſup matth. Uel aliter: Cũ labore manuũ noſtra
rũ aliquid facimus: puta exercentes agrũ vel vineã aut
opus ligni vel ferri: villam colere videmur. Cũ aũt nõ la
bore manuũ nr̃aꝝ alia lucra ſequimur: totũ hoc negocia
tio appellat̃. O miſerrim⁹ mund⁹ ꝛ miſeri qui eũ ſequunt̃
Sẽper.n. mũdialia opa hoies excluſerũt a vita. GRE.
Qui ḡ itent⁹ labori terreno: vel mũdi actiõib⁹ dedit⁹ my-
ſteriũ icarnatõis dñice pẽſare ꝛ ſȝ illud viuere.ſ. diſſimu
lat q̃ſi ad villã vel negociũ pgẽs: venire ad regis nuptias
recuſat. ꝛ plerunq̃ qđ ẽ graui⁹ nõnulli vocati: grãȝ nõ ſo
lũ reſpuũt: ſȝ ẽt ꝑſequunt̃. vñ ſubdit. Reliq̊ v̊o ten. ſer. ei⁹
ꝛ ꝯtu. affe. occiderũt. CHR. ſup mat. Uel p occupatiõeȝ
ville populares iudeoꝝ ſignificat quos mũdi delectatio
ſepauit a xp̃o. Per occupatõeȝ v̊o negociatiõis ſacerdo
tes ceteroſq̃ miſtros tẽpli ſignificauit: quos lucri obtẽtu
veniẽtes ad miſteriũ legis ꝛ tẽpli auaricia ſepauit a fide
De q̊b⁹ nõ dixit ꝙ malignati ſũt ſȝ neglexerũt. q̃.n. odio
aut iuidia crucifixerũt xp̃ȝ: illi malignati ſũt: q̃ aũt nego-
cijs ipediti nõ crediderũt: illi neglexiſſe dicunt̃ nõ mali-
gnati. De ſua tñ morte dñs tacet: qꝛ i priori pabola dixe-
rat: ſȝ oñdit mortẽ diſcipl̃oꝝ ſuoꝝ quos p⁹ aſcẽſũ ipſius
occiderũt iudei. Stephanũ lapidãtes ꝛ Iacobũ alphei
occidẽtes: pꝑ q̃ hieruſalẽ deſtructa ẽ a romanis: Et notã
dũ ꝙ ira i deo nõ ꝓprie ſȝ trãſlatiue dĩ. Tũc.n. iraſci dĩ
qñ vlciſcit̃. vñ ꝛ hic dĩ. Rex aũt cũ au. iratus ẽ. HIE. Qñ
inuitabat ad nuptias ꝛ agebat opera clemẽtie hois nomẽ
appoſitũ ẽ. nũc aũt qñ ad vltioneȝ venit: hõ ſilet ꝛ rex tm̃
dicitur. ORIGE. Dicãt aũt qui peccãt i deũ legis ꝛ pro-
phetarũ ꝛ totius creationis vtrũ iſte qui ꝛ homo dicitur
ꝛ iratus ꝓponit̃: ipſe ẽ pater xp̃i: ꝙ ſi dixerint hunc ipſuȝ
eſſe cogendi ſunt confiteri quoniam multa in eo ſm̃ paſſi
bilem



ſibilem hominũ naturã eẽ dicuntur: nõ q̃a ipſe paſſibilis
ẽ: ſed q̃a morẽ gerit paſſibilis nature hominũ. Et ſȝ hãc
conſequentiã ſuſcipere cõuenit ꝛ irã dei ꝛ pniam ꝛ cete-
ra huiuſmodi in prophetis. Seqtur: Et miſſis exercitt.
HIE. Per hoc exercitus romanos intelligimus ſub du
ce veſpaſiano ꝛ tito: qui occiſis iudee populiſ: preuarica
tricem incenderunt ciuitatẽ. CHRY. ſuper matth. Ro
manus aũt exercitus dĩ exercit⁹ dei: qꝛ dñi ẽ terra ꝛ ple
nitudo eius: nec etiã veniſſent romani hierlm niſi eos do
min⁹ excitaſſet. ORI. Uel ãgeloꝝ agmina ſunt exercit⁹
regis noſtri. miſſis ergo exercitib⁹ extinxiſſe homicidaſ
dĩ: q̃a in hominib⁹ oẽ iudiciũ per angelos exercet̃. Homi
cidas ergo pdit: q̃a perſequẽtes interimit. Ciuitatẽ eoruȝ
igni ſuccendit: qꝛ illorum non ſolũ aĩe: ſed caro quoq̃ in
qua habitauerant eterna gehenne flãma cruciãt. ORI.
Uel ciuitas ipiorũ ẽ ſm̃ vnũquodq̃ dogma congregatio
eoꝝ q̃ conueniũt i ſapiẽtia principũ huius ſeculi quã ſuc
cendit rex ꝛ exterminat q̃ſi ex malis edificationib⁹ cõſiſtẽ
tem. GRE. Sed his q̃ inuitãtẽ ſe cõtẽni cõſpicit: filij ſui
nuptias vacuas nõ habebit. quẽq̃.n. ſermo dei inẽturus
ẽ vbi requieſcat. vñ ſubdit̃. Tũc ait ſuis ſuis. ORI.i. apo
ſtolis aut angelis q̃ prepoſiti erãt in vocatiõe gẽtiũ. Nu
ptie q̃dẽ parate ſũt. REMI.i. oẽ ſacramẽtũ humane di
ſpenſatiõis iã pactũ atq̃ cõpletũ ẽ. Sed q̃ inuitati erant
.i. iudei nõ fuerũt digni: qꝛ dei iuſticiã ignorãtes ꝛ ſuam
ſtatuere volẽtes idignos ſe iudicauerunt eterne vite: Re-
probato ergo iudaico ppl̃o ad has nuptias gentilis ppl̃s
ẽ ſuſcept⁹. vñ ſeqtur. Ite ergo ad exi. viarũ ꝛ quoſ. inue.
vo. ad nuptias. HIE. Gentilis.n. ppl̃s nõ erat i vijs: ſed
exitib⁹ viaꝝ. REMI. Qui ſũt errores gẽtiliũ. CHRY.
ſup matth. Uel vie ſunt oẽs profeſſiones huius mũdi: vt
puta philoſophie militie ꝛ huiuſmodi. Dicit ḡ: Ite ad exi
tus viarũ vt cuiuſlibet cõditiõis hoies vocẽt ad fidẽ. ad-
huc ſicut caſtitas via ẽ q̃ ducit ad deũ: ſic fornicatio via
ẽ que ducit ad diabolũ: ꝛ ſic de alijs virtutib⁹ ꝛ vitijs. iu
bet ergo vt cuiuſcũq̃ cõuerſatiõis vl̃ conditionis hoies
inuitẽt ad fidẽ. HILA. Per viã ẽt tẽpus ſeculi itelligen-
dũ ẽ: atq̃ iõ ad exit⁹ viaꝝ iubẽt ire: qꝛ oib⁹ retroacta do
nãtur. GRE. Uel aliter: In ſcriptura ſacra vias actiões
accipim⁹. Exitus viaꝝ itelligim⁹ defect⁹ actionũ: qꝛ illi
plerũq̃ facile ad deũ veniũt quos in terrenis actionib⁹
proſpera nulla comitant̃. ORI. Uel alit̃: Puto hãc pri-
mã vocationẽ fuiſſe ad nuptias aliq̃rũ igenuaꝝ animarũ
Principalit̃.n. de⁹ vult venire ad epulationẽ diuini elo-
quij: eos q̃ ad intelligendũ ſũt ingenioſiores: ꝛ qm̃ q̃ hu-
iuſmodi ſũt nolũt ad iſtã vocationẽ venire: tranſmittunt̃
alij ſui ꝓuocãtes eos ꝛ promittẽtes ꝙ ſi venerint: pcipi-
ent prãdiũ patũ a rege. Sicut.n. in corꝑalib⁹ alia ẽ q̃ nu-
bit ſpõſa: alij iuitatores: alij q̃ iuitant̃ ad nuptias: ſic de⁹
ſcit diuerſos ordines aĩarũ: earũq̃ virtutes ꝛ cauſas. ob
q̃s hi q̃dẽ in cõſtitutiõe ſponſe accipiuntur: alij in ordine
ſeruoꝝ vocãtiũ: alij in nũero inuitatoꝝ ad nuptias. Sȝ
q̃ principaliter quidẽ fuerãt iuitati. primos iuitatores q̃
ſi paupes ſenſu neglexerũt ꝛ abierũt ſua ſequẽtes: in qui
bus magis ſũt delectati ꝙ i his q̃ rex p ſuos ſuos ꝓmit
tebat: ſȝ hi leuiores ſũt his q̃ ſuis trãſmiſſis iiurianť et
iterficiũt: q̃.ſ. ꝑparatiõe cõtẽcioſoꝝ v̊boꝝ auſi ſũt tenuiſ
ſe ſuos miſſos q̃ nõ ſũt ꝑparati ad ſoluẽdas q̃ões eoꝝ
v̊ſutas ꝛ contumelijs afficiũtur vel iterficiũt ab eis. Se
q̃tur: Et egreſſi ſui ei⁹ in vias cõgregauerũt oẽs quos in-
ue. ma. ꝛ bonos. ORI. Egrediẽtes ſerui ſiue de iudea ꝛ
hierlm apl̃i chriſti: ſiue ab interiorib⁹ angeli ſancti: veni
entes ad vias diuerſas diuerſoꝝ moꝝ congregauerunt
quoſcũq̃ inuenerũt. Et non curãt vtrũ aliq̃ ãn vocatio
nem mali fuerint aut boni. bonos autem intelligere hic
ſimpliciter conuenit humiliores ꝛ rectiores ex eis q̃ ve
niebãt ad cultũ dei: quib⁹ cõueniebat qđ apl̃s ait: Cũ gẽ-
tes q̃ legẽ nõ hñt: ea que legis ſũt faciũt: ipſi ſibi ſunt lex.
HIE. Inter ipſos.n. gẽtiles infinita ẽ diuerſitas: cũ ali-
os ſciam⁹ eẽ ꝓcliuiores ad vitia: alios ad honeſtatẽ mo
rũ virtutib⁹ deditos. GRE. Uel hoc dicit: qꝛ in hac ec
cleſia nec mali ſine bonis: nec boni ſine malis eẽ pñt. bo
nus aũt nõ fuit q̃ malos tolerare recuſauit. Sequit̃: Et im
plete ſũt nuptie diſcũbẽtiũ. ORI. Nuptie.ſ. chriſti ꝛ ec-
cleſie ſũt iplete: dũ reſtituti deo q̃ ab apl̃is ſunt iuenti re-
cubuerũt ad epulãdũ in nuptijs: ſed qm̃ bonos ꝛ malos
oportuit q̃dẽ vocari: nõ aũt vt mali permanerẽt mali: ſed
vt deponerẽt veſtimẽta ꝯtria nuptijs ꝛ induerẽt nuptia-
lia indumenta.ſ. viſcera miſericordie benignitatis. Iõ rex
egredit̃ vt videat diſcũbẽtes priuſquã apponat̃ eis pran
diũ vt retineat hñtes nuptialia veſtimẽta ꝛ delectet: cõ-
dẽnetq̃ contrarios. vñ ſeqtur Intrauit aũt rex vt videret
diſcũbẽtes. CHRY. ſuper matth. Non qꝛ alicubi ipſe
nõ eſt: ſed vbi vult per iudiciũ aſpicere ibi dicit̃ preſens:
vbi aũt nõ vult: abſẽs videt̃. Dies aũt aſpectatiõis ẽ di
es iudicij: qñ viſitaturus ẽ chriſtianos: qui ſup menſam
ſcripturarũ recũbũt. ORI. Ingrediẽs aũt inuenit quen
dã q̃ nõ mutauerat proprios mores. vñ ſeqtur: Et vidit
ibi hominẽ non veſtitum veſte nuptiali. Singulariter di
xit: q̃a vnius ſunt generis oẽs q̃ ſeruant maliciam poſt fi
dem quã habuerant ante fidẽ. GRE. Quid aũt debem⁹
intelligere per nuptialẽ veſtẽ: niſi charitatẽ: qꝛ hanc in ſe
dñs habuit: dũ ad ſociãde ſibi eccleſie nuptias veniret.
Intrat ergo ad nuptias: ſed ſine veſte nuptiali: qui i eccle
ſia fidem habet: ſed charitatẽ non habet. AVG. contra
fauſtum: Uel ſine veſte nuptiali nuptias adit qui querit
ibi gloriaȝ: non ſponſi ſed ſuam. HILA. Uel veſtis nu
ptialis eſt gratia ſpiritusſancti ꝛ candor habitus celeſtis
qui bone interrogationis confeſſione ſuſceptus vſq̃ i ce-
tum regni celorũ imaculatus ꝛ integer eſt reſeruandus.
HIE. Uel veſtis nuptialis precepta ſunt domini: ꝛ ope
ra que cõplentur ex lege ꝛ euangelio nouiq̃ hominis ef
ficiunt veſtimentum quod qui in die iudicij inuentus ſub
nomine chriſtiano non habet: ſtatim corripitur. vnde ſeq̃
tur: Et ait illi: Amice quomodo huc intraſti nõ habẽs ve
ſtem nuptialeȝ? Amicũ vocat: qꝛ eſt inuitatus ad nuptias
quaſi ſit amic⁹ ꝑ fidem. Arguit autem impudẽtie ꝙ ve
ſte ſordida mũdicias polluerit nuptiales. ORI. Et qm̃
qui peccat ꝛ non induit dñȝ ieſuȝ chriſtũ: nõ habet excu
ſationẽ aliquã. ideo ſequit̃: At ille obmutuit. HIE. In tẽ
pore eniȝ illo nõ erit loc⁹ impudentie: nec negandi facul
tas cum omnes angeli ꝛ mũdus ipſe teſtes ſint peccato
ruȝ. GRE. Non aũt ſolũ reiectus ẽ a nuptijs qui iniuri
aȝ nuptijs fecit: ſed adhuc a miniſtris regis ſuper vincu
la conſtitutis ligatus inceſſione qua non eſt vſus ad bo-
num: ꝛ apprehenſoria virtute qua nullũ opus ad bonuȝ
impleuit: cõdẽnatus ẽ in loco ab omni lumine alieno q̃
vocat̃ tenebre exteriores. vnde ſequit̃. Tunc rex dixit mi
niſtris: Liga. ma. ꝛ pe. mit. eũ in tene. exteriores. GRE.
Ligantur tunc pedes ꝛ man⁹ per diſtrictionẽ ſnie: q̃ mo
do a prauis opib⁹ ligari noluerũt per meliorationẽ vite:
vel tũc ligat pena quos modo a bonis operibus ligauit
culpa. AVG. xi. de tri. Prauarum vero atq̃ diſtortaꝝ
volũtatũ iplicatio vinculuȝ ẽ quo alligat̃ qui hoc ait: Ut
proijciat̃ in tenebras exteriores. GRE. Interiores auteȝ
tenebras dicim⁹ cecitatẽ cordis: exteriores vero eternaȝ
noctẽ damnationis. CHRY. ſup matth. Uel per hoc
deſignat̃ differẽtia tormẽtoꝝ in pctõrib⁹. Sũt.n. ꝑme te
nebre exteriores: interiores aũt minores: ꝛ nouiſſimi lo
ci. Seqtur. Ibi erit flet⁹ ꝛ ſtridor dẽtium. HIE. In fletu
oculoꝝ ꝛ ſtridore dentiũ per methaphorã mẽbrorũ cor
poraliũ: magnitudo oñdit̃ tormẽtoꝝ. Man⁹ quoq̃ liga
tas ꝛ pedes: fletũ oculorũ ꝛ ſtridorẽ dentiũ: ad cõprobã
dã reſurrectionis intellige veritatem. GRE. Ut illic dẽ
tes ſtrideant qui de edacitate gaudebãt: illic oculi defle
ant qui h̃ per illicitas concupiſcentias verſabant̃ q̃ten⁹
ſingula mẽbra ſupplicio ſubiaceant q̃ hic ſingulis quibuſ
q̃ vitijs ſubiecta ſeruiebant. HIE. Et qꝛ i cõuiuio nupti

ali non initium ſed finis queritur: ſubditur. Multi enim ſunt vocati pauci vero electi. HILA. In inuitante enī ſine exceptione publice bonitatis humanitas eſt: in inuitatis vero vel vocatis de iudicio meritorū ꝓbitatis electio ē. GRE. Nōnulli.n. bona nec incipiūt: nōnulli vō i bonis q̄ inceperūt minime ꝑſiſtūt. Tāto ergo ſibi vnuſquiſq; ſolicite metuat: ꝙ̄to ignorat q̄ reſtāt. CHRY. ſup matth. Uel aliter: Quotiēs deus tentat eccleſiaʒ ſuā igredit ad eā vt videat diſcūbētes: ⁊ ſi inuenerit aliquē nō habentē veſtē nuptialē interrogat eū vt qd factꝰ es chriſtianus ſi hec opa diligebas? Talē ergo chriſtus tradit miniſtris ſuis.i. aliqbꝰ magiſtris ſeductiōis: ⁊ ligant manꝰ eiꝰ.i. opa: ⁊ pedes.i. motꝰ aīe: ⁊ mittunt eū in tenebras.i. i errores vel gentiū: vel iudeorū vel hereſim. propinquiores enim ſunt tenebre gentiliū: qa veritatē ſpernunt quā nō audierunt: ſed exteriores iudeorū q̄ audierūt: ſed nō crediderunt: ſed magis exteriores hereticorum qui audierūt ⁊ didicerunt.

**Tūc abeūtes phariſei cōſiliū inierūt vt caperent eū i ſermone. Et mittūt ei diſcipulos ſuos cū herodianis dicētes: Magr̄ ſcimus q2 verax es ⁊ viaʒ dei i veritate doces: ⁊ nō ē tibi cura de aliquo. Nō .n. reſpicis pſonā hoīuʒ. Dic ergo nob qd tibi videt? Licet cenſuʒ dari ceſari an nō? Cognita autē ieſus neqtia eoꝝ ait: Quid me tētatis hypocrite? Oſtēdite mihi nūmiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis ieſus: Cuius ē imago hec ⁊ ſupſcriptio? Dicūt ei: Ceſaris. Tūc ait illis: Reddite ergo que ſunt ceſaris ceſari: ⁊ que ſūt dei deo. Et audientes mirati ſunt: ⁊ relicto eo abierunt.**

CHRY. ſup matth. Sicut ſi aliqs claudere voluerit aq̄ currētis meatuʒ ſi excluſa fuerit per aliquā violentiā, aliunde ſibi ſemitā q̄rit: ſic iudeorū malignitas ex vna parte ꝯfuſa: aliū ſibi aditū adinuenit. vñ dī. Tūc abeū. pha. cōſi. inie. vt ca. eū. in ſermone. Abierūt inquā ad herodianos: Quale cōſiliū tales ⁊ conſiliatores. ⁊ iō ſeqtur: Et mittūt ei diſci. ſu. cū herodianis. GLO. Tanꝙ̄ ignotis vt facilꝰ deciperēt: ⁊ p eos illū caperēt: cū timētes turbaʒ hoc p ſe nō preſumerēt facere. HIE. Nup qdē ſub ceſare auguſto iudea ſubiecta romanis: qñ in toto orbe ē celebrata deſcriptio ſtipendaria facta fuerat. Et erat i pplo magna ſeditio: dicentibꝰ aliis pro ſecuritate ⁊ qete q̄ romani pro oibꝰ militarent: debere tributa pſolui. Phariſei vō q ſibi applaudebāt i iuſticia: ecōtrario nitentibus nō debere populū dei q decimas ſolueret ⁊ pmitias daret ⁊ cetera q̄ in lege ſcripta ſūt hūanis legibus ſubiacere. Ceſar aūt auguſtꝰ herodē filiū antipatris alienigenaʒ ⁊ pſelitū regē iudeis conſtituerat: q tributis preeſſet ⁊ romano pareret imperio. Mittunt igit phariſei diſcipulos ſuos cū herodianis.i. militibꝰ herodis. ſeu quos illudentes phariſei: q2 romanis tributa ſoluebant: herodianos vocabant: ⁊ non diuino cultui deditos. CHRY in ho. Propter hoc aūt ſuos diſcipulos ⁊ herodis milites ſimul mittūt: vt quodcūq; dixerit reprehendat. cupiebāt .n. magis aduerſuʒ herodianos eū aliquid dicere: q2.n. eum detinere timebant ꝓpter turbas: voluerūt ei periculum immittere ex hoc ꝙ eēt publicis tributis obnoxius. CHRY. ſup. matth. Hec ē aūt hypocritaꝝ prima ſimulatio: q2 laudant quos ꝑdere volūt. Et iō i laudē prorūpūt dicentes: Magiſter ſcimꝰ q2 verax es. Magiſtrū eū vocant vt quaſi honoratꝰ ⁊ laudatus myſteriuʒ ſui cordis ſimpliciter eis apiat: tanꝙ̄ volēs eos habere diſcipulos. GLO. Tripliciter aūt contingit aliquē veritatē non docere. Primo ex parte ipſiꝰ docētis: q2.ſ. veritatē vel non nouit: vel nō amat. ⁊ ꝯ hoc dicitur: Scimꝰ quia verax es. Secūdo ex parte dei: cuiꝰ timore poſtpoſito qdā veritateʒ de eo quā nouerūt: nō pure ānūciāt. ⁊ cōtra hoc dicunt: Et viā dei in vitate doces. Tertio ex pte primi: ex cuius timore vel amore aliqs vitatē tacet. ⁊ ad hoc excludēdū dicūt: Et nō ē tibi cura de aliquo.ſ. hoīe. non .n. reſpicis perſonam hominum. CHRY. in ho. Hoc de herode ⁊ ceſare occulte inſinuabāt. HIE. Blāda qdē ⁊ fraudulēta iterrogatio illic ꝓuocat rñdētē vt magis deuʒ ꝙ̄ ceſarē timeat. vñ dicit: Dic ergo nobis qd tibi videt: licet cenſū dari ceſari an nō? Ut ſi dicat nō debere tributa ſolui ſtatiʒ audiētes herodiani: ſeditionis reū cōtra romanū principē eū teneāt. CHRY. in ho. Quia.n. ſciebant ꝙ qdā hāc diſcordiā meditātes occiſi erāt: volebant et ipſū p ſermones hos in talē ſuſpitionē imittere. Sequit. Cognita aūt ie. neq. eoruʒ ait. Quid me tēta. hypocrite. CHRY. ſup matth. Nō ſm ſermones eoruʒ pacificos blāde rñdit: ſed ſʒ cōſciētiā eoꝝ crudelē aſpa dixit: quia deꝰ voluntatibꝰ rñdet: nō vbis. HIE. Prima ergo virtus ē rñdētis: interrogātiū mētes cognoſcere: ⁊ nō diſcipulos ſed tētatores vocare. Hypocrita ergo vocat q aliud ē ⁊ aliud ſimulat. CHRY. ſup matth. Dicit g̃ eis hypocrite: vt cōſiderātes euʒ humanorū cordiū cognitorē qō facere cogitabāt pficere nō auderēt: Uide ergo ꝙ phariſei blādiebātur vt pderēt: ſed ieſus cōfūdebat vt ſaluaret: qa vtilior ē hoī deꝰ iratꝰ ꝙ̄ hō ꝓpitiꝰ. HIE. Sapiētia.n. ſemp ſapienter egit: vt ſuis potiſſimū tētatores ſermonibꝰ ꝯfutētur. Et iō ſeqtur. Oſtēdite mihi nūmiſma cēſus. At illi obtulerūt ei denariū. Hoc genꝰ nūmi ē qō pro decē nūmis cōputabat: ⁊ habebat imaginē ceſaris. vñ ſeqtur: Et ait illis ieſus: Cuiꝰ ē imago hec ⁊ ſuperſcriptio? Qui putant interrogationē ſaluatoris ignorātiā eē ⁊ nō diſpenſationē: diſcāt ex pñti loco ꝙ vtiq; poterat ſcire ieſus cuiꝰ imago eēt in nūmo. Seqtur: Dicūt ei: Ceſaris. Ceſarē nō putemꝰ auguſtū: ſʒ tyberiū ſignificari: ſub quo et paſſus ē dñs. Oēs autē reges romani a primo cayo ceſare q iperiū arripuerat ceſares appellāt. Seqtur. Reddite g̃ q̄ ſūt ceſaris ceſari.i. nūmū tributum ⁊ pecuniam. HILA. Si.n. nihil quod ceſaris ē penes nos reſederit: conditione reddēdi ei q̄ ſua ſunt non tenebimur. Porro aūt ſi rebꝰ illiꝰ icūbamꝰ: ſi iure ptātis ſue vtimur: extra q̄relā iniurie ē reddē ceſari qō ceſaris eſt. CHRY. Tu aūt cū audieris: Reddite q̄ ſūt ceſaris ceſari: illa ſcito eū dicere ſolū: q̄ in nullo pietati nocēt: qa ſi aliqd tale fuerit nō adhuc ceſaris ē: ſʒ diaboli tributū. Deinde vt non dicant: qm̄ hominibꝰ nos ſubiicis ſubdit: Et q̄ ſūt dei deo. HIE.i. decimas: pmitias: oblatiōes: ⁊ victimas: ſicut ⁊ ipſe dñs reddidit ceſari tributa pro ſe ⁊ petro: ⁊ deo reddidit q̄ dei ſunt: patris faciēs voluntatē. HILA. Deo ēt q̄ eius ſūt reddere nos oportet.i. corpus ⁊ aiaʒ ⁊ voluntatē. Nūmiſma.n. ceſaris i auro ē i quo ē eiꝰ imago depicta. Dei nūmiſma hō ē i quo ē dei imago figurata. iō diuitias veſtras date ceſari: deo aūt inocentie vře conſcientiā ſuate. ORI. Ex hoc loco diſcimꝰ ſaluatoris exēplo vt nō his que a multis dicunt: ⁊ propterea glorioſa videntur occaſione pietatis attēdamꝰ: ſʒ q̄ cōuenienter ſm ordinē rōnis dicūtur. Poſſumꝰ aūt ⁊ moraliter intelligere locū iſtū: qm̄ debemꝰ corpori qdā dare q̄ſi tributū ceſari.i. neceſſaria. Quecūq; aūt ſūt cōuenientia animarū nature.i. ea q̄ ducunt ad virtutem: debemꝰ deo offerre: q ergo ſupra modū docent legem dei: ⁊ de rebꝰ debitis corpori nihil curare precipiūt: ſunt phariſei q reddere ceſari tributū vetabāt: phibētes.ſ. nubere ⁊ abſtinere a cibis quos deꝰ creauit. q vō ſupra modū eſtimat oportē corporibꝰ idulgē: ipſi ſūt herodiani. Saluator autē nr̄ vult vt nec virtꝰ minoret dū ſupra modū carni ſuimꝰ: nec carnis nā grauet dū abūdātiꝰ vtutibꝰ adheremꝰ. Uł pnceps mūdi.i. diabolꝰ dī ceſar. ñ.n. poſſumꝰ reddere dō q̄ dei ſūt niſi pus reddiderimꝰ pncipi q̄ ſūt ſua.i. niſi dpoſuerimꝰ maliciā vniuerſā. Hoc ēt diſcamꝰ ex loco pñti ꝙ ꝯ tētātes nec oino tacere debemus nec ſimpliciter reſpondere: ſʒ circūſpecte vt precidamꝰ occaſione querentiū in nobis occaſionē: ⁊ doceamus irreprehenſibiliter que poſſunt ſaluare volentes ſaluari. HIE. Qui autē credere debuerant ad tantam ſapientiam mirati ſunt ꝙ calliditas eoruʒ inſidiandi nō inueniſſet locū. vnde ſequit: Et audiētes mirati ſūt ⁊ relicto eo abierunt. Infidelitatē pariter cuʒ admiratione reportantes.



**In illa die acceſſerūt ad eū ſaducei qui dicunt non eē reſurrectionē ⁊ iterrogauerūt eum dicētes Magiſter: moyſes dixit: Siquis mortuus fuerit non habēs filiū: vt ducat frater eꝰ vxorem illius ⁊ ſuſcitet ſemē fratri ſuo. Erāt aūt apud nos ſeptem fratres: ⁊ primꝰ vxore ducta defunctꝰ ē: ⁊ nō habēs ſemē reliqt vxorē ſuā fratri ſuo. Similiter ſecūdus ⁊ tertius vſq; ad ſeptimū. Nouiſſime aūt omniū ⁊ mulier defuncta ē: In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptē vxor? Oēs enim habuerunt eā. Reſpōdens aūt ieſus: ait illis: Erratis neſcientes ſcripturas neq; virtutē dei. In reſurrectione.n. neq; nubēt neq; nubētur: ſed erūt ſicut angeli dei in celo. De reſurrectiōe aūt mortuorū nō legiſtis qō dictū ē a deo dicēte vobis: Ego ſuʒ deus abraaʒ: ⁊ deus iſaac: ⁊ deus iacob. Non eſt deꝰ mortuorū ſed viuentiū. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius.**

nem eorū oſtendit: qui a martyrio labuntur: ita ceteri di
ſcipuli fugiētes cautelam fugiendi docent eos qui ſe mi
nus idoneos ad toleranda ſupplicia ſentiunt. Sequitur.
At illi tenentes ieſum duxerunt ad caypham principem
ſacerdotū. AVG. de q̄. euā. Sed tamen primo ad annā
ductus eſt ſocerū caiphe ſicut ioannes dicit: Ductus ē aūt
ligatus cū adeſſent in illa turba tribunus ⁊ cohors: vt ioan
nes cōmemorat. HIE. Refert autē ioſephus iſtum cay
pham vnius tm̄ anni pontificatum precio redemiſſe: cum
tamē moyſes deo iubente preceperit: vt pontifices patri
bus ſuccederent: ⁊ generationis in ſacerdotibus ſeries te
xeretur. non ergo mirū eſt ſi iniquus pontifex iniqua iudi
cet. RA. Conuenit etiam actioni caypha. i. inueſtigator
vel ſagax ad implendam ſuam nequitiā vel vomēs ore:
quia impudens fuit ad proferendū mendaciū: ⁊ ad per/
petrandū homicidiū. Ideo autem illuc eum adduxerunt
vt cū conſilio omnia facerent. vnde ſequitur: Ubi ſcribe ⁊
ſeniores conuenerant. ORI. Ubi cayphas eſt pūceps
ſacerdotū illic congregantur ſcribe. i. litterati: qui preſūt
littere occidenti: ⁊ ſeniores non in veritate: ſed in vetuſta
te littere. Sequitur: Petrus autem ſequebatur eum a lon
ge. Non enim poterat de proximo eū ſequi: ſed de longin
quo: nec tamē omnino recedens ab eo. CHRY. in ho. Mi
rus enim erat feruor petri: qui cū alios fugientes vidiſſet:
non fugit: ſed ſtetit ⁊ intrauit. Si aūt ⁊ ioannes intrauit:
tamē notus erat principi ſacerdotū. Longe aūt ſequebatur: quia
erat dn̄m negaturus. REMI. Neq̄ enim negare potuiſ
ſet ſi domino proximus adheſiſſet. Per hoc etiam ſignifi
catur q̄ petrus dominum ad paſſionē euntem erat ſecu
turus. i. imitaturus. AVG. de concor. euan. Significa
tur etiam eccleſiā ſecuturā quidē hoc eſt imitaturam paſ
ſiones domini: ſed lōge differenter. eccleſia enim pro ſe pa
titur: at illi pro eccleſia. Sequitur: Et ingreſſus intro ſedebat
cum miniſtris: vt videret finē. HIE. Uel amore diſcipu
li: vel humana curioſitate ſcire cupiebat quid iudicaret
de domino pontifex: vtrum eum neci addiceret: an flagel
lis ceſum dimitteret.

Principes autem ſacerdotum: ⁊ omne conſi
lium querebant falſum teſtimonium contra ieſum:
vt eum morti traderent: ⁊ non inuenerūt: cum mul
ti falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autē venerūt
duo falſi teſtes ⁊ dixerunt: Hic dixit: Poſſum de
ſtruere templum dei: ⁊ poſt triduum reedificare il
lud. Et ſurgens princeps ſacerdotum ait illi: Ni
hil reſpondes ad ea q̄ iſti aduerſū te teſtificāt? Ihs aūt
tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi: Adiuro
te per deum viuum: vt dicas nobis ſi tu es chriſtus
filius dei. Dicit illi ieſus: Tu dixiſti. Uerūtamen
dico vobis: ammodo videbitis filium hominis ſe
dentem a dextris virtutis dei: ⁊ venientem in nubi
bus celi. Tunc princeps ſacerdotū ſcidit veſtimē
ta ſua dicens: Blaſphemauit. Quid adhuc ege
mus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam.
Quid vobis videtur? At illi reſpondētes dixerūt:
Reus ē mortis. Tunc expuerunt in faciem eius ⁊
colaphis eum ceciderunt. alij autem palmas in faci
em eius dederunt dicentes: propheti3a nobis chri
ſte: quis eſt qui te percuſſit.

CHRY. in home. Congregatis principibus ſacerdo/
tum: ⁊ tota peſtilentie conuenticula: volebant ſuis inſi/
dijs iudicij formam imponere. vnde dicitur. Principes
autem ſacerdotum ⁊ omne conſilium querebant falſum te
ſtimonium contra ieſum vt eum morti traderent. Sed q̄
fictum erat iudicium: ⁊ omnia tumultus ⁊ turbationis
plena: manifeſtatur per hoc quod ſubditur: Et non inue
nerunt: cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. ORIGE. Fal
ſa enim teſtimonia tunc locum habent: quando cum colo
re aliquo proferuntur. Sed nec color inueniebatur qui
poſſet contra ieſum adiuuare mēdacia: quāuis eſſent mul
ti gratiam tribuere volentes principibus ſacerdotum: qd̄
maximam laudem exhibet ieſu: qui ſic omnia irreprehen
ſibiliter dixit ⁊ fecit: vt nullam veriſimilitudinem inueni
rent in eo reprehēſibilis ⁊ mali ⁊ multi aſtuti. Sequit: No
uiſſime autem venerunt duo falſi teſtes ⁊ dixerūt. hic di/
xit: poſſum deſtruere templum dei: ⁊ poſt triduum reedi
ficare illud. HIERO. Quomodo autem falſi teſtes ſūt
ſi ea dicunt que dominum dixiſſe legimus? Sed falſus te
ſtis eſt qui non eodem ſenſu dicta intelligit: quo dicuntur
dominus enim dixerat de templo corporis ſui: ſz in ipſis
verbis calumniantur: vt paucis additis vel mutatis qua
ſi iuſtam calumniam faciant. Saluator dixerat: Soluite
templum hoc. iſti commutant ⁊ aiunt: Poſſum deſtruere
templum dei. Uos inquit ſoluite: non ego: quia illicitum ē
vt nobiſipſis inferamus manus. deinde illi vertunt: Et
poſt triduum reedificare illud vt proprie de templo iudai
co dixiſſe videretur. dominus autem vt oſtēderet anima
le inſpirans templum dixerat: Et ego in triduo reſuſcita
bo illud. aliud eſt edificare: aliud ſuſcitare. CHRY. in
home. Sed quare non attulerunt in medium accuſationē
de ſolutione ſabbati. quia multotiens eos ſuper hoc cō/
futauerat. HIERO. Ira autem preceps ⁊ impatiēs nō
inueniens calumnie locum: excutit de ſolio pontificem:
vt veſaniam mentis motu corporis demonſtraret. vnde
ſequitur: Et ſurgēs princeps ſacerdotum ait illi: Nihil re
ſpondes ad ea que iſti aduerſum te teſtificātur. CHRY.
in home. Hoc autem dixit volens ab eo inexcuſabilem
reſponſionem elicere: vt ex ipſa eum caperet. Inutilis aūt
erat excuſationis reſponſio: nullo eam exaudiente. Et
ideo ſequitur: Ieſus autem tacebat. Etenim ſolum figura iu
dicij ibi erat in veritate autem latronū erat incurſus ſicut
in ſpelunca: ⁊ ideo ſilet. ORIGE. Ex hoc autem loco
diſcimus contēnere calumniantium ⁊ falſorum teſtium vo
ces: vt nec reſponſione dignos eos habeamus qui non
conuenientia dicunt aduerſus nos: maxime vbi maius
eſt: libere ⁊ fortiter ſilere: q̄ defendere ſine vllo profectu.
HIERONY. Sciebat enim quaſi deus quicquid dixiſſet
torquendum ad calumniam. Quanto ergo ieſus magis ta
cebat ad indignos reſponſione ſua falſos teſtes ⁊ ſacer
dotes impios: tanto magis pontifex furore ſuperatus eū
ad reſpondendum prouocat: vt ex qualibet occaſione ſer
monis locum inueniat accuſandi. vnde ſequitur: Et prin
ceps ſacerdotum ait illi: Adiuro te per deum viuum vt di.
no. ſi tu es chriſtus filius dei. ORI. In lege quidem adiu
randi vſum aliquotiens inuenimus. eſtimo autē quoniam



non oportet vt vir qui vult ſm̄ euangeliū viuere adiuret
alterum. Si enim iurare non licet nec adiurare: ſed ⁊ q̄ re
ſpicit ieſum imperantem demonibus ⁊ poteſtatem dantē
diſcipulis ſuper demonia: dicet q̄ ſm̄ poteſtatem datam
a ſaluatore non eſt adiurare demonia. Princeps autem ſa
cerdotum peccatum faciebat inſidians ieſu: ⁊ ideo imita
batur proprium patrem: qui his dubie interrogauit ſal
uatorem: Si tu es chriſtus filius dei. vnde quis recte di/
cere poteſt quoniam dubitare de filio dei vtrum ipſe ſit
chriſtus: opus diaboli eſt. Non decebat autē dominum
ad adiurationem principis reſpondere ſacerdotum quaſi
vim paſſum: propter quod nec denegauit ſe filium dei eē:
nec manifeſte confeſſus eſt. vnde ſequitur: Dicit illi ieſus
tu dixiſti. Non enim erat dignus chriſti doctrina: ꝓpte
rea non eū docet: ſed verbum oris eius accipiens: in re
dargutionem ipſius conuertit. Sequit: Uerūtamē dico
vo. ammo. vide. filiū homi. ſeden. a dex. virtutis dei. Ui
detur mihi quoniā firmitatem quandā regalem ſignificat
ſeſſio filij hominis. iuxta virtutē ergo dei qui ſolus ē vir
tus fundatus eſt qui accepit omnē poteſtatem a patre ſicut
in celo ⁊ in terra. Erit autem quando hanc fundationem
videbunt etiam aduerſarij q̄ a tempore diſpenſationis in
cepit impleri. Uiderūt enim eius diſcipuli eū reſurgentem
a mortuis ⁊ per hoc viderunt eū fundatū ad dexterā vir
tutis. Uel q̄ ſm̄ longitudinē ſempiternā que ē apud deum
a conſtitutione mundi vſq̄ ad finē ē vnus dies. Nihil er
go mirū q̄ hic dicit ſaluator. Ammodo. ſpaciū eſt breuiſ
ſimū vſq̄ ad finem oſtendens: ⁊ non ſolū ſedentem eum
ad dexterā virtutis viſuros ꝓphetabat: ſed etiam venien
tem in nubibus celi. vnde ſequit: Et veni. in nubibus celi. He
nubes ſunt prophete ⁊ apoſtoli chriſti: quibus mādat plue
re cū oportet: ⁊ ſunt nubes celi nō tranſeuntes: quaſi por
tātes imaginē celeſtis: ⁊ digne ſunt vt ſint ſedes dei quaſi
heredes dei ⁊ coheredes chriſti. HIE. Pontificem aūt
de ſolio ſacerdotali furor excuſſerat: eadē rabies ad ſcin
dendū veſtes ꝓuocat. vnde ſequit: Tunc princeps ſacer
do. ſcidit veſtimenta ſua dicens: Blaſphemauit. Conſue
tudinis enim iudaice eſt: q̄ cū aliquid blaſphemū ⁊ qua
ſi contra deū audierit: ſcindant veſtimēta ſua. CHRY.
in ho. Hoc igit fecit vt accuſationē redderet grauiorem: ⁊
qd̄ verbis dicebat: factis extolleret. HIE. Per hoc aūt
q̄ ſcidit veſtimēta ſua: oſtendit iudeos ſacerdotalē gloriā
pdidiſſe: ⁊ vacuā ſedē habere pontificis. Dū enim veſtem
ſibi diſcidit: ipſū quo tegebat velamētum legis abrupit.
CHRY. in ho. Cū ergo ſcidiſſet veſtimēta ſua: non fecit
ſententiā a ſeipſo ſed ab alijs eā exquirit dicēs: Quid vo
bis videt? Sicut in confeſſis peccatis ⁊ blaſphemia ma
nifeſta fieri ſolet: ⁊ quaſi cogens ⁊ violētiā iferens ad ſen
tētiam ꝓferendā preuenit auditorē dicens: Quid adhuc
egemus teſtibus? Ecce nūc audi. blaſphemiā. Que aūt fuit il
la blaſphemia? Etenim ante eis congregatis dixerat: Di/
xit dn̄s dn̄o meo: ſede a dextris meis: ⁊ interpretatus eſt
eis ⁊ ſiluerunt: nec de cetero contradixerunt: qualiter er/
go nūc quod dictū ē blaſphemiā vocant. Sequitur: At il
li reſpōdētes dixerūt: Reus eſt mortis. Ipſi accuſantes:
ipſi diſcutientes: ipſi ſententiā proferentes. ORI. Quā
tū putas fuit erroris: ipſam principalē diuinā vitā reā mor
tis ꝓnūciare. ⁊ per tantorū reſurgentiū teſtimonia: nō re
ſpicere fontē vite de quo in oēs reſurgentes vita fluebat.
CHRY. in ho. Ut aūt venationē inuenientes ita ſuam
demōſtrabāt ebrietatē: ⁊ inſania ferebantur. Sequitur:
Tunc expue. in fa. eius: ⁊ cola. eum ceciderūt. HIE. Ut
cōpleret quod dictum ē: Dedi maxillā meā alapis: ⁊ faci
em meā nō auerti a cōfuſione ſputorū. Sequitur: Alij autē
pal. in faci. eius dede. dicen. Propheti3a no. chriſte: q̄s eſt
qui te percuſſit. GLO. In contumeliā ei hoc dicit: qui
ſe prophetā haberi voluit a populis. HIE. Stultum
autem erat verberantibus reſpondere ⁊ prophetare ce
dentē: cū palā percutientis inſania videretur. CHRY.
in ho. Attende autē q̄ euangeliſta cum ſūma diligentia q̄
videntur eſſe exprobratiſſima exponit: nihil occultās aut
verecundans: ſed gloriam exiſtimans maximam: domi
natorem orbis terrarum pro nobis talia ſuſtinere. Hoc
autem legamus continue: hoc noſtre menti inſcribamus ⁊
in his gloriemur. AVG. de q̄. euā. Quod autē dictum
eſt: Expuerunt in faciem eius ſignificauit eos qui preſen
tiam gratie eius reſpuunt. Item tanq̄ colaphis eum ce
dunt: qui ei honores ſuos preferunt. Palmas in faciem
eius dant: q̄ perfidia cecati: eum nō veniſſe affirmant: tā
q̄ preſentiam eius exterminātes ⁊ repellentes.

Petrus vero ſedebat foris i atrio: ⁊ acceſſit ad
eum vna ancilla dicens: Et tu cū ieſu galileo eras.
At ille negauit corā omnibus dicens: Neſcio qd
dicis. Exeunte autem illo ianuā: vidit eum alia an
cilla: ⁊ ait his qui erāt ibi: Et hic erat cum ieſu na
3areno. Et iterum negauit cum iuramēto: quia nō
noui hominem. Et poſt puſillū acceſſerunt q ſta
bant ⁊ dixerunt petro: Uere tu ex illis es. Nam ⁊
loquela tua manifeſtum te facit. Tunc cepit dete
ſtari ⁊ iurare: quia non nouiſſet hominem. Et cō
tinuo gallus cantauit. Et recordatus eſt petrus ver
bi ieſu quod dixerat: priuſq̄ gallus cantet: ter me
negabis. Et egreſſus foras fleuit amare.

AVG. de con. euā. Inter predictas dn̄i cōtumelias tri
na negatio petri facta ē: quam non oēs euangeliſte eodem
ordine narrant. Lucas enim explicat prius temptationē pe
tri: tunc demū contumelias dn̄i. Sed mattheus ⁊ marcus
eas ꝑmo ꝯmemorāt: ⁊ deide petri tētationē. Sic eni hic
ſequit. Petrus vero ſedebat foris in atrio. HIE. Foris
ſedebat vt videret exitū rei: ⁊ non appropinquabat ieſu:
ne miniſtris aliqua ſuſpitio naſceretur. CHRY. in bo.
Et qui quando detentū magiſtrū vidit ſolū: ita efferbuit
vt gladiū euaginauerit: ⁊ auriculā abſciderit: quando cō
tumelias chriſti audiuit negator efficit: ⁊ vilis puelle mi
nas non ſuſtinet. Sequitur enim: Et acceſſit ad eū vna an/
cilla dicens: Et tu cum ieſu gali. eras. RA. Quid ſibi
vult quia prima eū prodit ancilla cū viri magis eū potue
rint recognoſcere: niſi q̄ iſte ſexus peccare in nece domi
ni videretur: vt eius paſſione redimeret. Sequitur: At ille
negauit corā oibus dicens: Neſcio qd dicis. Palā coram
omnibus negauit: q̄a ſe manifeſtare expauit quod dicebatur
ſe neſcire: reſpondit: quia pro ſaluatore adhuc mori no
luit. LEO papa in ſer. de paſ. Ob hoc autem ſicut ap
paret heſitare permiſſus ē: vt in eccleſie principe remediū
penitentie conderet: ⁊ nemo auderet de ſua virtute confi
dere: quādo mutabilitatis periculū: nec beatus petrus po
tuiſſet euadere. CHRY. in ho. Non ſolū autē ſemel ſz
⁊ ſecundo ⁊ tertio negat in breui tempore. vn̄ ſequitur. Exe
unte aūt eo ianuā: vidit eū alia ancilla ⁊ ait his q̄ erāt ibi
Et hic erat cum ieſu na3areno. AVG de con. euā. In
telligit aūt q̄ poſtq̄ exijt foras cū iam ſemel negaſſet: gal
lus cantauit primū quod marcus dicit. CHRY. in ho.
Ut oñdat q̄ neq̄ vox galli eū a negatione detinuit. neq̄
in memoriā ſue promiſſionis reduxit. AVG. de cōcor.
euange. Non aūt foris ante ianuā iterū negauit: ſed cū re
diſſet ad focū neq̄ enim iā exierat ⁊ foris eum vidit altera
ancilla: ſed cū exiret eū vidit. i. cum ſurgeret ⁊ exiret ani
maduertit: ⁊ dixit his q̄ erant ibi. i. qui ſimul aderant ad
ignē in atrio: Et hic erat cum ieſu na3areno. Ille autem q̄
foras exierat: hoc audito regreſſus eſt: vt ſe quaſi purga
ret negādo. Uel quod eſt credibilius: non audiuit qd̄ de
eo dictum fuerat cum foras exiret: ⁊ poſteaq̄ redijt quod
dictum ē ei q̄ lucas cōmemorat. Sequitur: Et iterum nega
uit cum iuramento: quia non noui hominē. HIE. Scio
quoſdā pio affectu erga apoſtolū petrū locum hunc ita

interpretatores: vt dicerent petrū hominē negaſſe: non deū: ⁊ eſſe ſenſum: Neſcio hominē q̄ꝛ ſcio deū. Hoc q̄ friuolum ſit: prudens lector intelligit. ſi enim iſte non negauit: ergo mentitus ē dominus qui dixerat: Ter me negabis. RAB. In hac autem negatione petri dicim⁹ non ſolum abnegare chriſtum: q̄ dicit eū non eē chriſtum: ſꝫ qui cū ſit negat ſe eē chriſtianū. AVG. de con. euā. Nunc iam de tertia negatione inſpiciam⁹. Sequitur enī: Et poſt puſil. acceſ. qui ſta. ⁊ dixe. petro: Uere ⁊ tu ex illis es. Lucas autem dixit: Interuallo facto q̄ſi hore vnius ⁊ vt euꝫ conuincant. conſequenter adiungit: Nam ⁊ loquela tua manifeſtum te facit. HIE. Non quo alterius ſermonis eēt petrus aut gentis externe: omnes q̄ppe hebrei erant ⁊ q̄ arguebant: ⁊ q̄ arguebatur: ſed quo vnaqueq; prouincia habet ꝓprietates ſuas ⁊ vernaculū loquendi ſonū vitare nō poſſit. REMI. Uide aūt q̄ ſint noxia prauorū hominū colloq̄a: ipſa q̄ppe coegerūt petrū negare dominum: quē prius confeſſus fuerat eſſe dei filiū. Sequitur enī: Tunc cepit deteſtari ⁊ iurare: q̄ꝛ non nouiſſet hominem.

RAB. Nota q̄ꝛ primum ait. Neſcio q̄d dicis. ſecundo cū iuramento negat. tertio q̄ꝛ cepit deteſtari ⁊ iurare: q̄ꝛ nō nouit hominē. Perſeuerare q̄ppe in peccato dat incrementum ſcelerum: ⁊ q̄ minima ſpernit: cadit in maiora.

REMI. Spiritaliter autē per hoc q̄ petr⁹ ante primuꝫ galli cantum negauit: illi deſignantur qui ante chriſti reſurrectionē nō credebāt eū eē deū ſ⁊ morte turbati. Per hoc autem q̄ poſt galli cantū negauit: illi deſignantur q̄ in vtrāq; domini naturā ⁊ ſm deū ⁊ ſm hominē errant. Per primā aūt ancillā deſignat cupiditas: per ſecūdam carnalis delectatio: per illos q̄ aſtabant: demones intelliguntur. his enīꝫ trahuntur hoīes ad chriſti negationeꝫ.

ORI. Uel per primā ancillā itelligitur ſynagoga iudeorum qui frequenter cōpulerunt denegare fideles: per ſecundā congregatio gētium: q̄ ⁊ perſecuti ſunt chriſtianos per tertios ſtantes in atrio: miniſtri hereſum diuerſarum

AVG. de q̄. euā. Ter etiā petrus negauit: nā ⁊ error hereticorū de chriſto tribus generibus terminat. Aut enim ex diuinitate: aut hūanitate: aut de vtroq; fallūtur. RA. Poſt tertiā autem negationem ſequitur galli cāt⁹: ⁊ hoc eſt quod ſubdit: Et cōti. gallus cantauit. Per quē doctor eccleſie intelligit qui ſōnolentos increpans ait: Euigilate iuſti: ⁊ nolite peccare. Solet autē ſacra ſcriptura ſepe meritū cauſarū per ſtatum deſignare temporꝫ. vnde petrus qui media nocte peccauit: ad galli cantū penituit. vnde ſequitur: Et recordatus eſt petrus verbi ieſu quod dixerat Priuſq̄ gallus cantet: ter me negabis. HIE. In alio euāgelio legim⁹ q̄ poſt negationē petri ⁊ galli cantū reſpexit ſaluator petrū: ⁊ intuitu ſuo eū ad amaras lachrymas prouocauit: non enīꝫ fieri poterat vt in negationis tenebris ꝑmaneret: quē lux reſpexerat mundi. vnde ⁊ hic ſequitur: Et egreſſus foras fleuit amare. In atrio enim cayphe ſedens non poterat agere penitentiā. vnde foras egredit de impiorū conſilio vt pauide negationis ſordes amaris fletibus lauet. LEO papa: Felices o apoſtole ſancte lachrymę tue: que ad diluendā culpā negationis: virtutē ſacri habuere baptiſmatis. Affuit enim dextra domini ieſu chriſti: qui labētē te priuſq̄ deciperetis: ⁊ firmitatē ſtandi in ipſo cadendi periculo recepiſti. cito itaq; ad ſoliditatem rediit petra: tanq̄ recipiens fortitudinē vt qui tunc in chriſti expauerat paſſione: in ſuo poſt ſupplicio non timeret: ſed conſtans permaneret.

CA. XXVII.

Mane aūt facto: cōſilium inierunt oēs principes ſacerdotū ⁊ ſeniores populi aduerſus ieſum: vt euꝫ morti traderent. Et vinctū adduxerūt eū: ⁊ tradiderūt pontio pilato preſidi. Tunc videns iudas qui eū tradidit q̄ dānatus eēt: penitētia ductus retulit triginta argenteos principibus ſacerdotū ⁊ ſenioribus dicens: Peccaui: tradens ſanguinē iuſtū. At illi dixerūt: Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argēteis i tēplo receſſit: ⁊ abiens laqueo ſe ſuſpendit.

AVG. de con. euā. Contexuerat ſuperius euangeliſta narrationē in his que cum domino acta ſunt vſq; ad mane. Sed poſtea rediit ad narrandā petri negationeꝫ: qua terminata rediit ad mane: vt inde cetera contexeret. Et hoc eſt quod dicit: Mane aūt facto conſiliū inierunt oēs ꝓncipes ſacerdotū ⁊ ſeniores populi aduerſus ieſum: vt eū morti traderēt. ORI. Putantes per mortē extinguere eius doctrinam ⁊ fidē apud eos qui crediderunt in eum quaſi in filiū dei. Talia autem cōtra eū conſiliantes: alligauerunt ieſū ſoluentē a vinculis. vnde ſequit: Et vinctuꝫ adduxerunt eū: ⁊ tradiderūt pōtio pilato preſidi. HIE. Uide ſolicitudinē ſacerdotū i malū. tota nocte vigilarūt vt homicidiū facerent: ⁊ vinctū tradiderunt pilato. Habebant enīꝫ hunc morē: vt quē adiudicaſſent morti: ligatum iudici traderent. RAB. Attamē notandū q̄ nō tūc primū ligauerunt: ſed mox cōprehēſū in orto: vt ioannes declarat. CHRY. in ho. Ideo autē eum nō occulte interfecerunt: quia non habebāt eius glorie detrahere. multi enim eū admirabant: ⁊ propter hoc ſtuduerūt publice ⁊ corā hominib⁹ euꝫ occidere: ⁊ ideo ad preſidem eū duxerūt. HIE. Uidens autē iudas dominuꝫ adiudicaſſe morti: preciū retulit ſacerdotib⁹: quaſi in poteſtate ſua eſſet perſecutorꝫ mutare ſententiam. vnde ſequit: Tunc videns iudas qui tradidit euꝫ q̄ damnatus eſſet: penitentia ductus: retulit triginta argenteos principibus ſacerdotū ⁊ ſenioribus populi dicens: Peccaui: tradens ſanguinē iuſtū. ORI. Reſpondeant mihi qui de naturis q̄ſdā fabulas introducūt: vnde ē q̄ iudas cognoſcens peccatū ſuū dixit: Peccaui: tradens ſanguinē iuſtum: niſi ex bona plantatione mentis ⁊ ſeminatione virtutis que ſeminata ē in qualibet rationali anima: quā non coluit iudas ⁊ ideo cecidit in tale peccatū. Si autē nature pereuntis ē aliquis hominū: magis huius nature fuit iudas: Et ſiquidem poſt reſurrectionē chriſt⁹ hoc dixiſſet iudas: forſitā erat dicēdū q̄m cōpulit eū penitere de peccato ipſa virt⁹ reſurrectionis. Nūc aūt videns eū traditū eē pilato penituit: forſitan recordat⁹ q̄ frequenter ieſus dixerat de ſua reſurrectione futura. Forſitan ⁊ ſathanas qui ingreſſus in eū fuerat: preſto fuit ei donec ieſus traderetur pilato. Poſtq̄ aūt fecit qđ voluit receſſit ab eo: quo recedēte penitētiā capere potuit. Sed quomō vidit iudas q̄m cōdēnatus ē: nōdū. n. a pilato fuerat iterrogat⁹? forſitan dicet aliquis q̄m cōſideratiōe mētis ſue vidit exitum rei ex eo qđ traditū aſpexit. Ali⁹ aūt dicet: q̄m qđ ſcriptū ē: Uidēs iudas q꞉ cōdēnat⁹ ē. ad iudā refert: tūc enīꝫ ſenſit malū ſuū ⁊ intellexit ſe cōdēnatum. LEO papa. Dicendo tamen Peccaui tradens ſanguineꝫ iuſtū. in impietatis ſue perfidia perſtitit: qui ieſuꝫ nō deī filiū: ſed noſtre tantūmodo conditionis hominē: etiā inter extrema mortis ſue pericula credidit: cuius flexiſſet miſericordiā ſi eius omnipotentiam non negaſſet. CHRY. i ho. Uide aūt q̄m penitentiā agit q̄n cōpletū ē ⁊ finē accepit peccatū. Non enim permittit diabolus eos qui nō vigilāt videre malū anteq̄ perficiāt. Sequit: At illi dixerūt: Quid ad nos? tu videris. REMI. Ac ſi dicant: Quid ad nos ꝑtinet ſi iniuſtus ē: tu videris. i. opus tuū quale ſit manifeſtabit. Quidā aūt coniunctim voluerūt legere hec verba vt ſit ſenſus: Cui⁹ eſtimationis deputaris apud nos q̄ eum quē tradidiſti: iuſtū confiteris. ORI. Recedēte autē ab aliquo diabolo: obſeruat tempus iterum: ⁊ poſtq̄ cognouerit ⁊ ad ſecūdū peccatū induxerit: obſeruat etiaꝫ tertie deceptionis locū. Sicut ille qui primo vxorē patris habuit de hoc malo poſtea penituit. Sed poſtea diabolus voluit hanc ipſā triſticiā exaggerare vt ipſa triſticia abundantior facta abſorberet triſtantem. Simile aliquid factū ē in iuda. poſtq̄ enim penituit nō ſeruauit cor ſuū: ſed ſuſcepit abūdantiorē triſticiā a diabolo ſibi ſubmiſſaꝫ: q꞉ voluit eum abſorbere. vnde ſequitur: Et abiens laqueo ſe ſuſpendit. Si aūt locū penie requiſiſſet: ⁊ tēpus penitentie obſeruaſſet: forſitan inueniſſet eū qui dixit: Nolo mortē peccatoris Uel forte exiſtimauit preuenire magiſtrū moriturū: ⁊ occurrente ei cū anima nuda vt cōfitens ⁊ deprecans miſericordiā mereretur: nec vidit q꞉ non conuenit ſeruuꝫ dei ſeipſū expellere de hac vita ſed expectare dei iudicium.

RA. Suſpendit aūt ſe laqueo: vt ſe oſtenderet celo terreq; peroſum. AVG. de queſ. no. ⁊ ve. teſta. Sed occupatis principibus ſacerdotum ad necem domini a mane vſq; ad horaꝫ nonā q̄uō iudas eis retuliſſe precium ſanguinis quod acceperat ante crucē domini probatur ⁊ dixiſſe illis in tēplo: peccaui q̄ tradiderim ſanguinē iuſtum cū cōſtet oēs principes ⁊ ſeniores ante paſſionē domini non fuiſſe in tēplo. Quippe cū in cruce poſito inſultarent ei. Nec enīꝫ fide pōt probari: q꞉ ante paſſionē dn̄i relatū eſt cum ſint multa que ante facta probantur: ⁊ nouiſſima ordinantur. Sed ne forte poſt horā nonam factum ſit: vt videns iudas occiſum ſaluatorē: ⁊ ob hoc velū tēpli ſciſſum: terrā tremuiſſe: ſaxa fiſſa: elemēta cōterrita ipſo metu correptus doluerit. Sed poſt horā nonā occupati erāt vt exiſtimo ſeniores ⁊ principes ſacerdotū ad celebrationem paſche. Sabbato aūt ſm legē non licet nūmos portare: ac per hoc non ē probabile apud me quo die immo tēpore laqueo vitam finierit iudas.

Principes autē ſacerdotū acceptis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere in corbonā: quia precium ſanguinis ē. Couſilio aūt inito: emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturā peregrinorum: propter hoc vocat⁹ ē ager ille acheldemach: hoc ē ager ſanguinis: vſq; in hodiernum diem. Tunc īpletum eſt quod dictū eſt per hieremiam ꝓphetam dicentē: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati quē appreciauerunt a filijs iſrael ⁊ dederūt eos i agꝝ figuli: ſicut ꝯſtituit mihi dn̄s.

CHRY. in ho. Quia principes ſacerdotuꝫ nouerant q̄ occiſionem emerant a propria conſcientia ꝯdēnati fuerunt: ⁊ ad hoc oſtendendum ſubdit euāgeliſta. Pricipes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbonā: quia preciū ſāguinis ē. HIE. Uere culicem liquentes ⁊ camelum glutientes. ſi enīꝫ ideo non mittunt pecuniā in corbonam hoc ē in gazophylaciū ⁊ dona dei: quia precium ſanguinis ē: cur ipſe ſanguis effundit. ORI. Uidebant autē quoniaꝫ circa mortuos magis eā pecuniā conueniebat expendi que precium ſanguinis erat. Sed quia ⁊ inter loca mortuorum ſunt differentie: vſi ſunt precio ſanguinis ieſu ad comparationem agri figuli alicuius: vt in eo peregrini ſepeliant: non ſꝫ votū ſuū in monumentis paternis. vnde ſequitur: Conſilio aūt inito emerunt ex illis agrū figuli in ſepulturaꝫ peregrinorum. AVG. in ſer. de ce. do. Prouidentia aūt dei factū puto vt precium ſaluatoris non peccatoribus ſūptū prebeat: ſed peregrinis requiē ſubminiſtret: vt iaꝫ exinde chriſtus ⁊ viuos ſanguinis ſui paſſione redimat: ⁊ mortuos precioſa paſſione ſuſcipiat. Precio ergo dominici ſanguinis ager figuli cōparatur. Legimus in ſcripturis q̄ totius generis humani ſalus redēpta ſit ſanguine ſaluatoris. Ager ergo iſte mundus hic totus ē. Figulus autē qui mundi poſſit habere dominatū: ipſe ē qui vaſcula corporis noſtri fecit de limo. Iſtius itaq; figuli ager chriſti ſanguine emptus ē: peregrinis inquā qui ſine domo patria ⁊ toto orbe exules iactabantur: requies chriſti ſanguine prouidet. Iſtos aūt peregrinos eē dicimus deuotiſſimos chriſtianos: q̄ renunciātes ſeculo: nihil poſſidentes i mūdo: in chriſti ſanguine requieſcunt. Sepultura enim chriſti nihil aliud ē q̄ requies chriſtiani. Conſepulti enim ſumus: ſicut ait apoſtolus cū illo per baptiſmū in morte. Nos ergo peregrini in hoc mūdo ſum⁹: ⁊ tanq̄ hoſpites in hac luce verſamur. HIE. Qui etiaꝫ peregrini eram⁹ a lege ⁊ prophetis praua iudeoruꝫ ſtudia ſuſcepimus in ſalutem. ORI. Uel peregrinos dicimus qui vſq; ad finem extranei ſunt a deo: nā iuſti conſepulti ſunt chriſto i monumento nouo quod exciſum eſt in petra. Qui autē alieni ſunt a deo vſq; in finem ſepulti ſunt in agro figuli operantis lutum: qui precio ſanguinis ē comparatus: et ager ſanguinis nominatur. vnde ſequitur. Propter hoc vocatus eſt ager ille acheldemach: hoc eſt ager ſanguinis vſq; in hodiernam dieꝫ. GLO. Quod referendū ē ad tēpus quo euangeliſta hoc ſcripſit. deinde confirmat idē ꝓphetico teſtimonio dicens. Tunc impletū ē quod dictū ē p hieremiā prophetā dicentē: Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati quem appreciauerunt a filijs iſrael: ⁊ dederunt eos in agrum figuli: ſicut cōſtituit mihi dominus. HIE. Hoc in hieremia penitus non inuenitur: ſed in zacharia qui penultimus ē duodecim ꝓphetarum quedam ſimilitudo refert: ⁊ q̄q̄ ſenſus non multū diſcrepet: tamē ordo ⁊ verba diuerſa ſunt. AVG. de cōcor. euā. Siquis ergo putat ideo fidei euangeliſte aliquid derogandū: primo nouerit non oēs codices euangeliorum habere: quod per hieremiā dictū ſit: ſed tantūmodo per prophetam. Mihi autem hec non placet defenſio: q꞉ ⁊ plures codices habent hieremie nomen ⁊ antiquiores ⁊ nulli fuit cauſa cur adderet hoc nomē: ⁊ mendoſitas fieret. Cur aūt tolleret fuit vtiq; cauſa vt hoc audax imperitia faceret: predicta queſtione turbata. Potuit aūt fieri vt animo matthei euangeliū ſcribentis: pro zacharia hieremias occurreret: vt fieri ſolet: quod tamē ſine vlla dubitatione emēdaret ſaltē ab his admonitus: qui ipſo adhuc in carne viuente hec legere potuerūt: niſi cogitaret recordationis ſue que ſpirituſancto regebatur: non occurriſſe aliud pro alio nomē prophete: niſi quia domin⁹ hoc ita ſcribi conſtituit. Cur autē conſtituerit: prima cauſa eſt: q꞉ ſic inſinuat ita omnes prophetas vno ſpiritu locutos: mirabili inter ſe conſenſione conſtare: vt hoc multo ampli⁹ ſit: q̄ ſi omniū verba prophetarū vno vni⁹ hominis ore demōſtrētur. ⁊ ideo indubitanter accipi debent quecūq; per eos ſpirituſſanctus dixit: ⁊ ſingula eſſe omniū: ⁊ oīa ſingulorum. Si enim hodie quiſq̄ volens alicui⁹ verba iudicare: dicat nomē alteri⁹ in quo dicta ſunt: qui tamen ſit amiciſſim⁹ illius: cuius verba dicere voluit: ⁊ continuo recordat⁹ aliū pro alio ſe dixiſſe ita ſe corrigat: vt tamē dicat: bene dixi: nihil aliud intuens niſi inter ambos eē cōcordiaꝫ: quāto magis de prophetis ſanctis hoc cōmēdādū fuit. Eſt ⁊ alia cauſa cur hoc nomē hieremie in teſtimonio zacharie ſit manere permiſſuꝫ: vel potius ſancti ſpiritus auctoritate preceptū ſit: Eſt apud hieremiam: q̄ emerit agrū a filio fratris ſui: ⁊ dederit ei argentum: non quidem ſub hoc nomine precij: quod poſitum ē apud zachariaꝫ triginta argenteis. q̄ autē prophetiā de triginta argenteis ad hoc interpretatus ſit euangeliſta: quod modo de domino completum eſt: manifeſtum eſt: ſed ad hoc pertinere etiaꝫ illud de agro empto quod hieremias dicit: hinc poteſt myſtice ſignificari: vt nō hic zacharie nomen poneret qui dixit: triginta argenteis: ſed hieremie q̄ dixit de agro empto: vt lecto euangelio atq; inuento nomine hieremie: lecto autē hieremia: ⁊ non inuento teſtimonio de triginta argenteis: inuento tamen agro empto admoneatur lector vtrūq; conferre: ⁊ inde ſenſuꝫ enucleare prophetie: quomodo pertineat ad hoc quod in domino completum eſt. Naꝫ illud quod ſubiecit huic teſtimonio Mattheus cum ait: Quē appreciauerūt a filijs iſrael

⁊ dederunt eos in agrum figuli: ſicut conſtituit mihi dominus: nec apud zachariā: nec apud hieremiā reperitur. Unde magis ex perſona euangeliſte accipiendū ē: ⁊ myſtice inſertū: quia hoc ex domini reuelatione cognouerit ad hanc rem que de chriſti precio facta ē huiuſmodi pertinere propheciā. HIE. de optimo genere interpretandi: Abſit ergo de pediſſequo chriſti ꝙ poſſit argui de falſo: cui cura fuit non verba ⁊ ſyllabas aucupari: ſed ſententias dogmatū ponere. CHRY. i ho. Legi nuper ī quodā hebraico volumine: quod nazaree ſecte mihi hebreꝰ obtulit hieremie apocryphū: in quo hoc ad verbum ſcriptū reperi: ſed tamen mihi videtur magis de zacharia ſumptum teſtimoniū euangeliſtarum: ⁊ apoſtolorū more vulgato: q̄ verborum ordine pretermiſſo: ſenſus tamen de veteri teſtamento proferunt exēplum.

**Jeſus autē ſtetit ante preſidē ⁊ īterrogauit eū preſes dicens: Tu es rex iudeorū? Dicit illi ieſus Tu dicis. Et cū accuſaretur a principibus ſacerdotum ⁊ ſenioribus: nihil reſpondit. Tunc dicit illi pilatus: Nō audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et nō reſpondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur preſes vehementer.**

AVG. de con. euā. Finitis his que Matheꝰ de Juda proditore interpoſuit ad ordinem narrationis reuertitur dicens: Jeſus autē ſtetit ante preſidem. ORI. Judex totius creature conſtitutus a patre: vide quantum ſe humiliauit: vt acquieſceret ſtare ante iudicē tunc terre iudee: ⁊ interrogatꝰ eſt interrogationeꝫ quā forſitan deridens aut dubitans pilatꝰ interrogat. vnde ſequit: Et interrogauit eum preſes dicens: Tu es rex iudeorū? CHRY. i ho. Jd pilatus interrogat quod aduerſarij contra chriſtū cōtinue reuoluebāt. Quia eniꝫ ſciebant pilatū nullā curam facientē legaliū ad publicas accuſationes rem ducunt. ORI. Uel pronunciatiue hoc dixit pilatꝰ. vñ ⁊ alibi ſcripſit in titulo: Rex iudeorū. Principi ergo ſacerdotum reſpondens: Tu dixiſti: oblique arguit eius dubitationem Pilati vero ſententiam confirmat pronunciātis. vnde ſequitur: Dicit ei ieſus: Tu dicis. CHRY. in ho. Confeſſus eſt ſe eſſe regem: ſed celeſtem: vt in alio euangelio manifeſtius legit. Regnū inquit meū non ē de hoc mundo: vt neq3 iudei neq3 pilatus excuſationē habeant: huic accuſationi inſiſtentes. HILA. Uel interroganti pontifici: an ipſe eēt ieſus chriſtus dixerat: Tu dixiſti: quia ſemper futurū chriſtum ex lege ipſe dixiſſet: huic vero legis ignaro interroganti an ipſe eēt rex iudeorū dicitur: Tu dicis: quia per fidem preſentis confeſſionis ſalus gentiuꝫ eſt. HIE. Attende autē ꝙ pilato qui inuitus promebat ſententiā aliqua ex parte reſpondit: ſacerdotibus autem ⁊ principibus ſacerdotum reſpondere noluit īdignos eos ſuo ſermone iudicans. vnde ſequitur: Et cū accu. a prin. ſacer. ⁊ ſenio. nihil reſpondit. AVG. de con. euā. Lucas autem ipſa crimina que accuſantes obiecerunt aperuit dicit enim: Ceperunt illum accuſare dicentes: Hunc inuenimus ſubuertentē gentem noſtrā ⁊ prohibenteꝫ tributa dari ceſari: ⁊ dicentē ſe chriſtū regeꝫ eē. Nihil auteꝫ intereſt ad veritatē quo ordine iſta retulerint: ſicut nihil intereſt ſi alius aliquid tacet qd alius cōmemorat. ORI. Accuſatus autem ieſus ſicut tunc illis nihil reſpondit: ſic nec ⁊ modo. nō fit eniꝫ eis verbū dei: ſicut aliquādo fuerat ad prophetas: ſed neq3 dignum erat vt pilato interroganti reſponderet: qui nō habebat permanēs ⁊ firmum de chriſto iudiciū ſed ad contraria trahebatur. vnde ſeq̄tur: Tunc dicit ei pilatus: Non audis quanta aduer. te dicunt teſtimonia? HIE. Gentilis quidē ē qui condēnat ieſum: ſed cauſam refert in populum iudeorum. CHRY. in ho. Jdeo autem hoc dicebat: quia volebat eum liberare: vt ſe excuſando reſponderet. Sequitur: Et non reſ. ei. ad vl. verbuꝫ: ita vt mira. preſes vehementer. Quia eniꝫ multas habentes demonſtrationes ex ipſis rebus: virtutis ⁊ manſuetudinis eius ⁊ humilitatis. tamē in ipſū indignabantur: ⁊ peruerſo iudicio agebantur contra ipſū ꝓpter hoc nihil reſpondet. ⁊ ſi aliquando reſpondet: breuia quidem dicit ne continua taciturnitate pertinacie opinio de ipſo accipiatur. HIE. Uel ideo ieſus nihil reſpondere voluit: ne crimen diluens dimitteretur a preſide ⁊ crucis vtilitas differretur. ORI. Miratus eſt autē preſes conſtantiā eius: forſitan ſciens ꝙ idoneus eēt pronūciare crimen: ⁊ tamē videbat eū in tranquilla ⁊ quieta ſapientia ⁊ grauitate non turbabili ſtare: ſed ⁊ vehementer miratur. Dignū enim ei videbatur magno miraculo vt exhibitus chriſtus ad criminale iudiciuꝫ: imperturbabilis ſtaret ante mortem: que apud oēs homines terribilis eſtimatur.

**Per diem autem ſolēnem conſueuerat preſes populo dimittere vnum vinctum quem voluiſſet. Habebat autem tunc vnum vinctum inſignē qui dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis dixit pilatus: Quē vultis dimittam vobis? barrabam an ieſum qui dicitur chriſtus. Sciebat eniꝫ ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum. Sedente autē illo pro tribunali miſit ad eum vxor eius dicens: Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Multa eniꝫ paſſa ſum hodie per viſum propter eum. Principes autem ſacerdotum ⁊ ſeniores perſuaſerunt populis vt peterent barrabam: ieſum vero perderēt. Reſpondens autem preſes ait illis: Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barrabam. Dicit illis pilatus: Quid igitur faciam de ieſu qui dicitur chriſtus? Dicunt oēs. Crucifigat. Ait illis p̄ſes: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes Crucifigatur. Uidens autem pilatus quia nihil proficeret ſꝫ magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo dicens: Innocēs ego ſum a ſanguie iuſti huius: vos videritis. Et reſpōdens vniuerſus populus dixit: Sanguis eius ſuper nos: ⁊ ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis barrabam: ieſum autem flagellatuꝫ tradidit eis vt crucifigeretur.**

CHRY. in ho. Quia chriſtus ad accuſationes iudeorū nihil reſponderat: per quod poſſet eū pilatus ab accuſationibus iudeorum excuſatū habere aliud machinatur: per quod eū liberare poſſit. vnde dicitur. Per diem autem ſolē. conſue. pre. dimit. po. vinc. vnū quem voluiſſet. ORI. Sic eniꝫ quaſdā gratias preſtant gentes eis quos ſubijciūt ſibi: donec confirmet ſuper eos iugū ipſoruꝫ: tamen conſuetudo hec aliquando fuit apud iudeos Saul eniꝫ nō interfecit ionathā: omni populo petente eū ad vitaꝫ. CHRY. i ho. Per hanc autem conſuetudinē chriſtū eripere tentauit: vt ⁊ neq3 vmbram excuſationis iudei ſibi derelinquant: manifeſtus homicida in comparatione chriſti adducitur: de quo ſequitur: Habe. aūt tūc vnū vinctū inſignē q̄ dice. barrabas. Non ſimpliciter dicit latronē: ſed inſignem: hoc eſt in malicia diffamatum. HIE. Jſte barrabas in euangelio quod iſcribit iuxta hebreos: filius magiſtri eorū interpretat: qui propter ſeditionem ⁊ homicidiū fuerat condemnatus. Offert autem optionem eis pilatus dimittendi quē vellent: latroneꝫ: an ieſuꝫ: nō dubitans ieſuꝫ potius eligendū. vnde ſequitur: Congre. aūt illis dixit pilatꝰ: Quē vultis dimittā vobis barrabam an ieſuꝫ qui dicitur chriſtus? CHRY. i ho. q. d. Si non vultis ſicut inocētē dimittere: ſaltē cōdēnatū feſtiuitati donetis. Si eniꝫ oportebat in peccatis manifeſtis exiſtētē dimittere: multomagis in dubijs. Uide auteꝫ ordinē conuerſuꝫ: Petitio pro cōdēnatis ſolet eē plebis conceſſio aūt principis nūc aūt cōtrariū geſtū ē. princeps eniꝫ petit a plebe: ⁊ plebs ferocior reddit. GLO. Quare aūt pilatꝰ ad liberationeꝫ chriſti laborauit manifeſtat euangeliſta cū ſubdit: Sciebat eniꝫ ꝙ per inuidiā tradidiſſent eū. REMI. Que aūt inuidia fuerit ioannes manifeſtat: qui narrat eos dixiſſe: Ecce mundus totus poſt eū vadit: ⁊ ſi dimittimꝰ eū ſic: oēs credent in eū. Notandū ē iā q̄ a loco eiꝰ quod mattheus dicit: An ieſū q̄ dicitur chriſtꝰ. Marcus dicit: Uultis dimittā vobis regē iudeorū: ſoli nāq3 reges iudeorū vngebant: ⁊ ab ipſa vnctione chriſti vocabant. CHRY. in ho. Deinde ſubdit aliud quod ſufficiens erat oēs a paſſione reuocare. Seqtur eni Sedente aūt illo pro tribunali: miſit ad eum vxor eiꝰ di. Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Cū demōſtratione eniꝫ que erat a rebus ⁊ ſomnijs nō paruū quid erat. RAB. Notādū vero q̄ a tribunal ſedes ē iudicis: ſoliū regū: cathedre magiſtrorū. Jn viſionibus aūt ⁊ ſomnijs gentilis viri vxor hoc intellexit: qd iudei vigilātes nec credere nec intelligere voluerūt. HIE. Nota ēt ꝙ gētilibus ſepe a deo ſomnia reuelantur: ⁊ ꝙ in pilato ⁊ vxore eius iuſtū dominū cōfitentibꝰ gentilis populi teſtimoniū ſit. CHRY. in ho. Sꝫ cuiꝰ gratia nō ipſe pilatus ſomniū videbat: quia illa magis digna erat: vel quia ſi pilatꝰ vidiſſet: nō equaliter ſibi creditū eēt: vel forte neq3 dixiſſet: propter hoc diſpenſat a deo ꝙ mulier vidit: vt manifeſtū oībus fieret. Et nō ſimpliciter videt: ſed ⁊ patitur multa. Sequitur enim: Multa enim paſſa ſuꝫ ho. per vi. propter eū. vt. ſ. a cōpaſſiōe que erat ad vxorē: deſidior fieret vir circa occiſionē: ſed ⁊ tēpus nō paruꝫ conferebat: etenim eadem nocte vidit. AVG. in ſer. de paſ. Sic ergo iudex terret in coniuge: et vt crimini iudeorū non prebeat in iudicio conſenſuꝫ perulit in vxoris afflictione iudiciū. iudicat ipſe q̄ iudicat: ⁊ torquet anteꝙ torqueat. RAB. Uel aliter: Nunc demū diabolus intelligēs per chriſtū ſe ſpolia ſua amiſſuruꝫ: ſicut primā per mulierē mortē intulerat: ita per mulierem vult chriſtū de manibus iudeorū liberare ne per eiꝰ mortē: mortis amittat iperiū. CHRY. in ho. Nihil autem premiſſorū chriſti aduerſarios mouit: quia eos omnino inuidia excecauerat: vnde ex propria malicia plebē corrūpūt. ⁊ hoc eſt quod ſequitur: Principes aūt ⁊ ſeni. perſuaſe. populo vt pete. barra. Je. vo perderent. ORI. Et ē videre nūc quō ppłus iudeorū a ſenioribꝰ ſuis: ⁊ iudaice culture doctoribꝰ ſuadetur: ⁊ excitatur aduerſus ieſū vt perdant eū. Sequit. Reſpon. aūt preſes ait illis. Queꝫ vul. vo. de duo. dimitti. GLO. Reſpondiſſe aūt dicitur pilatꝰ hec dicens: ſiue ad ea que vxor nunciauerat: ſiue ad petitionē populi: q̄ iuxta conſuetudinē aliquē in die feſto ſibi dimitti petebāt. ORI. Turbe aūt quaſi fere que ſpacioſaꝫ ābulāt viā: voluerūt ſibi barrabā habere ſolutū. vñ ſubdit. At illi dixe. Barrabā. Jdeo gens illa hꝫ ſeditiones ⁊ homicidia ⁊ latrocinia ſm quoſdā gentis ſue in rebꝰ que foris habent: ſꝫ aūt oēs intus in anima. Ubi eniꝫ nō eſt ieſus: illic lites et prelia ſunt. vbi aūt ē: ibi ſunt oia bona ⁊ pax. Oēs ēt qui iudeis ſunt ſimiles vel i dogmate vel in vita: barrabā ſibi ſolui deſiderant. Quicūq3 eniꝫ mala agit: ſolutꝰ ē in corpore eiꝰ barrabas: Chriſtꝰ aūt vinctꝰ. Qui aūt bona agit: chriſtū habet ſolutū: barrabā vinctū. Uoluit aūt pilatꝰ pudorē tante iniquitati eis incutere. vnde ſequitur: Dicit il. pila. Quid igit faci. de ie. q̄ dicit chriſtꝰ. Nō ſolū aūt hoc: ſed ⁊ mēſurā colligere volens īpietatis eorū. Jlli aūt nec hoc erubeſcūt ꝙ pilatus ieſuꝫ chriſtū eē confitebatur: nec modū ipietatis ſeruant. vñ ſequit: Dicūt oēs: Crucifigat. Jn quo multiplicauerunt impietatis ſue menſurā: nō ſolū homicidā poſtulātes ad vitā: ſed etiā iuſtū ad mortē: ⁊ ad mortē turpiſſimā crucis RA. Pendentes ſiquidē in ligno crucifixi: clauibus ad lignū pedibꝰ manibuſq3 confixi: producta morte necabātur ⁊ diu viuebāt in cruce: nō quia longior vita eligebat: ſed qꝛ mors ipſa protendebat: ne dolor citius finiretur. verū iudei de morte peſſima cogitabāt: ſed a domino nō intelligentibꝰ eis electa erat. ipſam enim cruceꝫ diabolo ſuperato erat tanꝙ tropheū in frontibus fideliū poſiturus. HIE. Cū aūt hoc reſponderent: non ſtatiꝫ acquieuit: ſed iuxta ſuggeſtionē vxoris que mandauerat: Nihil tibi ⁊ iuſto illi. Jpſe quoq3 reſpōdit. vñ ſequitur: Ait illis preſes: Quid enim mali fecit? Hoc dicendo pilatꝰ abſoluit ieſū. Seqtur: At illi magis clamabāt dicentes: Crucifigat. Ut impleret quod in pſalmo dicit: Circūdederūt me canes multi: congregatio malignātiū obſedit me. Et illud hieremie: Facta ē mihi hereditas mea: ſicut leo in ſilua dederunt ſuper me vocē ſuā. AVG. de cō. euā. Sepius āt pilatꝰ cū iudeis egit: volens vt dimitteretur ieſus quod pauciſſimis verbis teſtat mattheus cū ſubdit: Uidēs pilatus q̄ a nihil pfice. ſed magis tumultus fieret. qd non diceret: niſi multū ille conatꝰ fuiſſet: quāuis tacuerit quotiens hoc tētauit vt erueret ieſuꝫ furori eorū. Sequit: Accepta aqua lauit manus corā populo dicēs: Jnnocēs ego ſum a ſan. iuſti huiꝰ. REMI. Mos eniꝫ erat apud āt quos vt cū vellet quis ſe oſtendere imunē ab aliquo crimine: accepta aq̄ lauaret manus ſuas corā populo. HIE. Pilatus ergo accepit aquā iuxta illud propheticū: Lauabo inter innocētes manus meas: quodāmodo in hoc conteſtās ⁊ dicēs: Ego quidē innocētē volui liberare: ſed quoniā ſeditio oritur: ⁊ rebellionis mihi contra ceſarē crimen impingitur: innocens ſum a ſanguine iuſti huius. Judex ergo q̄ cogit cōtra dominū ferre ſententiā: nō damnat oblatū ſed arguit offerentes: iuſtū eē pronūciās eū q̄ crucifigēdus ē. Sequit: Uos videritis. q. d. Ego miniſter legū ſuꝫ vox veſtra ſanguinē fundit. Sequit. Et reſpon. vni. po. dixit. San. eiꝰ ſuper nos ⁊ ſu. fi. noſtros. Perſeuerat vſq3 ī pñtē diē hec iprecatio ſup iudeos: ⁊ ſanguis dñi nō aufertur ab eis. CHRY. in ho. Jntuere aūt ⁊ hic iudeorū multā inſaniā. eorū. n. ipetus ⁊ pernicioſa concupiſcentia non permittit eos que oportet inſpicere ⁊ ſibi maledicunt di. Sanguis eius ſuper nos: qd ad filios maledictionem attrahūt di. Et ſup filios noſtros. ſed tamē miſericors deꝰ eorū ſententiā nō firmauit: ſed ex eis ⁊ eorū filijs ſuſcepit q̄ penitētiā egerūt. eteniꝫ ⁊ paulus ex ipſis fuit: ⁊ multa milia eorū q̄ in hieroſolymis crediderunt. LEO papa. in ſer. de paſ. Exceſſit ergo pilati culpā facinꝰ iudeorum: ſed nec ipſe euaſit reatū q̄ reliquit ꝓpriū iudiciū: ⁊ in crimen tranſiuit alienū. ſeqtur. n. Tunc dimi. il. bar. Jeſum auteꝫ flagella. tradi. eis vt crucifigeret. HIE. Sciendū ē auteꝫ pilatū romanis legibꝰ miniſtraſſe quibus ſancitum ē: vt q̄ crucifigit prius flagellis verberet. Traditur igitur ieſus militibꝰ verberandus: ⁊ illud ſanctiſſimū corpus pectuſ dei capax flagellis ſecuerūt. AVG. in ſer. de paſ. Ecce dominꝰ aptat ad vbera: ecce iam cedit. rupit ſanctā cutē violentia flagellorū repetitis ictibꝰ crudelia verbera ſcapularū terga concindūt. Prohdolor iacet extenſus ante hominē deus ⁊ ſuppliciū patitur rei: in quo nullum peccati veſtigiū potuit inueniri. HIE. Hoc aūt factū eſt: vt q̄ a ſcriptum erat: Multa flagella peccatorū. illo flagello nos a verberibus liberemur. Jn lauacro etiā manuū pilati: gentilium omnia opera purgantur: ⁊ ab impietate iudeorū nos alieni efficimur. HILA. Hortantibus autē ſacerdotibꝰ populus barrabā elegit: qui interpretatur patris filꝰ: in quo archanū future infidelitatis oſtenditur chriſto antichriſtū peccati filiū preferendo. RA. Barrabas etiam qui ſeditiones faciebat in turbis: dimiſſus eſt populo iudeorum. i. diabolus qui vſq3 hodie regnat in eis: ⁊ idcirco pacem habere non poſſunt.

Tūc milites preſidis ſuſcipiētes ieſum in pretorio: congregauerūt ad eū vniuerſaʒ cohortem: ⁊ exuētes eū: chlamydē coccineā circūdederūt ei Et plectētes coronā de ſpinis poſuerūt ſup caput eius: ⁊ harundinē in dextra eius: ⁊ genu flexo ante eū: illudebant ei dicentes: Aue rex iudeorum: ⁊ expuentes in euʒ acceperunt harūdinē ⁊ percutiebant caput eius.

AVG. de concor. euā. Poſt accuſationes chriſti: conſequens ē vt ipſaʒ domini paſſionē videamꝰ: quā matthe. ſic incipit. Tunc milites preſidis ſuſcipientes ieſum ī pretorio congregauerunt ad eū vniuerſaʒ cohortem. HIE. Quia eniʒ rex iudeorū fuerat appellatꝰ ⁊ hoc ei ſcribe ⁊ ſacerdotes crimē obiecerant: ꝙ ſibi in populo iſrael vſurparet imperiū: illudentes hoc faciunt vt nudatū priſtinis veſtibus induant chlamydē coccineā pro ruſo libo quo reges veteres vtebantur: ⁊ pro diademate īponant ei coronā ſpineā: pro ſceptro regali dent calamū: ⁊ adorēt q̄ſi regeʒ. ⁊ hoc eſt quod ſubditur: Et exuē. eū chlamy. cocci. circū. ei: ⁊ plectē. coro. de ſpinis. AVG. de con. euan. Per hoc autē intelligit Marcū dixiſſe indutū purpura. Pro regia eni purpura chlamys illa coccinea ab illudētibꝰ adhibita erat: ⁊ ē rubra quedā purpura cocco ſimillima. Poteſt ēt fieri: vt purpurā ēt marcus cōmemorauerit quā chlamys hēbat: q̄uis eēt coccinea. CHRY. in ho. Que igitur erit nobis cura de reliquo ſi contumelias ab aliquo patiamur: poſtq̄ chriſtus hoc paſſus eſt: Eteniʒ quod fiebat in chriſtū vlterius terminus cōtumelie erat: nec vna particula tm̄ ſed vniuerſuʒ corpus patiebatur iniurias: caput per coronā ⁊ harūdinē ⁊ colaphos facies q2 inſpuebat: gene q2 alapis cedebantur: corpꝰ totū per flagella. Et q2 denudatū ē per circūdationeʒ chlamydis ⁊ per fictā adorationē: manꝰ per harūdinē quam dederūt ei pro ſceptro: ac ſi timerēt ne aliquid pretermitterent grauiſſime preſūptionis. AVG. de con. euā. Apparet aūt mattheū recapitulando iſta commemoraſſe: nō quo tūc factū ſit: cū eum pilatꝰ crucifigendum tradidiſſet. Joānes eniʒ anteq̄ diceret: ꝙ eū pilatus crucifigendum tradiderit iſta cōmemorauit. HIE. Nos aūt oīa hec intelligamꝰ myſtice. Q2uō. n. caiphas dixit: Oportet vnuʒ hominē mori pro omnibꝰ. neſciēs quid diceret: ſic ⁊ iſti quodcūq3 fecerūt licet alia mente fecerint: tamen nobis q̄ credimꝰ ſacramēta tribuebāt. Jn chlamyde coccinea: opera gentiū cruēta ſuſtentat. Jn corona ſpinea maledictum ſoluit antiquū. Jn calamo venenata occidit animalia: ſiue calamū tenebat in manu: vt ſacrilegiū ſcriberet iudeorū. HIE. Uel aliter: Suſceptis omnibꝰ corporis noſtri infirmitatibꝰ a dño: oē deinde noſtrū quibꝰ regnū ſecum erat debitū: ſanguine cocci colore pfunditur. Spinis quoq3. i. cōpūgentiū quondā peccatis gentiū coronat: eſt eniʒ aculeus in ſpinis: ex quibꝰ chriſto victorie corona contexitur. Jn calamo vero earūdē gentiū infirmitas atq3 inanitas manu cōprehenſa firmatur: quin etiā capiti eiꝰ illiditur: vt infirmitas gentiū manu chriſti cōprehenſa etiam in deū patrem qui caput eiꝰ ē conquieſcat. ORI. Uel calamus myſteriū fuit qō priuſq̄ crederemꝰ confidebamꝰ ī virga harūdinea egypti: vel cuiuſcūq3 regni cōtrariꝫ do quē accepit: vt triūphet eū in ligno crucis. Percutiūt aūt cū hoc calamo caput chriſti ieſu: qm̄ ſemp regnum illud verberat deū patrē caput ſaluatoris. REMI. Uel aliť Per chlamydē coccineā caro dñi deſignat que rubra dicitur ꝑpter ſanguinis effuſionē: p ſpineā coronā ſuſceptio peccatorū nroꝝ: q̄a in ſimilitudine carnis peccati apparuit. RA. Calamo igiť chriſti caput percutiūt: q̄ diuinitati eiꝰ contradicētes: errorē ſuū auctoritate ſancte ſcripture que calamo ſcribiť: cōfirmare conātur. Spuūt in faciem eius q̄ p̄ntiā grē illiꝰ verbis execrandis reſpuūt: ⁊ ieſuʒ ī carne veniſſe denegant. Falſo aūt illū adorant qui eū credunt: ſed peruerſis actibus deſpiciunt. AVG. de con. euā. ꝙ aūt dñʒ in paſſione exuerunt veſtē propriā ⁊ induerunt fucatā: ſignati ſunt heretici: q̄ eū dicunt verū corpus nō habuiſſe ſed fictum.

Et poſtq̄ illuſerunt: exuerūt eū chlamydē ⁊ induerunt eū veſtimētis eius: ⁊ duxerunt eū vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominē cyreneū nomine ſimonē: hunc angariauerunt vt tolleret crucē eius. Et venerunt in locum q dicit golgatha: qō ē caluarie locus. Et dederunt ei vinuʒ bibere cum felle mixtum: Et cum guſtaſſet noluit bibere.

GLO. Poſtq̄ euangeliſta cōmemorauit ea q̄ ad illuſionem chriſti pertinēt: nūc narrare incipit ꝓceſſuʒ crucifixionis ipſiꝰ. vñ dī: Et poſtq̄ illu. ei exue. eū chlamydē: ⁊ induē. eū veſtimē. ſuis: ⁊ duxe. eū vt crucifigerēt. AVG. de cō. euā. Hoc aūt in fine factū eē intelligiť: cū iā duceret ad crucifigēdū. Poſtq̄. ſ. pilatꝰ tradidit eū iudeis. HIE. Notādū aūt ꝙ q̄n flagellat ieſus: ⁊ cōſpuit nō habet propria veſtimēta: ſed ea q̄ ꝑpter peccata noſtra ſūpſerat: cū aūt crucifigiť ⁊ illuſionis pōpa pterierit: tūc priſtinas veſtes recipit ⁊ propriū aſſumit ornatū: ſtatimq3 elementa turbant: ⁊ creatori dat teſtimoniū creatura. ORI. Et de chlamyde q̄dē ſcriptū ē: qm̄ denuo expoliauerūt eū. De corona aūt ſpinea nihil tale euāgeliſte ſcripſerūt: vt iā nō ſint ſpine nre āntiq̄: poſtq̄ ſemel eaſ a nob abſtulit ieſus ſup venerabile caput ſuū. CHRY. i ſer. de paſ. Nō aūt voluit dñs pati ſub tecto: nō in tēplo iudaico. ne putares ꝓ illa tm̄ plebe oblatū: ⁊ iō foras ciuitatē: foraſ muros: vt ſcias ſacrificiū eē cōmune quod totiꝰ terre ē oblatio: quod cōmunis ē purificatio: ⁊ hoc ſignat cū dicit: Exeuntes āt inuenerūt hominē cyre. noie ſimonē hunc angari. vt tolle. crucē eiꝰ. HIE. Ne q̄s aūt putet huic loco euangeliſte ioānis hiſtoriā eē cōtrariā. ille eniʒ dicit exeūtē dominū de ꝑtorio portaſſe crucē ſuā: Mattheus aūt refert ꝙ inuenerūt hoīē cyreneū cui īpoſuerūt crucē ieſu. Sʒ hoc intelligēdū ē: ꝙ egrediēs de pretorio ieſus ipſe portauerit crucē ſuā: poſtea obuiā habuerūt ſimonē: cui portandaʒ crucē īpoſuerūt. ORI. Aut egreſſi q̄dē angariauerūt ſimonē. appropinquātes aūt ad locū in quo eū fuerant ſuſpenſuri: īpoſuerūt crucē ⁊ ipſi: vt ipſe eā portaret. Non fortuito aūt angariatꝰ ē ſimō: ſʒ ꝑʒ diſpoſitionē dei ductꝰ ē ad hoc: vt euāgelica ſcriptura dignꝰ inueniret: ⁊ miniſterio crucis chriſti. Nō ſolū autē ſaluatorem conueniebat accipe crucē ſuā: ſʒ ⁊ nos cōueniebat eā portare: ſalutarē nobis angariā adiplentes. nec tm̄ ſic profeciſſet nobis eaʒ accipere: ſicut cū ipſe accepit. HIE. Myſtice chriſtū iuſcipiunt nationes: ⁊ peregrinus obediens portat ignominiam ſaluatoris. HILA. Jndignus eniʒ iudeus erat chriſti crucem ferre quia fidei gentium erat in reliquum ⁊ crucē accipere ⁊ cōpati. REMI. Jſte eniʒ ſimon non erat hieroſolymita: ſʒ peregrinꝰ ⁊ aduena. ſ. cyreneus. Cyrene eniʒ ciuitas ē libye. Jnterpretať aūt ſimō obediens: cyreneꝰ heres: vñ pulchre per eū deſignať populus gentiū q̄ peregrinꝰ erat teſtamētorū dei: ſed credēdo factꝰ eſt ciuis ſcōrū ⁊ domeſticꝰ ⁊ heres dei. GRE. in ho. Uel aliter: p ſimonē q̄ crucē dominicā ī angariā portat: deſignantur abſtinētes ⁊ arrogātes: q2 p abſtinētiā quidē carnē afficiūt: ſʒ fructū abſtinētie interiꝰ nō requirūt. vñ idem ſimō crucē portat: ſʒ nō moritur: q2 abſtinētes ⁊ arrogantes p abſtinētiā quidē corpus afficiūt: ſed per deſideriuʒ q̄dē glorie mūdo viuūt. Seqtur: Et vene. ī lo. q̄ dī golga. qō ē caluarie locꝰ. RA. Golgatha eniʒ ſyrū nomē ē: ⁊ interpretať caluaria. HIE. Audiui quēdā expoſuiſſe caluarie locū: in quo ſepultꝰ ē adā: ⁊ ideo ſic appellatū: quia ibi antiqui hominis ſit cōditū caput. Fauorabilis interptatio ⁊ mulcēs aurē populi: nec tamē vera. Extra vrbem enim ⁊ foris portā loca ſunt ī quibꝰ trūcantur capita dānatorū: ⁊ caluarie. i. decollatorū ſūpſere nomē. Propterea aūt ibi crucifixus ē ieſus: vt vbi prius erat area dānatorū: ibi erigerentur vexilla martyrꝫ. Adā vero ſepulturaʒ iuxta hebrō ⁊ arbee in ieſu filꝫ naue volumine legimus.

HILA. Locus aūt crucis talis ē vt poſitꝰ in medio terre ad capeſcendā dei cognitionē vniuerſis gentibus eſſʒ eq̄lis. Sequit: Et dede. ei bi. vinū cū fel. mixtū. AVG. de cō. euā. Hoc marcꝰ ita narrat: Et dabant ei bibere myrrhatū vinū. Fel quippe pro amaritudine matheꝰ poſuit: mirrathū eniʒ vinū amariſſimū ē quāq̄ fieri poſſit vt fel ⁊ mirrha vinū amariſſimū redderent. HIE. Amara vitis amarū vinū facit: quo potant dominū ieſuʒ: vt īpleat quod ſcriptū ē: Dederunt in cibū meū fel. Et deus loquiť ad hieruſalē: Ego te plantaui vineā verā: quō facta es in amaritudinē vitis aliene. Et cū guſtaſſet noluit bibere.

AVG. de con. euā. Quod aūt marcus ait: Et non accepit. intelligi: nō accepit vt biberet: guſtauit aūt ſicut mattheus teſtis ē. ⁊ qō idē mattheus ait: Noluit bibere: hoc marcus dixit: Nō accepit. tacuit etiam ꝙ guſtauit: ꝙ autē cum guſtaſſet: noluit bibere: hoc indicat ꝙ guſtauerit quidem pro nobis mortis amaritudinē: ſed tertia die reſurrexit. HILA. Uel ideo. oblatum vinū felle admixtū bibere recuſauit. non enim eterne glorie in corruptioni peccatorum amaritudo miſcetur.

Poſtq̄ aūt crucifixerūt eū diuiſerūt veſtimēta eius ſortē mittētes: vt īpleretur qō dictū ē p propheta dicētē: Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea: ⁊ ſuper veſtē meā miſerūt ſortē. Et ſedētes ſeruabāt eū. Et īpoſuerūt ſuper caput eius cām ipſius ſcriptā: hic ē ieſus rex iudeorū. Tūc crucifixi ſunt cū eo duo latrones: vnus a dextris ⁊ vnus a ſiniſtris.

GLO. Premiſſo quō chriſtus ad locū paſſionis ē ductus: hic euangeliſta ipſaʒ paſſioneʒ proſequitur: genus mortis exponens cū dicit: Poſtq̄ aūt crucifixerunt eum. AVG. in libro. lxxxiꝫ. queſtionū: Sapientia quidē dei hominē ad exēplū quo recte viueremꝰ ſuſcepit. pertinet āt ad vitam rectā ea q̄ non ſunt metuēda nō metuere. Sunt autē homines q̄ quāuis mortē ipſā non timeant: genus tamen mortis horreſcunt. vt ergo nullū mortis genus recte viuenti homini metuendū eēt: illius hoīs cruce oſtendendum fuit. Nihil enim erat inter oīa genera mortis: illo genere execrabiliꝰ ⁊ formidabilius. AVG. in ſer. de paſ. Quantū aūt valeat virtus crucis: aduertat ſanctitas veſtra: Contēpſit adā preceptuʒ accipiens ex arbore pomū ſed q̄cquid adā pdidit: chriſtus in cruce inuenit. de diluuio aquarū humanū genꝰ archa lignea liberauit. de egypto dei populo recedēte: moyſes mare virga diuiſit: pharaonē proſtrauit: ⁊ populuʒ dei redemit. Jdem moyſes lignum in aquā miſit: ⁊ amaram aquā in dulcedinem cōmutauit. Ex lignea virga de ſpiritali petra ſalutaris vnda profert: ⁊ vt amelech vinceretur circa virgā: Moyſes expanſis manibꝰ extēdit: ⁊ lex dei arche teſtamēti creditur lignee: vt his omnibꝰ ad lignū crucis quaſi p gradꝰ quoſdā veniat. CHRY. in ſermone de paſſione. Jdeo ⁊ in excelſo ligno nō ſub tecto paſſus ē: vt etiā ipſiꝰ aeris natura mūdet. ſed ⁊ terra ſimile beneficiū ſentiebat decurrētis de latere ſanguinis ſtillatione mundata. GLO. Lignū ēt crucis ſignificare videtur eccleſiā in quattuor mūdi partibꝰ diffuſā. RA. Uel ſm moralē ſenſū crux p ſuā latitudinē ſignificat hylaritatē operantis: q2 triſticia anguſtias facit. latitudo eniʒ crucis ē in trāſuerſo ligno vbi figuntur manus. per manus aūt opera intelligimꝰ. per altitudinē aūt cui caput adiungiť: ſignificatur expectatio retributionis de ſublimi iuſticia dei. longitudo autē q̄ totū corpus extendiť: tolerantiā deſignat. vñ longanimes dicuntur q̄ tolerant. pfundū aūt quod terre infixū eſt: ſecretū ſacramenti prefigurat. HILA. Sic ergo in ligno vite cunctorū ſalus ⁊ vita ſuſpenditur. vñ dicitur: Poſtq̄ āt crucifi. eū diuiſe. veſti. eius: ſortē mittentes. AVG. de cō. euā. Hoc breuiter a mattheo dictū ē: Joannes autē diſtinctius explicat quēadmodū geſtū ſit: Milites inquit cū crucifixiſſent eū: acceperūt veſtimenta eius: ⁊ fecerūt quattuor partes: vnicuiq3 militi partē ⁊ tunicā. Erat aūt tunica inconſutilis. CHRY. in ho. Notandū ergo ꝙ non parua hec abiectio chriſti erat: quaſi enim circa dehonoratū ⁊ oiuʒ viliſſimū in chriſto hoc agebant. in latronibꝰ autem nihil tale operati ſunt. Diuidere enim veſtimenta ī condēnatis valde vilibus ⁊ obiectis fit: ⁊ nihil aliud habentibus. HIE. Hoc aūt quod circa chriſtū geſtū eſt: in pſalmo fuerat ꝓphetatū. ⁊ iō ſequiť: Ut adipleret quod dictū ē p prophetā dicentē: Diuiſerunt ſibi veſtimēta mea ⁊ ſuper veſtē meā miſerūt ſortē. Sequiť: Et ſedentes ſeruabant eū. ſ. milites. Diligentia militū ⁊ ſacerdotū nobis ꝓfuit: vt maior ⁊ apertior reſurgentis virtus appareat. Sequiť: Et īpoſuerūt ſuper caput eiꝰ cām ipſiꝰ ſcriptā: Hic ē ieſus rex iudeoꝝ. Nō poſſuʒ aūt digne admirari pro rei magnitudine ꝙ emptis falſis teſtibꝰ ⁊ ad ſeditionē clamoreq3 infelici ꝑplo concitato: nullā aliā inuenerūt cāʒ interfectionis eiꝰ niſi ꝙ rex iudeoꝝ eēt. ⁊ illi forſitan illudētes ridenteſq3 hoc fecerunt. RA. Diuinitus autē procuratū fuit: vt talis titulus ſup caput eiꝰ poneretur: vt p hoc iu dei agnoſcerent: qm̄ nec ēt occidendo facere potuerūt vt eum regem non haberēt. per mortis eni patibulū nō amiſit īperiū: ſed potius corroborauit. ORI. Et princeps q̄dē ſacerdotū ſm litterā legis portabat in capite ſuo ſanctificationē dñi ſcriptā. Uerus aūt princeps ſacerdotum: ⁊ rex ieſus in cruce q̄dē habet ſcriptū: Hic ē rex iudeorum Aſcendēs aūt ad patrē pro litteris: ⁊ pro noie quo nominatur habet ipſuʒ patrē. RA. Quia. n. rex ſimlʼ ⁊ ſacerdos ē: cū ſue carnis hoſtiā in altari crucis offerret: regis quoq3 dignitatē titulus pretendit qui nō infra: ſed ſupra crucē poniť: q2 licet in cruce ꝓ nobis hoīs infirmitate dolebat: ſuper crucē tm̄ regis maieſtas fulgebat: quā per crucem non perdidit: ſed potiꝰ cōfirmauit. Seqtur: Tūc crucifixi ſunt cū eo duo latrones: vnus a dextris: ⁊ vnus a ſiniſtris. HIE. Sicut enim pro nobis maledictū crucis factus eſt chriſtꝰ: ſic pro omniū ſalute inter noxios quaſi noxius crucifigiť. LEO papa. in ſer. de paſ. do. Duo āt latrones vnus ad dexterā ⁊ vnus ad ſiniſtrā crucifiguntur: vt in ipſa patibuli ſpecie monſtraret illa que ī iudicio ipſius oiuʒ hominū eſt facienda diſcretio. Paſſio igiť chriſti ſalutis noſtre continet ſacramentum: ⁊ de inſtrumento quod iniquitas iudeorū parauit ad penā: potentia redemptoris gradū fecit ad gloriā. HILA. Uel aliter: Duo latrones leue ac dextre affigūtur: oēm humani generis vniuerſitatē vocari ad ſacramentum paſſionis domini oſtēdentes. ſed quia per diuerſitatē fidelium ac infidelium fit omnium ſm dextram ſiniſtramq3 diuiſio vnus ex duobus ad dexteram eius ſitus: fidei iuſtificatione ſaluatur

REMI. Uel per iſtos duos latrones deſignantur oēs q̄ artioris vite continentiā apprehendunt. quicūq3 enim ſola intenſione placendi deo hoc faciunt deſignantur per illum qui a dextris dei crucifixus eſt. qui vero pro appetitu humane laudis: vel aliqua minus digna intentione deſignantur per illum qui a ſiniſtris crucifixus eſt.

Pretereuntes aūt blaſphemabāt eū: mouentes capita ſua: ⁊ dicentes: Uah qui deſtruis tēplū dei: ⁊ in triduo illud reedificās: Salua temetipſuʒ ſi filius dei es deſcende de cruce. Similiter ⁊ principes ſacerdotū illudētes cū ſcribis ⁊ ſenioribus

dicebãt: Alios ſaluos fecit: ſeipſũ nõ põt ſaluũ facere. Si rex iſrael ẽ: deſcẽdat nũc de cruce ⁊ credimus ei. Confidit in deo: liberet nũc eũ ſi vult. Dixit.n.qꝛ filius dei ſũ. Idipſuꝫ aũt ⁊ latrones q crucifixi erant cũ eo improperabant ei.

CHRY. in ho. Cuꝫ chriſtum denudaſſent ⁊ crucifixiſſent: vltra procedunt: ⁊ in cruce videntes affixuꝫ exprobrant ei. vnde dicitur: Pretereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua. HIE. Blaſphemabant quidem qꝛ pretergrediebantur viaꝫ: ⁊ in vero itinere ſcripturarũ ambulare nolebant. Mouebant capita autẽ ſua quia iaꝫ ante mouerant pedes: ⁊ non ſtabãt ſupra petrã Idipſuꝫ autem inſultans dicit fatuus populus quod falſi teſtes cõfinxerãt. vnde ſequitur: Et dicentes: Vach qui deſtruis tẽpluꝫ dei: ⁊ in triduo illud reedificas. REMI. Vach interiectio eſt inſultantis ſiue irridentis. HILA. Quid ergo venie erit cum poſt triduũ reedificatũ tẽpluꝫ dei in corporis reſurrectione cerneret. CHRY. in ho. Vt quaſi prioribus ſignis incipientes detrahere ſubiungunt: Salua temetipſum. ſi filius dei es: deſcende de cruce. CHRY. in ſer. de paſſione: Sed econtrario quia filius dei eſt: ideo non deſcendit de cruce: nam ideo venit: vt crucifigeretur pro nobis. Sequitur. Similiter ⁊ principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis ⁊ ſenioribus dicebãt Alios ſaluos fecit ſeipſum non poteſt ſaluum facere.

HIE. Etiam nolentes ſcribe et phariſei confitentur ꝙ alios ſaluos fecerit. Itaqꝫ veſtra vos condẽnat ſententia qui enim alios ſaluos fecit: vtiqꝫ ſi vellet ⁊ ſeipſum ſaluare poterat. Seqtur. Si rex iſrael eſt deſcendat nũc de cruce ⁊ credimus ei. CHRY. in ſer. de paſſione domini. Conſidera autem nunc vocem filiorum diaboli quomodo imitantur vocem paternaꝫ. Diabolus enim dicebat: Mitte te deorſum ſi filius dei es: ⁊ iudei dicunt: Si filius dei es: deſcende de cruce. LEO papa: De quo erroris fonte iudei talium blaſphemiaꝝ venena potaſtis? Quis vobis magiſter tradidit? que doctrina perſuaſit ꝙ illum regẽ iſrael: illuꝫ dei filiuꝫ credere deberetis qui ſe aut crucifigi non ſineret: aut a confixione clauoruꝫ liberũ corpꝰ excuteret? Non hoc vobis legis myſteria: aut prophetarum ora cecinerunt. Sed illud vere legiſtis: Faciem meaꝫ non auerti a confuſione ſputoruꝫ. Et iteruꝫ: Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea. Nunquid legiſtis: Dominus deſcendit de cruce? ſed legiſtis dominus regnauit a ligno. RA. Si aũt tunc de cruce ſurgeret inſultantibus cedẽs: virtuteꝫ nobis patientie non demonſtraret: ſed expectauit paululuꝫ: irriſioneꝫ ſuſtinuit: qui de cruce ſurgere noluit: de ſepulchro reſurrexit. HIERO. Fraudulenta auteꝫ eſt promiſſio cuꝫ addunt: Et credimus ei. Quid eniꝫ plus de cruce adhuc viuenteꝫ deſcendere: an de ſepulchro mortuuꝫ reſurgere Reſurrexit: ⁊ non credidiſtis: ergo etiaꝫ ſi de cruce deſcẽderet non crederetis. Sed mihi videt hoc demones immittere. ſtatiꝫ eniꝫ vt crucifixus eſt dominus: ſenſerũt virtuteꝫ crucis: ⁊ intellexerunt fractas vires ſuas eſſe: ⁊ hoc agunt vt de cruce deſcendat Sed dominus ſciens aduerſarioruꝫ inſidias permanet in patibulo: vt diabolum deſtruat. Seqtur: Cõfidit in do: liberet eũ ſi vult. CHRY. in ho. O inquinati valde: Nunquid prophete ⁊ iuſti non erant quia eos non eripuit a periculis deus. Si autem illorum glorie non obfuit: ꝙ eis pericula induxiſtis: multo magis in iſto non oportebat vos ſcandalizari per ea q patitur: quia ſemper per ea que dixit: hãc veſtram remouit ſuſpitioneꝫ. ſequitur: Dixit eniꝫ: quia filius dei ſum. Per quod oſtendere volebant eum pati ob ſeductoris ⁊ erronei cauſam: ⁊ ſicut ſuperbum ⁊ vane gloriantem in his que dicebat. Sic ergo non ſolum iudei ⁊ milites deſubtus eum deridebant: ſed ⁊ deſuper latrones cum eo crucifixi. vnde ſequitur: Idipſum autẽ ⁊ latrones qui crucifixi erant cũ eo improperabant ei. AVG. de concor. euangeliſtarum. Poteſt autem putari lucas repugnare ei quod hic dicitur: qui dicit ꝙ vnus de latronibus blaſphemabat eum: quem alter increpabat: niſi intelligamus mattheum breuiter reſtringentem hunc locum pluralem numerum pro ſingulari poſuiſſe: ſicut in epiſtola ad hebreos legimus pluraliter dictum: clauſerunt ora leonum cum ſolus daniel ſignificari intelligatur. Quid auteꝫ vſitatius ꝙ vt aliquis dicat: En ruſtici mihi inſultant: etiam ſi vnus inſultet. Eſſet autem contrarium ſi mattheus dixiſſet ambos latrones conuiciatos domino. Cum vero dictum eſt latrones: nec additum eſt ambo: potuit vſitato locutionis modo per pluralem numerũ ſignificari. HIERO. Vel poteſt dici ꝙ primum vterqꝫ ſcilicet blaſphemauerit: deinde ſole fugiente: terra commota: ſaxiſqꝫ diruptis: ⁊ ingruentibus tenebris vnus crediderit in ieſum: ⁊ priorem negationem ſequenti confeſſione emendauerit

CHRY. in ho. Vt enim non exiſtimes ex quadam cõniuentia id geſtuꝫ fuiſſe neqꝫ latronem fuiſſe: qui latro videbatur a contumelia oſtendit tibi quoniaꝫ etiam in cruce poſitus latro erat ⁊ inimicus: ⁊ repente transmutatus eſt. HILA. Quod auteꝫ latrones ambo conditionem ei paſſionis exprobrant: vniuerſis etiam fidelibus ſcandaluꝫ crucis futuruꝫ eſſe ſignificat. HIE. Vel in duobꝰ latronibus vterqꝫ populus gentiliuꝫ ⁊ iudeorum primo dominũ blaſphemauit: poſtea ſignorũ multitudine alter exterritꝰ egit penitentiaꝫ ⁊ vſqꝫ hodie iudeos icrepat blaſphemantes. ORI. Sed ⁊ latro qui ſaluatus ẽ poteſt eſſe myſteriuꝫ eoꝝ: q poſt multas iniquitates crediderunt in chriſtum.

A ſexta autem hora tenebre facte ſunt ſup vniuerſam terram: vſqꝫ ad horam nonaꝫ. Et circa horã nonam clamauit ieſus voce magna dicens: Heli heli: lamazabathani. Hoc eſt Deus meus: deus meus: vt quid dereliquiſti me? Quidam autem illic ſtantes: ⁊ audientes dicebant: Heliã vocat iſte Et continuo currens vnus ex eis acceptã ſpongiam impleuit aceto: ⁊ impoſuit harundini: ⁊ dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine: videamus an veniat helias liberans eum. Ieſus autem iteꝝ clamans voce magna emiſit ſpiritum.

CHRYSOSTO. in ſer. de paſſione. Non poterat ferre creatura iniuriam creatoris: vnde ſol retraxit radios ſuos: ne videret impiorum facinora. Et ideo dicitur: A ſexta autem hora tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terram vſqꝫ ad horam nonam. ORIGE. Ab hoc textu quidaꝫ calumniãtur euangelicaꝫ veritateꝫ. Defectio eniꝫ ſolis a ſeculo ſemper fuit in ſuo tempore facta. Sed defectio ſolis que ſm conſuetudineꝫ tẽporuꝫ ita currentium fieri ſolet: non in alio tẽpore fit niſi in conuentu ſolis ⁊ lune: quando luna ſubtus currens: ſolis ĩpedit radios occurrentis ei. In tẽpore auteꝫ quo paſſus eſt chriſtus: manifeſtũ eſt quoniaꝫ conuentus non erat lune ad ſoleꝫ quoniaꝫ tempus erat paſchale quod conſuetudinis eſt agere quando luna plena eſt. quidam auteꝫ credentiũ volẽtes defenſioneꝫ aliquaꝫ inducere contra hoc dixerunt: quoniam illa defectio ſolis conuenienter ſm cetera prodigia noua: contra conſuetudineꝫ facta eſt. DIONY. in epiſtola ad policarpũ. Inopinabilit.n. ſoli lunã icidentẽ videamꝰ: nõ eniꝫ erat conuentꝰ tẽporis: ⁊ rurſus ipſã a nona hora vſqꝫ ad veſperã ad diametꝝ ſolis ſupnaturaliter reſtitutam. Eclypſiꝫ etiaꝫ ipſam ex oriente vidimus inchoatam: ⁊ vſqꝫ ad ſolarem terminum venientẽ poſtea regredientem: ⁊ rurſus non ex eodem ⁊ defectum ⁊ repugnationeꝫ



gnationem: ſed econtrario ſꝫ diametruꝫ factam. CHR. in home. Tribus etiam horis tenebre permanſerunt: cuꝫ eclypſis in momento tranſeat: non enim habet moraꝫ: vt ſciunt illi qui conſiderauerunt. ORIGE. Sed aduerſus hoc filij huius ſeculi dicunt. Quomodo hoc factuꝫ tam mirabile nemo grecorum: aut barbarorum ſcripſit eorum qui notauerunt: ſiquid tale nouum factum eſt aliquando. Et phlegon quidem in chronicis ſuis ſcripſit: in principatu tyberij ceſaris factum: ſed non ſignauit in luna plena: Arbitror ergo ſicut cetera ſigna que facta ſunt in paſſione ipſius ſcilicet velum ſciſſum: ⁊ terra tremuit: ⁊ cetera in hieruſalem tantummodo facta ſunt. Aut ſi latius voluerit quis extendere ad terram iudeam: ſicut in tertio libro regum dixit abdias ad helyam: Viuit deus tuus: ſi eſt gens aut regnum: vbi non miſit dominus meꝰ querere te: oſtendens quoniam ſatis euꝫ in gentibus queſierat circa iudeaꝫ. Eſt auteꝫ conſequens intelligere quaſdaꝫ tenebroſiſſimas nubes ⁊ multas ⁊ magnas concurriſſe ſuper hieruſalem: ⁊ terraꝫ iudee: ⁊ ideo facte ſunt tenebre profunde a ſexta hora vſqꝫ ad nonam. Due enim creature in ſexta die facte fuiſſe intelliguntur: ante ſextaꝫ quideꝫ animalia: in ſexta autem homo: ⁊ ideo conueniebat pro ſalute hominis morienteꝫ in hora ſexta ſuſpendi ⁊ a ſexta hora propter hoc tenebras fuiſſe factas ſuper omnẽ terram vſqꝫ ad nonam. Et ſicut moyſe manus extendente in celuꝫ: facte ſunt tenebre ſup egyptios: ſeruos dei tenentes in ſeruitute: ſimiliter ⁊ chriſto in ſexta hora manus extendente in cruce ad celum ſuper populuꝫ qui clamauerat. Crucifige euꝫ: facte ſunt tenebre: ⁊ ab omni lumine ſunt priuati: in ſignum futuraruꝫ tenebraruꝫ: que cõprehenſure erant genteꝫ iudeaꝫ. Item ſub moyſe facte ſunt tenebre ſuper omnem terram egypti tribus diebus: omnibus autẽ filijs iſrael erat lumen Sub xp̃o aũt facte ſunt tenebre ſuper omneꝫ iudeaꝫ tribus horis: quoniaꝫ propter peccata ſua priuati ſunt a lumine dei patris ⁊ a ſplendore chriſti: ⁊ ab illuminatione ſpiritusſancti. Lumẽ autem fuit ſuper omneꝫ reliquam terraꝫ: quod vbiqꝫ illuminat omneꝫ eccleſiaꝫ dei in chriſto. Et ſi vſqꝫ ad horam none tenebre facte fuerũt ſuper iudeam: manifeſtum eſt quoniaꝫ iteruꝫ eis lumen refulſit: quia cuꝫ plenitudo gentium intrauerit: tunc omnis iſrael ſaluus fiet. CHR. in home. Vel aliter Hoc admirãduꝫ erat: ꝙ in omnem terram tenebre ſunt facte: quod nunquaꝫ prius contigerat In egypto enim ſoluꝫ tenebre facte ſunt: quando paſcha perficiendum erat que enim tunc agebantur: horum typus erant. Et intuere ꝙ fuerint tenebre ĩ media die quãdo vbiqꝫ terrarũ dies erat: vt omnes qui habitabant terram: hoc miraculum cognoſcerent. Hoc autem ẽ ſignum quod petentibus promittebat dare dicens. Generatio praua ⁊ adultera ſignum querit: ⁊ ſignum non dabitur ei: niſi ſignum ione prophete crucem ſignans ⁊ reſurrectionem. Etenim multo mirabilius eſt in eo qui crucifixus erat hoc fieri: q̃ ambulante eo ſuper terraꝫ. Hoc autem ſufficiens erat eos conuertere: non ſoluꝫ magnitudine miraculi: ſed quia hoc geſtuꝫ eſt poſtq̃ omnia locuti fuerant que voluerant ⁊ ſacietateꝫ acceperant contumeliarum. Qualiter auteꝫ non admirati ſunt vniuerſi neqꝫ eſtimauerunt eum eſſe deũ? quia ſcilicet hominuꝫ genus tunc multa malicia ⁊ deſidia detinebatur: ⁊ hoc miraculuꝫ factuꝫ confeſtiꝫ tranſijt ⁊ non nouerant que eſſet cauſa eius qd gerebatur. Et propter hoc ipſe poſtea loquitur vt oſtendat ſe viuere: ⁊ ꝙ ipſe hoc miraculuꝫ fecit. vnde ſequitur Et circa horaꝫ nonaꝫ clamauit ieſus voce magna dicens Heli heli: lamaçabatani: Hoc eſt: Deus meus deus meꝰ vt quid dereliquiſti me? HIE. Principio viceſimi primi pſalmi vſus eſt. Illud vero quod eſt in medio verſiculi. Reſpice in me: ſuperfluuꝫ eſt. legitur enim in hebreo. Deus meus deus meus: quare me dereliquiſti? Ergo impij ſunt: qui pſalmum ex perſona dauid ſiue heſter ⁊ mardochei dictum putant: cuꝫ etiam euangeliſte teſtimonio ex eo ſumpta ſuper ſaluatore intelligant: vt eſt illud: Diuiſerũt ſibi veſtimenta mea: ⁊ foderũt manus meas. CHR. in home. Ideo auteꝫ emiſit propheticam vocem: vt vſqꝫ ad vltimam horam teſtimonium perhibeat veteri teſtamento: ⁊ vt videant quoniam honorat patrẽ et non eſt deo contrarius: ⁊ ideo hebraicaꝫ voceꝫ emiſit: vt eis fieret cognita ⁊ manifeſta. ORIGE. Requirendum ẽ autem: quid eſt ꝙ a deo derelictus eſt chriſtus? Et quidã quia non poſſunt exponere: derelinqui chriſtum a deo: dicunt ꝙ per humilitatem dictum eſt. Sed manifeſte intelligere poteris quid ſit quod dicit: faciens comparationeꝫ glorie illius quaꝫ habuit apud patrem: ad confuſioneꝫ quaꝫ contemnens ſuſtinuit cruceꝫ. HILA. Per hec auteꝫ verba ingnia cõtendunt heretica: ꝙ aut defeciſſe omnino dei verbuꝫ in animam corporis volũt: dũ corpꝰ officio anime viuificat: aut dõ nec fuerit chriſtus homo natus quia in eo dei verbũ modo ſpiritus habitauerit ꝓphetalis: quaſi ieſus chriſtus anime ſoluꝫ ⁊ corporis hõ cõis. Hoc habet ſui exordiũ: quo eſſe cepit homo: q nũc a dei verbo contracta rurſum protectione deſertus clamet: Deus meus: quare me dereliquiſti? Vel certe in anima verbi natura mutata: paterno xp̃s in oĩbus viſus auxilio: nunc inops eius mortiqꝫ pmiſſus ſolitudinẽ ſuam cõqueraf: relinquẽtemqꝫ ſe arguat. Sed inter has ipſas infirmaſqꝫ ſui eccleſie: fides ĩbuta apoſtolicis doctrinis nõ partit ieſuꝫ xp̃m: ne filius dei: nõ ⁊ filius hominis intelligatur: nam querela derelicti morientis infirmitas eſt. Promiſſio aũt paradiſi viuentis dei regnum ẽ. Habes in cõquerente ad mortẽ relictũ ſe eſſe: qꝛ homo ẽ. Habes eũ qui mori profitẽtem ſe in paradiſo regnare: qꝛ deus ẽ. Nõ ergo mireris verboꝝ humilitatẽ ⁊ querimonias derelicti cũ formam ſerui ſciens: ſcandalum crucis videas.

GLO. Dicitur aũt deus eũ deſeruiſſe in morte: quia poteſtati perſequẽtiũ eum expoſuit: ſubtraxit enim protectionẽ: ſed non ſoluit vnionẽ. ORIGE. Poſtq̃ aũt vidit ſuper omnẽ terram iudeaꝫ tenebras: hoc dixit oñdere volẽs: Dereliquiſti me pater. i. talibus: ex inanitũ calamitatibus tradidiſti: vt populus qui fuerat apud te honoratus recipiat que ĩ me auſus ẽ: vt priuetur a lumine tue proſpectionis: ſed ⁊ pro ſalute gentium dereliquiſti me. Quid autem tam bonũ fecerũt: qui ex gentibus crediderunt: vt precioſo ſanguine ſuper terram effuſo pro eis: emerem eos a maligno? Aut quid tale dignum facturi ſunt homines: pro quibus patior iſta? Forſitan autem ⁊ videns peccata hominum pro quibus patiebatur dixit: Quare me dereliquiſti: vt fierẽ quaſi qui colligit ſtipulaꝫ ĩ meſſe: ⁊ racemos in vindemia. Non autẽ eſtimes humano more ſaluatoreꝫ iſta dixiſſe: propter calamitatẽ que cõprehẽderat eum in cruce. Si enim ita acceperis: nõ audies magnaꝫ vocem eius que oſtendit aliquid eſſe magnũ abſcõditũ. RABA. Vel ſaluator hoc dixit: noſtros circumferens motus. qui in periculis poſiti a deo deſeri nos putamus. Humana enim natura propter peccatum a deo fuerat derelicta ſed quia filius dei factus ẽ noſter aduocatus: quorum ſuſcepit culpam. deplorat miſeriam in quo oſtendit quantum flere debeant qui peccant: quando ſic fleuit qui nunq̃ peccauit. Sequitur: Quidam autem illic ſtantes ⁊ audientes dicebant: Helyam vocat iſte HIE. Non oẽs: ſed quidam quos arbitror milites fuiſſe romanos non intelligentes hebraici ſermonis proprietatem: ſed ex eo qd dixit: Hely hely: Putãt helyã ab eo innocatum. Sinaũt iudeos qui hoc dixerint intelligere voluerimus: hoc more ſibi ſolito feciſſe: vt dominũ imbecillitatis infamẽt: q helye auxiliũ deprecet Sequit: Et cõtinuo currens vnus ex eis: acceptam ſpongiaꝫ impleuit aceto ⁊ impoſuit arundini: ⁊ dabat ei bibere. AVGV. in ſer.

de paſſione: Sic ergo propinator fontium potatur aceto mellis dator cibatur felle: flagellatur remiſſio: condemnatur venia: illuditur maieſtas: ridetur virtus: perfundit largitor ſbriũ ſputis. HILA. Eſt aũt acetũ vinũ qḋ per vitiũ aut incurie aut vaſis aceſcit: vinũ aũt eſt honor im mortalitatis aut virtus. Cũ igitur in adã coaceuiſſet: ipſe accepit ⁊ potauit ex gentibus. In calamo eniȝ ⁊ ſpongia vt potaret offertur ex corporibus gentiũ in ſe ad ↄmunionẽ imortalitatis ea que in nobis erãt vitiata tranſfudit.

REMI. Uel aliter: iudei acetũ erãt degenerãtes a vino patriarcharũ ⁊ prophetarũ: habebãt fraudulenta corda: quaſi ſpongiã cauernoſis atq̃ tortuoſis latibulis per arundinẽ deſignat ſacra ſcriptura: que in hoc facto implebatur. ſicut. n. lingua hebrea vel greca dicit loquela q̃ fit p linguã: ſic ⁊ arundo dici poſſet littera vel ſcriptura que ĩ hoc facto iplebatur: que fit per arundinẽ. ORI. Et forſitã q̃cunq̃ ẜm doctrinã eccleſiaſticã ſapiũt: viuũt autẽ male: dant ei vinuȝ bibere felle permixtũ. Qui aũt alienas a veritate ſententias applicãt chriſto: quaſi eas dicenti: hi ſpongiã implentes aceto iponũt calamo ſcripture: ⁊ offerunt ori eius. Sequit: Ceteri vero dicebant: Sine: videamus an veniat helyas liberans eum. RABA. Quia. n. milites praue ſonũ vocis dominice intelligebãt: ideo inaniter aduentũ helye expectabãt. Deuȝ ergo quẽ ſaluator hebraico ſermone inuocabat: inſeparabiliter ſemp ſecũ habebat. AVG. in ſer. de paſſione: Cũ ergo nil iam xp̃o reſtaret ex penis: mors morit: quia ſuuȝ eſſe ibi nil ſentit. Suſpecta ẽ vetuſtati nouitas. Hũc primũ. hũc ſolũ vidit hominẽ peccati neſcium: noxa liberũ: iuris ſui legibus nil debentẽ: Accedit tamen cõfederata iudaico more furori: ⁊ deſperata vite inuadit auctorẽ. vnde ſequit: Jeſus autem iterũ clamans voce magna emiſit ſpirituȝ. Quare aũt diſplicet: ſi chriſtus de ſinu patris ad noſtram ſeruitutẽ venit: vt nos ſue redderet libertati: noſtrã mortẽ ſuſcepit: vt nos eius morte liberemur: quãdo nos de pectu mortis mortales iudeos retulit: terrenos celeſtibus eſtimauit. Quantũ. n. diuina virtus operũ contemplatione lucebat: tantum pati pro ſubiectis ꝑ ſeruis mori inſigne eſt charitatis imenſe. Ergo hec prima cã ẽ dominice paſſionis: q: ſciri voluit q̃tum amaret hominẽ deus: q̃ plus amari voluit q̃ timeri. Secunda cauſa ẽ vt ſententiã mortis quã iuſte declarat: iuſt. ius aboleret. Quia nãq̃ prim⁹ homo adiudicãte deo: de reatu incurreret mortẽ: ⁊ eam tranſmiſit ad poſteros. Uenit de celo ſecundus hõ peccati neſcius vt mors damnaret: que rapere iuſſa: reos inocentie ipſũ inuadere preſumpſit auctorẽ. Nec mirandum eſt ſi pro nobis poſuit quod ſuſcepit a nobis. ſ. aiam qui propter nos fecit tãta ⁊ talia largitus ẽ nobis. AVGV. contra felicianuȝ: Abſit. n. a fidelibus iſta ſuſpicio: vt ſic chriſtus ſenſerit mortẽ noſtrã: vt quãtũ in ſe eſt: vita pdat vitã. Nã ſi hoc ita eſſet: quomodo illo triduo potuiſſe dicimus aliquid viuere: ſi vite fons dicit aruiſſe? Sẽſit igit mortẽ deitas chriſti participatione humana: ſiue humani affectus: quẽ ſponte ſuſceperat: non nature ſue potẽtiã pdidit per quaȝ cuncta viuificat. In morte. n. noſtra ſine dubio deſtitutũ corpus vita aĩam noſtram non perimit. duȝ diſcedens anima non vim ſuam perdit: ſed quod viuificauerat hoc dimittit: ⁊ quantũ in ſe eſt: alterius mortem facit ipſa non recipit. De ſaluatoris nunc anima dicemus: qui vt non dicam propter inhabitanteȝ diuinitateȝ ⁊ propter iuſticiaȝ ſingularem: certe propter cõmunẽ moriendi ſorteȝ corpus illo triduo ſic potuit deſerere: vt ipſa non poſſet penitus interire. Credo enim dei filium mortuuȝ eſſe: non ẜm penam iniuſticie quam ex toto non habuit: ſed ẜm legẽ nature: quam pro humani generis redẽptione ſuſcepit. DAMA. Etſi non mortuus eſt vt homo: ⁊ ſancta eius anima ab incontaminato diuiſa eſt corpore: ſed tamen deitas inſeparabilis ab vtriſq̃ permanſit: ab anima dico ⁊ corpore. Et neq̃ vna ſic hypoſtaſis in duas diuiſa eſt: corpus enim ⁊ anima ſicut a principio in verbi hypoſtaſi habuerũt exiſtentiam etiam in morte. Neq̃ eniȝ anima neq̃ corpus propriã habuerunt hypoſtaſim ꝑꝑ hypoſtaſiȝ verbi. HIE. Diuine aũt ptãtis indicium eſt emittere ſpiritum ⁊ vt ipſe quoq̃ dixerat. Nemo poteſt tollere animam meaȝ a me: ſed ego pono eaȝ: ⁊ iteruȝ ſumo eã. Spiritũ enim in hoc loco pro anima intelligamus. Sed quod vitale aut ſpirituale corpus faciat ſeu q̄ ipſius anime ſubſtantia ſpiritus ſit: iuxta id quod ſcriptum eſt. Auferes ſpiritum eoꝝ ⁊ deficient. CHRY. in ho. Propter hoc autem ⁊ voce magna clamauit: vt oſtendatur quoniaȝ ẜm eius poteſtateȝ id geritur. Per hoc. n. q̄ moriens vocem emiſit magnã: apertiſſime ſe verũ deũ eiſe oſtendit quoniam hoĩes cũ moriũtur: vix tenuẽ vocẽ emittere poſſunt. AVG. de con. euan. Quid aũt voce magna dixerit: lucas declarauit: dixit eniȝ: Et clamans ieſus voce magna a. t. Pater in manus tuas cõmendo ſpirituȝ meum. HILA. Uel ſpirituȝ cum clamore magne vocis emiſit. dolens non ſe omnia peccata portare.

Et ecce velũ tẽpli ſciſſum ẽ in duas ptes: a ſummo vſq̃ deorſum: Et terra mota eſt: ⁊ petre ſciſſe ſunt: ⁊ monumenta aperta ſunt: ⁊ multa corpora ſanctoꝝ qui dormierant ſurrexerũt. Et exeuntes de monumẽtis poſt reſurrectionẽ eius venerunt ĩ ſanctam ciuitatẽ ⁊ apparuerunt multis. Centurio aũt ⁊ qui cũ eo erant cuſtodiẽtes ieſum: viſo terre motu: ⁊ his que fiebant timuerũt valde dicentes. Uere filius dei erat iſte. Erant autem ibi mulieres multe a longe: que ſecute erãt ieſum a galilea miniſtrãtes ei: inter quas erat maria magdalene: ⁊ maria iacobi: ⁊ ioſeph mr̃: ⁊ mater filioꝝ zebedei.

ORIGE. Magna facta ſunt ex eo q̄ magna voce clamauit ieſus. vnde ſequitur: Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſq̃ deorſum. AVGV. de concor. euange. In quo ſatis oſtendit tunc eſſe ſciſſuȝ cum amiſit ſpirituȝ. Si aũt non addidiſſet: Et ecce ſimpliciter dixiſſet: Et velum templi ſciſſum eſt. incertum eſſet vtrum ipſe ⁊ marcus hoc recapitulando cõmemoraſſet: lucas autem ordinem tenuiſſet: qui cum dixiſſet: Sol obſcuratus eſt. continuo ſubiungendum eſtimauit. Et veluȝ templi ſciſſum eſt: An lucas recapitulaſſet: quod illi ordine poſuiſſent. ORIGE. Duo autem fuiſſe vela intelligimus: vnum quod velat ſanctaſanctoruȝ: aliud exterius ſiue tabernaculi ſiue templi. In paſſione ergo domini ſaluatoris: velum quod erat a foris conſciſſum eſt: a ſurſum vſq̃ deorſuȝ. vt ab initio mundi vſq̃ ad finem conſciſſo velamine. myſteria publicentur: que vſq̃ ad aduentũ domini rationabiliter fuerũt occultata. Cum autem venerit quod perfectum eſt: tunc auferetur etiam ſecundum velũ vt videamus etiam que interius ſunt occulta. ſcilicet veraȝ arcam teſtamenti. ⁊ ſicut ipſa ſe habet natura videamus cherubin ⁊ alia. HILA. Uel ideo velũ templi ſcinditur: quia exinde populus eſt diuiſus in partes: ⁊ veli honor cum cuſtodia angeli protegentis aufertur. LEO papa in ſermone de paſſione: Eſt autem ad teſtimonium veneranda paſſionis ſufficiens ſignum elementorum inopinata turbatio. vnde ſequitur: Et terra mota eſt ⁊ petre ſciſ. ſunt: ⁊ monumenta aperta ſunt. HIERO. Nulli enĩ dubium ẽ quid ſignificet iuxta litteraȝ magnitudo ſignoruȝ: vt crucifixuȝ dominuȝ ſuuȝ ⁊ celum ⁊ terra ⁊ oĩa demonſtrarent. HILA. Mouetur terra: q: capax hui⁹ mortui eſſe non poterat. petre ſciſſe ſunt: oĩa enĩ valida ⁊ fortia penetrãs dei vbũ ⁊ ptãs eterne vtuti irrupat: Et monumẽta apta ſũt: erat. n. mortis clauſura reſerata. Sequit:



Et multa cor. ſanc. q̃ dormi. ſur. Illuminans eniȝ mortis tenebras: ⁊ infernoꝝ obſcura colluſtrans: mortis ſpolia detrahebat. CHRY. in ho. Ipſo quidẽ in cruce manẽte eum irridentes dicebant. Alios ſaluos fecit: ſeipſuȝ nõ põt ſaluũ facere: ⁊ qḋ in ſe facere noluit: in ſeruoꝝ corporib⁹ cuȝ multa ſupabundantia demonſtrauit. Si. n. quadriduanuȝ lazarũ exurgere magnũ fuit: multomagis eos repẽte qui oliȝ dormierant apparere viuentes qḋ future reſurrectionis erat indiciũ: vt aũt nõ putaret eẽ phantaſma qḋ factũ ẽ: euangeliſta ſubiungit: Et exeun. de monu. poſt reſurre. eius vene. in ſan. ciui. ⁊ appa. mul. HIE. Quõ aũt lazarus mortuus reſurrexit: ⁊ ſic multa corpora ſanctoꝝ reſurrexerũt: vt dñm oſtenderent reſurgentem: ⁊ tñ cũ monumẽta aperta ſũt: nõ ante reſurrexerũt: q̄ reſurgeret dñs vt eſſet primogenitus reſurrectionis ex mortuis ſanctã aũt ciuitatem in qua viſi ſunt reſurgentes: aut hieruſalem celeſteȝ intelligamus: aut hãc terrenam que ante ſancta fuerat: ſancta. n. appellabat ciuitas hieruſalem: ꝑꝑ templuȝ ⁊ ſanctaſcõꝝ: ⁊ ob diſtinctionẽ aliaꝝ vrbiũ: in q̃bus idola colebant. Quũ vero dicit: Appa. multis. oñditur nõ generalis fuiſſe reſurrectio q̃ oĩbus appareret: ſed ſpecialis ad plurimos: vt hi viderent qui cernere merebant. REMI. Queret aũt aliq̃s qḋ de illis factũ ſit q̃ reſurgẽte dño ſurrexerũt? Credendum quippe eſt quoniaȝ ideo ſurrexerũt: vt teſtes eſſent dominice reſurrectionis. Quidaȝ aũt dixerũt q̄ iterũ mortui ſunt: ⁊ in cincreȝ conuerſi: ſicut ⁊ lazarus ⁊ ceteri quos dñs reſuſcitauit. Sed iſtoꝝ dictis nullo modo eſt fides accõmodanda: quoniaȝ maius illis eſſet tormentũ q̃ ſurrexerũt ſi iteruȝ mortui eſſent: q̃ ſi nõ reſurgerẽt. Incũctanter ergo credere debemus: quia q̃ reſurgente domino a mortuis reſurrexerũt: aſcendente eo ad celos ⁊ ipſi pariter aſcenderũt. Semper aũt hec eadeȝ magna quotidie fiũt: velum enim templi ad reuelandũ que intus habent ſcinditur ſanctis. Terra etiaȝ mouet idest omnis caro nouo verbo ⁊ nouis rebus ẜm nouũ teſtm̃. Petre aũt ſcindũtur: que myſteriuȝ fuerũt prophetaꝝ: vt ĩ profũdis eoꝝ poſita ſpiritalia myſteria videamus. Monumẽta aũt dicũtur corpora peccatricũ aĩaꝝ idest mortuaꝝ deo: cum aũt p gratiã dei aĩe huiuſmodi fuerint ſuſcitate: corpora eoꝝ que prius fuerunt monumẽta: fiũt corpora ſanctoꝝ: vt vident a ſeipſis exire: ⁊ ſequunt eũ qui reſurrexit: ⁊ ĩ nouitate vite ambulant cũ eo. Et qui digni ſũt habere conuerſationẽ in celis ingrediũtur in ſcãm ciuitateȝ per ſingula tpa ⁊ apparent multis videntib⁹ opera bona ipſoꝝ. Sequit. Cẽturio aũt ⁊ q̃ cũ eo er. cuſ. ie. vi. terremo. ⁊ his q̃ fie. ti. val. di. ve. fi. dei er. iſte. AVGV. de con. euange. Nõ eſt contrariũ q̄ mattheus viſo terremotu dicit admiratũ centurionem ⁊ eos q̃ cũ eo erant: cũ lucas dicat hoc admiratũ: q̄ emiſſa magna voce expiraſſet. In eo. n. q̄ mattheus non ſolum dixit: Uiſo terremotu: ſed ⁊ addidit: His que fiebãt interꝫ locũ fuiſſe demonſtrauit luce: vt diceret centurionem ipſaȝ domini morteȝ fuiſſe miratuȝ: q: ⁊ hoc inter illa eſt, que tũc mirabiliter facta erãt. HIERO. Ex hoc conſiderandũ q̄ centurio in ipſo ſcandalo paſſionis vere dei filium confiteat: ⁊ arrius in eccleſia predicat creaturã. RABA. Unde merito per centurionẽ fides eccleſie deſignat: que vero myſterioꝝ celeſtiũ per morteȝ domini reſerato: continuo ieſuȝ ⁊ vere iuſtũ hominẽ ⁊ vere dei filiũ ſynagoga tacente confirmat. LEO in ſer. de paſ. Exẽplo igit centurionis contremiſcat in redẽptoris ſui ſupplicio terrena ſubſtãtia: rumpant infidelium mẽtiũ petre: ⁊ qui mortalitatis grauabant ſepulchris: diſcuſſa obſtaculoꝝ moraprofiliãt: appareant nũc quoq̃ in ciuitate ſancta. i. eccleſia dei future reſurrectionis indicia: ⁊ qḋ credendũ ẽ in cordibus: fiat in corporibus. Sequit: Erant aũt ibi muli. mul. a lon. q̃ ſecute erãt ieſuȝ a gali. miniſ. ei. HIE. Cõſuetudinis enim iudaice fuit: nec ducebat in culpã more gentis antique: vt mulieres de ſubſtantia ſua victũ atq̃ veſtituȝ preceptoribus miniſtrarẽt hoc: q: ſcãdaluȝ facere poterat in gentib⁹: paulus abieciſſe ſe memorat. Miniſtrabãt ãt dño de ſubſtãtia ſua: vt meteret illaꝝ carnalia cui⁹ ille metebãt ſpiritalia: nõ q: indigebat cibis dñs creaturarũ: ſꝫ vt typũ oñderet magiſtroꝝ: q: victu atq̃ veſtitu ex diſcipulis deberẽt eẽ ↄtenti. Sꝫ videamus q̃les comites habuerint. Sequit n. Inter quas erat maria mag. ⁊ ma. iaco. ⁊ ioſeph mr̃: ⁊ mr̃ filioꝝ zebedei. ORI. Apd marcũ aũt tertia illa ſalome appellat. CHRY. ĩ ho. He ãt mulieres ↄſiderabãt q̃ gerebant: q̃ maxie erãt ↄpaſſibiles: ⁊ q̃ ſeq̃bant miniſtrãtes vſq̃ ad pericula affuerũt: maximaȝ fortitudinẽ oñdẽtes: q: cũ diſcipuli fugerũt: ipſe affuerũt.

HIE. cõtra heluidiũ: Ecce inq̃t heluidius Jacob⁹ ⁊ ioſeph: ⁊ ſũt filij marie mr̃is dñi: quos iudei appellauerũt fratres xp̃i. Dicit aũt iacobi minoris ad diſtinctiõeȝ iacobi maioris: q̃ erat fili⁹ zebedei. Impiũ. n. dicit eẽ heluidi⁹ hoc ſentire de maria: vt cũ alie femine ibi fuerint: mr̃em eius abeſſe dicam⁹. aut alterã eẽ mariã neſcio quã ↄfingam⁹: pſertiȝ cũ euãgeliũ ioãnis teſtet eã illic fuiſſe pſentẽ. O furor cecus ⁊ ĩ exitiũ mens veſana: audi qḋ ioãnes euãgeliſta dicat. Stabãt iuxta crucẽ ieſu mater eius ⁊ ſoror mr̃is ei⁹: maria cleophe: ⁊ maria magdalẽe. Nulli dubiũ ẽ duos fuiſſe aplos iacobi nuncupatos vocabulo: iacobũ zebedei: ⁊ iacobuȝ alphei. Iſte aũt neſcio q̃s minor iacob⁹ quẽ marie filiũ ſcriptura ↄmemorat. Si apls ẽ alphei filius erit. ſi nõ ẽ apls: ſꝫ tertius neſcio q̃s iacob⁹ quõ putãdus ẽ fr̃ dñi: ⁊ quõ terti⁹ ad diſtinctionẽ maioris minor appellabit: cũ maior ⁊ minor nõ inter tres: ſꝫ inter duos ſoleãt pbere diſtãtiã: ⁊ frater dñi apls ſit: paulo dicẽte. Aliũ apoſtoꝝ vidi neminẽ: niſi iacobũ fratrẽ dñi. Ne aũt hũc iacobũ putes filiũ zebedei: lege act⁹ aploꝝ: iã ab herode fuerat iterẽptus. Reſtat ↄcluſio: vt maria iſta que iacobi minoris ſcribit mater: fuerit vxor alphei: ⁊ ſoror marie matri dñi: quã mariã cleophe ioannes euang. cõmemorat. Si aũt inde tibi alia atq̃ alia videt: q̄ alibi dicatur maria iacobi minoris mater: ⁊ alibi maria cleophe: diſces ſcripture cõſuetudinem eũdeȝ hoieȝ diuerſis noĩbus appellari ſicut raguel ſocer moyſi ietro dicit. Et dicit maria cleophe vxor alphei. hec eadeȝ dicta ẽ maria mater iacobi minoris: q̃ ſi mater eẽt dñi: magis eaȝ vt in oĩbus locis matrẽ alterius voluiſſet intelligi. verũ ⁊ ſi alia fuerit maria cleophe: ⁊ alia maria iacobi: ⁊ ioſeph mater hoc tñ cõſtat non eandeȝ mariam iacobi ⁊ ioſeph eẽ quã matrem domini. AVG. de con. euan. Poſſemus autem dicere alias mulieres a longe: vt tres euangeliſte dicunt: ⁊ alias iuxta crucẽ fuiſſe: vt ioannes dicit: niſi mattheus ⁊ marcus mariã magdalene nominaſſent. inter ſtantes lõge: quã. ſ. ioannis noiauit inter ſtãtes iuxta crucẽ. Quõ ãt hoc itelligit: niſi q: eo iteruallo erãt: vt ⁊ iuxta dici poſſẽt q: ĩ ↄſpectu ei⁹ pſto aderãt: ⁊ a lõge ĩ ↄparatõe turbe propinq̃us circũſtãtis cũ cẽturiõe ⁊ militib⁹. poſſum⁹ ẽt itelligere: q̄ ille q̃ ſimul aderãt cũ mr̃e dñi: poſtq̄ eã diſcipulo ↄmẽdauit: abire iã ceperãt: vt a denſitate turbe ſe exuerẽt. ⁊ cetera. q̃ fcã ſũt longi⁹ itueręt vt euãgeliſte q̃ p⁹ mortẽ dñi eos ↄmemorauerũt: ⁊ longe ſtantes cõmemorẽt:

Cũ aũt ſero factũ eẽt venit q̃dã hõ diues ab arimathia: noie ioſeph: q̃ ⁊ ipſe diſcipul⁹ erat ieſu. hic acceſſit ad pilatũ ⁊ petijt corp⁹ ieſu. Tũc pilat⁹ iuſſit reddi corp⁹. et accepto corpe ioſeph iuoluit illḋ in ſindone mũda: ⁊ poſuit illud ĩ monumẽto ſuo nouo: qḋ exciderat in petra. Et aduoluit ſaxũ magnũ ad oſtiũ monumẽti ⁊ abijt. Erãt ãt ibi maria magdalene ⁊ altera maria ſedẽtes ↄ ſepulchrum.

GLO. Poſtq̄ euange. retulerat ordinẽ dominice paſſionis ⁊ morteȝ: nunc agit de ei⁹ ſepultura dicens. Cũ ſero aũt factũ eſſet: venit q̃daȝ homo diues ab arimathia nomine ioſeph: qui ⁊ ipſe diſcip. erat ieſu. REMI. Arima-

ibla ipſa eſt ⁊ ramatha ciuitas helcane ⁊ ſamuelis: que ſi
ta eſt in regione chananitica iuxta dioſpoliꝫ. Iſte aūt io-
ſeph ſm ſeculi ſtatū magne fuit dignitatis: ſed multo ma-
ioꝛis meriti apud deuꝫ fuiſſe laudatur: ſiquideꝫ iuſtus fu
iſſe deſcribitur. Decebat quippe eū talem exiſtere qui coꝛ
pus domini ſepeliret: quatenus per iuſticiam meritoꝛum
dignus eſſet tali officio. HIERO. Diues aūt refertur
non de iactantia ſcriptoꝛis: quo virum nobilem atqꝫ di-
tiſſimum referat ieſu fuiſſe diſcipulum. Sed vt oſtendat
cauſam quare a pilato coꝛpus chꝛiſti potuerit impetrare
ſequitur. Hic acceſſit ad pilatum ⁊ petijt coꝛpus ieſu.
Pauperes eniꝫ ⁊ ignoti non eſſent auſi ad pilatū preſidē
romane poteſtatis accedere: ⁊ crucifixi coꝛpus impetra-
re. In alio autem euangelio ioſeph iſte buleutes appellat:
ideſt conſiliarius: ⁊ de ipſo quidem putāt pꝛimum pſal-
muꝫ fuiſſe compoſitum. Beatus vir qui non abijt in con
ſilio impioꝛum. CHRY. in home. Inſpice autem huiꝰ
viri foꝛtitudinem: in moꝛtis enim periculum ſe tradidit
inimicitias ad omnes aſſumens: pꝛopter beniuolentiam
chꝛiſti: ⁊ non ſolum audet coꝛpus chꝛiſti petere: ſed ⁊ ſe-
pelire. vnde ſequitur: Et accepit coꝛpus Ieſu ⁊ inuoluit
illud in ſindone munda. HIERO. Ex ſimplici ſepultura
domini ambitio diuitum condemnatur: qui nec in tumu-
lis quidem poſſunt carere diuitijs. Poſſumus aūt iuxta
intelligentiam ſpiritaleꝫ ⁊ hoc ſentire: ꝙ coꝛpus domini
non auro: non gemmis: non ſerico: ſed linteamine puro
obuoluendū ſit: quanꝗ ⁊ hoc ſignificet. ꝙ ille in ſindone
munda inuoluit ieſuꝫ: qui pura mente eum ſuſceperit.
REMI. Uel aliter qꝛ ſindon lineus pannus eſt: linū aūt
ex terra pꝛocreatur: ⁊ cū magno laboꝛe ad candoꝛē pꝛo-
ducitur: deſignatur qꝛ coꝛpus illius qḋ ex terra. i. ex vir-
gine ſumptū eſt: per laboꝛem paſſionis peruenit ad can-
doꝛeꝫ imoꝛtalitatis. RABA. Hinc etiam eccleſie mos
obtinuit vt ſacrificium altaris non in ſerico neqꝫ in pāno
tincto: ſed in lino terreno celebꝛet: Ut a beato papa ſilue-
ſtro legimus eſſe ſtatutū. Sequitur: Et po. illud i mo. ſuo
no. quod exciderat in petra. AVGV. in ſermone de ſab
bato ſancto. Ideo autē ſaluatoꝛ in aliena ſepultura poni
tur: qꝛ pꝛo alioꝛū moꝛiebatur ſalute: vt quid ergo in pꝛo-
pꝛia ſepultura qui in ſe moꝛteꝫ pꝛopꝛiaꝫ non habebat: vt
quid illi tumulus in terris cuius ſedes manebat in celis
vt quid illi ſepultura ꝓpꝛia qui tridui tm̄ tēpoꝛis ſpacio
in ſepulchꝛo non tam moꝛtuus iacuit: ꝗ velut in lectulo
conquieuit. Sepulchꝛū autem moꝛtis eſt habitaculū ne-
ceſſarium: ergo non erat moꝛtis habitaculum chꝛiſto: qꝛ
vita eſt: nec opus habebat ſemper viuēs habitaculo: de-
functoꝝ. HIERO. In nouo aūt ponitur monumēto
ne poſt reſurrectionē ceteris coꝛpoꝛibus remanētibꝰ ſur
rexiſſe alius fingeret. Pōt aūt ⁊ nouū ſepulchꝝ marie vir
ginalē vteꝝ demonſtrare. In monumēto aūt exciſo in pe
tra conditus ē: ne ſi ex multis lapidibus edificatū fuiſſet
ſuffoſſis tumuli fundamētis ablatꝰ furto diceret. AVG.
in ſer. de ſabbato ſancto: Si ēt ſepulchꝝ fuiſſet in terra: di
cere poterāt: ſuffoderūt terrā ⁊ furati ſunt eum. Si fuiſſet
lapis paruulus ſuppoſitus: dicere poterāt: doꝛmientibꝰ
nobis tulerunt eū. vnde ſequit: Et aduol. ſax. ma. ad oſt.
monu. ⁊ abijt. HIERO. Saxū eniꝫ magnū appoſitum:
oñdit non abſqꝫ auxilio plurimoꝝ ſepulchꝝ potuiſſe re
ſerari. HILA. Myſtice aūt ioſeph apoſtoloꝝ hēt ſpeci-
eꝫ: hic in munda ſindone coꝛpus inuoluit: ⁊ quidē in hoc
eodem linteo reperimus de celo ad petrum vniuerſoꝛuꝫ
animantiū genera ſubmiſſa. ex quo intelligit ſub lintei illi
us nomine conſepeliri chꝛiſto eccleſiam. Domini ḡ coꝛ-
pus infert in vacuam ⁊ nouaꝫ requiē lapidis exciſi: quia
per apoſtoloꝝ doctrinā impetus duritie gentilis quodā
doctrine opere exciſum chꝛiſtus infertur: rude. ſ. ac nouū
⁊ nullo antea ingreſſu timoꝛe dei peruium: ⁊ qꝛ nil pꝛeter
euꝫ opoꝛteat in pectoꝛa noſtra penetrare lapis oſtio ad-
uoluitur: vt qꝛ nullus antea in nos diuine cognitiōis au-
ctoꝛ fuerat illatus: nullus abſqꝫ eo poſtea inferat. ORI.
Non aūt foꝛtuito ſcriptū eſt: qm̄ inuoluit coꝛpus in ſindo
ne munda: ⁊ poſuit in monumēto nouo: ⁊ ꝙ aduoluit la-
pidem magnū: qm̄ oīa que ſunt circa coꝛpus ieſu munda
ſunt ⁊ noua ⁊ oīa magna valde. REMI. Poſtꝗ aūt coꝛ-
pus dñi ſepultuꝫ eſt: ceteris ad pꝛopꝛia remeātibus: ſole
mulieres que eū artius amauerant perſeuerauerunt: ⁊ di
ligenti cura notauerūt locum in quo coꝛpus domini po
neretur: quatenus congruo tpe munus ſue deuotionis ei
offerent. ⁊ ideo ſequitur: Erant aūt ibi ma. mag. ⁊ altera
ma. ſe. con. ſepulchꝛum. ORI. Mater aūt filioꝝ zebedei
non ſcribitur ſedere contra ſepulchꝛum: foꝛſitan. n. vſqꝫ
ad cruceꝫ peruenire potuit. Iſte aūt quaſi maioꝛes i cha
ritate: neqꝫ his que poſtea geſta ſunt defuerūt. HIE. Uel
ceteris relinquentibus dominuꝫ mulieres in officio per
ſeuerant expectantes qḋ ꝓmiſerat ieſus. Et ideo merue-
runt pꝛime videre reſurrectionē: quia qui perſeuerauerit
vſqꝫ in finem hic ſaluus erit. REMI. Quod vſqꝫ ho
die ſancte mulieres. i. humiles anime ſanctoꝝ: in hoc ſe
culo faciunt: ⁊ pia curioſitate attendunt quemadmodum
paſſio chꝛiſti completa ſit.

**Altera aūt die qui eſt poſt paraſceuen: conue
nerunt pꝛincipes ſacerdotū ⁊ phariſei ad pilatuꝫ
dicētes: Domine recoꝛdati ſumus: quia ſeductoꝛ
ille dixit adhuc viuens: poſt tres dies reſurgam.
Iube ergo cuſtodiri ſepulchꝛū vſqꝫ in diē tertiuꝫ
ne foꝛte veniant diſcipuli eius ⁊ furētur eum: ⁊ di
cant plebi: ſurrexit a moꝛtuis: ⁊ erit nouiſſimus er
roꝛ peioꝛ pꝛioꝛe. Ait illis pilatꝰ: Habetis cuſtodi
am: ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi aūt abeūtes muni
erūt ſepulchꝝ ſignantes lapidem cū cuſtodibus.**

HIE. i ho. Nō ſuffecerat ꝑncipibus ſacerdotū crucifi
xiſſe dñm ſaluatoꝛē: niſi ſepulchꝝ cuſtodirēt ⁊ quātū in
illis ē: manus ipōnerēt reſurgēti. vñ dī: Altera aūt die q̄ ē
poſt paraſceuē. RABA. Paraſceue dī pꝛepꝛatio. hoc
noīe vocat ſexta ſabbati: in q̄ pꝛeperabāt neceſſaria ſab-
bato: vt de manna dictuꝫ ē. Sexta die colligetis duplum
qꝛ. n. ſexta die factꝰ ē hō: i ſeptīa reqeuit deꝰ: iō ſexto die
ieſus ꝓ hoīe moꝛit: ⁊ in ſabbato qeuit i ſepulchꝛo. HIE.
Pꝛincipes aūt ſacerdotū lꝫ immēſum facinus i nece dñi
perpetrauerint: tñ nō ſufficit eis: niſi ēt poſt moꝛtē eiꝰ con
cepte nequie virꝰ exercētes: famaꝫ eiꝰ lacerātes: ⁊ quē inno
centē ſciebāt ſeductoꝛē vocāt. vnde dicunt. Dñe recoꝛ. ſu
mus: quia ſedu. ille dixit. ſicut aūt caypbas ignoꝛās ante
ꝓphetauerat dicēs. Expedit vnū hoīem moꝛi ꝓ populo
⁊ nō tota gens pereat: ſic ⁊ mō: ſeductoꝛ enim erat chꝛiſtꝰ
nō a veritate in erroꝛem mittens: ſed a falſitate in verita
tem: a vitijs ad vtutes: a moꝛte ad vitā ducēs. REMI.
Ex hoc autem dicunt eum dixiſſe ꝙ poſt tres dies reſur
gam qꝛ dixerat. Sicut fuit ionas tribus diebus ⁊ tribus
noctibus in ventre ceti. Sed videndum quomodo poſt
tres dies reſurrexerit. Nonnulli voluerūt tres hoꝛas te
nebꝛarum vnam intelligi noctem: ⁊ lucem que ſecuta eſt
tenebꝛas diem: ſed hi vim figurate locutionis ignoꝛaue
runt. Figurate enim ſexta feria qua paſſus ē compꝛehen
dit noctem pꝛecedenteꝫ. Sequitur auteꝫ nox ſabbati cū
ſuo die: nox vero dominici diei compꝛehendit ſuum diē
ac per hoc veꝝ eſt ꝙ poſt triduū reſurrexit. AVGV. in
ſer. de paſ. Ideo aūt poſt tres dies reſurrexit: vt in paſſio
ne filij totius trinitatis monſtraretur aſſenſus: triduū eniꝫ
legitur in figura: qꝛ trinitas que i pꝛincipio fecerat homi
nem: ipſa in fine hominē per chꝛiſti reparat paſſionē. Se
quitur: Iube ergo cuſtodiri ſepulchꝝ vſqꝫ in tertiū diem.
RABA. Diſcipuli. n. chꝛiſti fures ſpiritaliter erāt: qꝛ ab
ingratis iudeis ſcripta noui ⁊ veteris teſtamēti ablata in
vſuꝫ ecclie ꝯferebāt: ⁊ ſaluatoꝛē q̄ eis ꝓmiſſus fuerat illis



nocte doꝛmientibus: hoc eſt infidelitate toꝛpentibus ab-
ſtulerūt: gentibus credendū tradentes. HILA. Metus
furandi coꝛpoꝛis ⁊ ſepulchꝛi cuſtodia atqꝫ obſignatio:
ſtulticie atqꝫ infidelitatis teſtimonium ē: ꝙ ſignare ſepul-
chꝛū eius voluerūt: cuius pꝛecepto conſpexiſſent de ſe-
pulchꝛo moꝛtuū ſuſcitatū. RABA. In hoc aūt ꝙ dicūt:
Et erit nouiſſimus erroꝛ peioꝛ pꝛioꝛe. ignoꝛāter veꝝ di-
cunt. Peioꝛ. n. fuit cōtemptus penitētie in iudeis: ꝗ erroꝛ
ignoꝛātie. CHRY. i ho. Uide ēt q̄liter nolētes concertāt
ad demonſtrandā veritatē. irrefragabilis. n. demonſtra-
tio reſurrectionis facta ē per ea q̄ pꝛetenderūt: qꝛ. n. cuſto
ditū ē ſepulchꝝ: nulla fraus facta eſt. Si aūt fraus facta
nō ē: manifeſte ⁊ irrefragabiliter dñs ſurrexit. Quid autē
Pilatus rñdeat ſubiungitur: Ait illis pilatus: habetis cu
ſtodiam. Ite cuſtodite ſicut ſcitis. RABA. q. d. Suffici-
at vobis ꝙ conſenſi in necem innocentis: de cetero ve-
ſter erroꝛ vobiſcū ꝑmaneat. Sequit. Illi aūt abeūtes mu
nierūt ſepulchꝛū ſignātes lapidē cū cuſtodibꝰ. CHRY.
in ho. Nō aūt permittit pilatꝰ ſolos milites ſigillare. ſi. n.
ſoli milites ſigillaſſent poſſent dicere quoniā milites per
miſerunt ꝙ diſcipuli coꝛpus dñi furarent: ⁊ ita reſurrecti
onis infringere fidem: nūc hoc dicere nō poſſunt cū ipſi
met ſepulchꝛū ſigillaſſent.

CA. XXVIII.

**Veſpere aūt ſabbati que luceſcit in pꝛi
ma ſabbati: venit maria magdalene ⁊
altera maria videre ſepulchꝝ. Et ecce
terremotus factus ē magnus. Ange-
lus. n. dñi deſcēdit de celo: ⁊ accedēs
reuoluit lapidē: ⁊ ſedebat ſup eū. Erat autē aſpe
ctus eius ſicut fulgur: ⁊ veſtimentū eius ſicut nix.
Pꝛe timoꝛe aūt eius exterriti ſūt cuſtodes: ⁊ facti
ſunt velut moꝛtui. Rñdens aūt angelus dixit mu
lieribus: Nolite timere vos. Scio. n. ꝙ ieſum qui
crucifixꝰ ē queritis. Nō ē hic ſurrexit. n. ſicut dixit
Uenite ⁊ videte locū: vbi poſitus erat dñs. Et ci
to euntes dicite diſcipulis eiꝰ: qꝛ ſurrexit: ⁊ ecce ꝑce
det vos i galileā. Ibi eū videbitis: ecce ꝑdixi vob.**

AVGV. in ſer. de reſur. Poſt illuſiones ⁊ verbera:
poſt aceti ⁊ fellis pocula mixta: poſt ſupplicia crucis ⁊
vulnera: ⁊ poſtremo poſt ipſaꝫ moꝛtē ⁊ inferos: ſurrexit
de ſuo funere caro noua. redit ab occiduo latēs vita ⁊ in
moꝛte ſalus reſeruata reſurgit pulchꝛioꝛ reditura poſt fu
nus. AVG. de con. euā. De hoꝛa vero q̄ mulieres vene-
runt ad monumētū nō cōtēnenda exoꝛit queſtio. Cū eniꝫ
mattheus hic dicat: Ueſpere aūt ſab. q̄ lu. i ꝑma ſab. qḋ
eſt qḋ dicit marcus: Et valde mane vna ſabbatoꝝ venit
maria mag. ⁊ altera maria videre ſepulchꝛū. Apte qppe
pꝛima noctis qḋ ē veſpere: ipſaꝫ noctē voluit ſignificare
mattheus: cuius noctis fine venerūt ad monumētū: ḡ qm̄
ſabbato ipediebant: vt nō ante facerent: ab eo tpe noīauit
noctē ex quo eis licere cepit: vt facerēt qḋcūqꝫ vellēt tpe
eiuſdē noctis. Sic itaqꝫ dictū ē: Ueſpere ſabbati. ac ſi di-
ceret: nocte ſabbati. i. nocte q̄ ſequit diem ſabbati: qḋ ipa
verba eius ſatis indicāt. Sic. n. ait: Que luceſcit i pꝛima
ſabbati. qḋ fieri nō pōt niſi tñmō pꝛimā noctis particulā
i. ſolū initiū noctis intellexerimus dicto veſpere ſignifica
tū. Neqꝫ. n. ipſum initiū noctis luceſcit in pꝛima ſabbati:
ſed ipa nox in luce incipit terminari: ⁊ vſitatꝰ modus lo
quēdi ē diuine ſcripture a pte totū ſignificare. Ueſpere ḡ
noctē ſignificauit: cuius extremū ē diluculū: diluculo eni
venerūt ad monumētū. RABA. Uel aliter: Qḋ dicuꝫ ē
qꝛ ſcē mulieres veſpere ſabbati q̄ luceſcit i pꝛima ſabba
ti venerūt videre ſepulchꝛū: ita itelligēdū: qꝛ veſpere qdē
venire ceperint: ſed luceſcente mane i pꝛima ſabbati ad
ſepulchꝛū ꝑuenerūt. i. veſpere aromata parauerūt: qbus
coꝛpus dñi vngere deſiderabant: ſed aromata veſpere ꝑ
parata: mane ad ſepulchꝛū detulerūt. Quod mattheus
qdem bꝛeuitatis cā obſcurius poſuit: ſed euangeliſte alij
quo oꝛdine factū ſit euidentius oñdūt. Sepulto nanqꝫ ſe
xta feria domino: reuerſe a monumēto mulieres pꝛepa-
rauerūt aromata ⁊ vnguēta ꝗdiu operari licebat: ⁊ ſab-
bato quidē ſiluerūt ſm legis mandatū: ſicut lucas apte
deſignat. Cū aūt trāſiſſet ſabbatū: veſperaqꝫ adueniente
tps operādi redijſſet: ꝓmpte ad deuotionē emerunt: que
minus pꝛeparauerāt aromata: ſicut marcus ꝯmemoꝛat. Ut
venientes vngerēt ieſuꝫ. ⁊ valde mane veniunt ad monu-
mentū. HIE. Uel aliter: ꝙ diuerſa tpa iſtaꝝ mulieꝝ i euā
gelijs deſcribunt: nō mendacij ſignū ē vt impij obijciūt: ſꝫ
ſedule viſitatiōis officij dū crebꝛo abeūt ⁊ redeūt: ⁊ non
patiūt a ſepulchꝛo dñi diu abeſſe vł lōgius. REMI. Sci
endū aūt qꝛ matthēꝰ myſtice loquēs ſtuduit nobis iſinua
re illa ſacratiſſima nox q̄ntā dignitatē ex honoꝛe deuicte
moꝛtis ⁊ dñice reſurrectōis accepit. iō dixit: Ueſpe ſab.
q̄ lu. i ꝑ. ſab. cū ꝯſuetus oꝛdo tpuꝫ hēat: vt veſpe nō luce
ſcat i diē: ſed potꝰ obtenebꝛeſcat i noctē: oñdit his vbis
ꝙ dñs totā hāc noctē luce ſue reſurrectōis feſtiuā ⁊ cho
ruſcā reddidit. BEDA. i ho. Ab exoꝛdio ēt mūdane cre
atiōis vſqꝫ huc: ita tēpoꝝ curſus diſtinguebat vt dies no
ctē ꝑcederet: qꝛ hō a luce padiſi peccādo lapſus in huius
ſcli tenebꝛas erūnaſqꝫ decidit. Aptiſſime aūt nūc dies ſe
quit noctē: qñ ꝑ fidē reſurrectōis a pcti tenebꝛis ⁊ vmbꝛa
moꝛtis ad lucē vite xp̄o largiēte reducimur. SEVE. i ſer.
paſ. Eſt aūt veſpa ſabbati q̄ luceſcit: qꝛ illuminat ꝑ xp̄m:
ſabbatū nō delet. Nō inqt veni ſoluere legē: ſꝫ adimplere
Illuminat vt i diē dñicaꝫ luceat: clareſcat i ecclia qḋ in ſy
nagoga iudeis obſcurātibꝰ fuſcabat. Seqtur: Uenit ma.
mag. ⁊ alte. ma. vide. ſepul. Sero qdē mlr currit ad veniā
q̄ mature cucurrit ad culpā: q̄ de paradiſo ꝑfidiā ſūpſe-
rat. Feſtinat fidē ſumere de ſepulchꝛo. ꝯtēdit rapē de moꝛ
te vitā: q̄ de vita rapuerat moꝛtē. nō aūt dixit. Uenerūt ſꝫ
venit ſub vno noīe: veniūt due myſterio nō caſu. Uenit
ipa: ſꝫ altera vt mutaret mlr vtute nō ſexu. Pꝛecedūt āt
apl̄os femine: q̄ eccliaꝝ typū ad dñicū deferūt ſepulchꝝ
maria. ſ. ⁊ maria. maternū xp̄i vnū nomē i duas geminat
feminas: qꝛ hec ecclia ex duobꝰ pplis veniēs. i. ex gētibus
⁊ iudeis: vna eē figurat: venit aūt maria ad ſepulchꝝ: ſic
ad reſurrectiōis vteꝝ: vt iteꝝ xp̄s ex ſepulchꝛo naſceret
fidei q̄ carni fuerat gnātꝰ ex vētre: ⁊ eū quē clauſa vgini-
tas pñteꝫ tulerat vitā: redderet ſepiternā. Diuinitatis iſi-
gne ē clauſā vginē reliquiſſe poſt ptū: ⁊ de ſepulchꝛo clau
ſo exiſſe cū coꝛpoꝛe. Seqt: Et ecce. ter. fa. ē mag. HIE.
Dñs nr̄ vnus atqꝫ idē filꝰ dei ⁊ hoīs iuxta vtrāqꝫ nāꝫ di
uinitatis ⁊ carnis: nūc magnitudīs ſue: nūc hūilitatis ſi-
gnū demōſtrat. vñ ⁊ i pñti loco quāꝗ hō ſit qui crucifixus
eſt: q̄ ſepultus: tm̄ q̄ foꝛis agunt: oñdūt filiū dei. HILA.
Motus. n. terre reſurrectiōis ē virtus: cū ꝯcuſſo moꝛtis
aculeo: ⁊ illuminatis illꝰ tenebꝛis: reſurgēte vtutū celeſti
uꝫ dño: iferoꝝ trepidatio ꝯmouet. CHRY. i ho. Uel iō
terremotus factus ē: vt exurgāt ⁊ euigilēt mulieres. eteni
acceſſerāt vt vnguētū mitterēt: ⁊ qꝛ in nocte hec gerebant
pꝛobabile ē quaſdam obdoꝛmiſſe. BEDA. in ho. ꝙ etiā
terremotus reſurgente dño de ſepulchꝛo ſicut etiam mo
riente in cruce factus ē magnus: ſignificat terrena quidē
coꝛda per fidem paſſionis pꝛius ac reſurrectionis eius
ad penitentiam concutienda ſalubꝛi pauoꝛe permota.

SEVE. in ſermone paſche: Si autem ſic terra tremuit:
cum dominus ad veniā ſanctoꝝ reſurgeret: qūo cōtremi
ſcet cū noxioꝝ oium ſurget ad penā: dicente ꝓpha. Ter-
ra tremuit cū reſurgeret i iudicio deus. Et qūo dñi pñtiā
ſuſtinebit: que angeli pñtiaꝫ ſuſtinere nō valuit: naꝫ ſequi
tur: Angelus domini deſcendit de celo. Surgente ſiqui-
dem chꝛiſto moꝛte: pereunte terrenis redditur celeſte cō-
mertium: ⁊ mulieri cui fuerat cum diabolo letale conſi-
lium: cum angelo colloquium fit vitale. HILA. Miſe-

ricordie.n.dei patris inſigne ē reſurgente filio ab inferis virtutū celeſtiū myſteria mittere: atqȝ ideo prior reſurrectionis ipſe ē iudex: vt quodā famulatu paterne voluntatis reſurrectio nunciaret. BEDA. in hom. Quia.n. xp̄s deus ⁊ hō ēſſiter acta hūanitatis ſp ei angelorū miniſteria deo debita nō defuit. Sequitur: Et accedēs reuoluit lapidē Nō vt egreſſuro dn̄o ianuā pandat: ſʒ vt egreſſus eiꝰ iaʒ factꝰ hoībꝰ p̄ſtet idiciū: Qui.n. mortalis clauſo vginis vtero potuit naſcēdo igredi mūdū: ipſe factꝰ imortalis clauſo ſepulchro potuit reſurgēdo exire de mūdo. REMI. Significat aūt reuolutio lapidis reſeratiōeʒ ſacrorū xp̄i q̄ lr̄a legis tegebant: lex nāqȝ i lapide ſcripta fuit: ⁊ ideo p lapidē deſignat. SEVE. Nō āt dixit: Uoluit. ſʒ Reuoluit lapidē: qȝ lapis aduolutꝰ pbauit mortē: ⁊ reuolutꝰ extitit reſurrectōis aſſertor. Mutat hic ordo rerū: ſepulchrū mortē nō mortuū deuorat: domus mortis māſio fit vitalis. vteri noua forma mortuū recipit: reddit viuū. Seqt: Et ſedebat ſup eū. Sedebat iquā cui nulla ierat laſſitudo vt fidei doctor: vt reſurrectiōis mgr̄: ſedebat ſupra petrā vt ſoliditas ſedētis daret credētibꝰ firmitatē: ponebat angelus ſup petrā fūdamēta fidei: ſup quā xp̄s erat eccliaʒ fundaturus. Uel p lapidē monumēti pōt deſigiari mors q̄ oēs p̄mebant. p hoc ḡ q̄ angelus ſup lapidē ſedit: ſignificat q̄ xp̄s mortē ſua vtute ſubiecit. BEDA. in ho. Et recte ſtās apparuit angelꝰ q̄ aduētū dn̄i i mūdo p̄dicebat vt ſtādo deſignaret qȝ dn̄s ad debellādū mūdi principē veniret. p̄co aūt reſurrectiōis ſediſſe memorat: vt ſedēdo ſignificaret eū ſupato mortis auctore ſedē regni iā ꝯſcendiſſe ppetui. ſedebat aūt ſup lapidē reuolutū quo hoſtiuʒ monumēti claudebat: vt clauſtra iferorū ſua ipꝫ vtute deieciſſe doceret. AVG. de con. euā. Pōt aūt mouere q̄uo ſm mattheū angelus ſup lapidē ſedebat reuolutuʒ a monumēto: cū marcus dicat mulieres introeūtes i monumētū vidiſſe iuuenē ſedētē i dextris: niſi intelligamꝰ aut mattheū tacuiſſe de angelo: quē itrātes viderūt: marcū auteʒ de illo quē viderūt ſedēteʒ ſup lapidē: vt duos viderint ⁊ a duobꝰ ſigillatiʒ audierit q̄ dixerunt angeli de ieſu. aut certe q̄ dicit. Intrātes in monumētū. i. aliqua ſepta macerie debemus accipere qua ꝯmunitū locū tūc fuiſſe credibile ē. i. in aliquo ſpacio ante petrā: in q̄ excīſa locꝰ factꝰ fuerat ſepulture: vt ipꝫ viderint in eodē ſpacio ſedētem a dextris: quē dicit mattheus ſedentē ſup lapidē. Sequit: Erat autem aſpe. eius ſicut fulgur: ⁊ veſti. eius ſicut nix. SEVE. Uultus claritas a veſtiū cādore ſuperat: ⁊ facies fulguri: niui veſtis angeli ꝯparat: qȝ fulgur de celo: nix de terra. vñ pp̄ha: Laudate dn̄m de terra: ignis: grādo: nix: ⁊c̄. In facie ḡ angeli claritas celeſtis ſeruat nāe: in veſte ſignificat gratia cōionis humane: ⁊ ſic tēperat ſpecies angeli colloquētis: vt carnales oculi ⁊ veſtiū ferat placitaʒ claritatē: ⁊ ex fulgure vultus nunciū ſui tremerēt ⁊ reuererent auctoris. IDEM in alio ſer. Quid aūt facit idumētū vbi tegendi neceſſitas nō hētur: ſʒ angelus nr̄ʒ habitū nr̄am formā in reſurrectione p̄figurat: vbi hō ipſa corporis ſuis claritate veſtit. HIE. In candido ēt veſtitu angelus ſignificat gloriā triūphantis. GREG. in ho. de paſ. Uel aliter in fulgure terror timoris ē: in niue aūt blandimentuʒ candoris: qȝ vero oipotens deus ⁊ terribilis eſt peccatoribus ⁊ blādus iuſtis: recte teſtis reſurrectionis eius angelus: ⁊ in fulgure vultus: ⁊ in candore habitus demonſtrat: vt de ipſa ſua ſpecie: ⁊ terrēt reprobos ⁊ mulceret pios. vñ ſequit: Pre timore aūt eius exter. ſūt cuſto. ⁊ facti ſunt velut mortui. RABA. Timoris anxietate ſunt exterriti: qȝ amoris fiduciā nō habebant: ⁊ facti ſunt velut mortui q̄ reſurrectionis veritatē credere noluerūt. SEVE. in ſer. paſ. Cuſtodiebāt.n. crudelitatis ſtudio nō pietatis obſequio: ſtare.n. nō pōt quē ꝯſcia deſtituit: ⁊ impleuit reatus: hinc ē q̄ angelus p̄cellit impios: pios alloqtur: ⁊ ſolatur. Sequitur: Rñ. aūt an. dixit mul. HIE. Cuſtodes quidē timore perterriti ad inſtar mortuorū ſtupefacti iacent: ⁊ angelus tamen non illos: ſed mulieres ꝯſolatur dicens: Nolite timere vos. q. d. Illi timeāt in quibꝰ remanet incredulitas. ceterū vos qȝ ieſum queritis crucifixum: audite q̄ ſurrexerit: ⁊ promiſſa p̄fecerit. vñ ſequit: Scio.n. q̄ ieſuʒ qui crucifixus ē queritis. SEV. Adhuc n. crucifixū ⁊ mortuū requirebāt: quarū fideʒ ſcua paſſionis p̄cella turbauerat: ⁊ temptationis ita eas pondus. icuruauerat: vt celi dominuʒ quererēt in ſepulchro. Non eſt hic. RABA. p p̄ntiam carnis: q̄ tamen nuſq̄ deeſt per p̄ntiam maieſtatis. Sequitur: Surrexit enim ſicut dixit. CHRY. in ho. q. d. Et ſi mihi nō creditis: illius memẽtote verbū: deinde ⁊ alia ſequitur demonſtratio: cū ſubditur. Ue. ⁊ vi. lo. vbi po. erat do. HIERO. Ut ſi meis verbis nō creditis vacuo credatis ſepulchro. SEVE. Angelus ḡ predicit nomē: crucē dicit: loquitur paſſionē: ſed mox reſurrectiōeʒ: mox dn̄m confitetur: ⁊ angelus poſt tanta ſupplicia. poſt ſepulchrū agnoſcit dn̄m ſuū. Cur hō aut minoratū deū in carne iudicat: aut in paſſione exiſtimat defeciſſe virtutē: Dicit aūt crucifixū: ⁊ oſtendit locū vbi poſitus erat dn̄s: ne alter ⁊ non ideʒ reſurrexiſſe crederetur ex mortuis. Et ſi dominus in eadē redit carne: ⁊ ſue reſurrectionis facit indicia: quare homo in alia putat ſe carneʒ rediturū: aut carneʒ forte ſeruus dedignat ſuaʒ cū noſtram dn̄s non mutauit: RABA. Non autem ſolis vobis hoc gaudiū magnū conceſſum ē occulto corde tenere: ſed ſimiliter amantibus debetis illud pandere. vñ ſequitur. Et cito eū. di. diſ. e. qȝ ſur. SEVE. q. d. Reuertere ad virum mulier iam ſanata: ⁊ ſuade fidem q̄ perfidiā ante ſuaſiſti: Refer homini reſurrectiōis indiciū: cui ante ꝯſiliū ruine dediſti: ſeqt. Et ecce p̄ce. vos in gali. CHR. in ho. Hoc aūt dicit eripiens eos a periculis ne timor fidem impediret. HIE. Myſtice auteʒ precedet vos in galileam: hoc eſt i volutabrū gentilium: vbi ante error erat ⁊ lubricū: ⁊ firmo ac ſtabili pede veſtigiū non tenebat. Sequit: Ibi eū videbitis: ecce predixi vobis. BEDA. i ho. Bene aūt dominus in galilea videtur a diſcipulis qui iaʒ de morte ad vitam: iam de corruptione ad incorruptionem tranſierat: Galilea quippe tranſmigratio interpretatur. felices femine que triumphum reſurrectionis mūdo annunciare meruerunt: feliciores anime: que in die iudicij percuſſis pauore reprobis: gaudium beate reſurrectionis intrare meruerint.

Et exierūt cito de monumēto cū timore ⁊ gaudio magno: currentes nūciare diſcipulis eius. Et ecce ieſus occurrit illis dicens: Auete. Ille aūt acceſſerunt ⁊ tenuerunt pedes eius: ⁊ adorauerunt eum: Tunc ait illis ieſus: Nolite timere: ite nūciate fratribus meis vt eant i galileā: ibi me videbūt

HIERO. Mulieribus per angelum adhortatis cōfeſtim dominus occurrit vt nunciature expectantibus diſcipulis: reſurrectionem non angeli potius q̄ chriſti ore loquerentur. vnde dicitur: Et exierunt cito de monumento cum timore ⁊ gaudio magno. AVGV. de con. euan. Egreſſe autem dicuntur a monumento: hoc eſt ab illo loco vbi erat orti ſpacium ante lapidem effoſſum. HIE. Duplex autem mentes mulierum tenebat affectus: timoris ⁊ gaudij: ⁊ alter de miraculi magnitudine: alter ex deſiderio reſurgentis: ⁊ tamen vterqȝ femineum concitabat gradum. vnde ſequitur: Currentes nunciate diſcipulis eius. Pergebant enim ad apoſtolos: vt per illos fidei ſeminarium ſpargeretur. Que autem ſic querebant: que ita currebant merebantur obuiam habere dominum reſurgenteʒ. vnde ſequitur: Et ecce ieſus occurrit illis dicens: Auete. RABANVS. Per hoc oſtendit ſe omnibus iter virtutum inchoantibus: vt ad ſalutem perpetuā peruenire queant adiuuando occurrere. HIERO. Prime mulieres merentur audire: Auete. vt maledictū eue mulieris: in mulieribus ſolueretur. SEVE. In iſtis vero feminis eccleſie figuraʒ manere euidenter oſtendit: qȝ diſcipulos ſuos chriſtus de reſurrectione arguit trepidantes Occurrens autē iſtis nō poteſtate terret: ſed preueniēs charitatis ardore: chriſtus eniʒ in eccleſia ſe ſalutat quā ſeīa recipit in corpus. AVG. de concor. euangeliſtarū. Colligimus ⁊ angelorū allocutioneʒ bis numero eas habuiſſe venientes ad monumentū: ſcilicet cū viderant vnū angeluʒ de quo narrat mattheus ⁊ marcus: ⁊ cū poſtea viderunt duos vt narrant lucas ⁊ ioannes. Et ſimiliter ipſius domini bis ſemel ſcilicet illic quando maria hortulanuʒ putauit: ⁊ nunc iterū cū eis occurrit in via: vt eas ipſa repetitione firmaret: atqȝ a timore recrearet. SEVE. Sed ibi marie nec tangendi datur facultas: hic non ſolū tangendi ſed tenendi copia tota conceditur. vnde ſequitur. Ille auteʒ acceſſerunt ⁊ tenuerunt pedes eius: ⁊ adorauerūt eū. RABA. Superiꝰ quidē dictū ē: qȝ clauſo ſurrexit monumento: vt imortale: iaʒ factū doceret eſſe corpus quod in monumento clauſuʒ fuerat mortuū. Tenendos auteʒ mulieribus nunc prebuit pedes: vt intimaret veraʒ ſe carnem habere: que a mortalibus tangi poſſet. SEVE. Iſte quidē tenent pedes chriſti que in eccleſie typo euangelice predicatiōis tenent ⁊ merentur excurſum ac ſic fide aſtringunt ſui veſtigia ſaluatoris: ⁊ totius deitatis p̄ueniāt ad honorē. Illa autē merito audit: Noli me tangere: que in terris deflet dominū: ⁊ ſic i ſepulchro querit mortuū: vt in celis eū neſciat regnare cū patre. Quod ergo eadem maria nunc in fidei vertice conſtituta tangit chriſtū: ac tenet toto ſanctitatis affectu: nunc ibecillitate carnis ⁊ feminea infirmitate deiecta dubitat: ⁊ tactū ſuū non meretur auctoris: non facit queſtioneʒ. Siquidē illō de figura eſt hoc de ſexu. illud eſt de diuina gratia: hoc ō humana natura: quia noſipſi cū diuina ſcimus deo viuimus: cū humana ſapimus decamur ex nobis. Tenuerūt aūt pedes eius: vt ſcirēt i capite chriſti virū eſſe: ſe autem eſſe in pedibus chriſti: ⁊ datum ſibi virum ſequi: non preire ipſuʒ. Quod aūt dixerat angelus: Dicit ⁊ dominus: vt quas firmauerat angelus: chriſtus redderet firmiores Sequitur: Tūc ait illis ieſus: Nolite timere. HIE. Et in veteri ⁊ in nouo teſtamento hoc ſemper obſeruandū eſt q̄ quando aliqua auguſtior apparuerit viſio: primuʒ timor pellatur: vt ſic mente placata poſſint que dicuntur audiri. HILA. In contrariuʒ autem ordo cauſe principalis ē redditus: vt quia a ſexu muliebri cepta mors eēt ipſi primū reſurrectiōis glorie ⁊ viſus ⁊ nuncius redderetur. vnde dominus ſubdit: Ite nunciate fratribus meiſ vt eant in galileā: ibi me videbūt. SEVE. Uocat fratres quos corporis ſui fecit eſſe germanos: vocat fratres q̄s benignꝰ heres ſibi p̄ſtitit coheredes: vocat fratres quos patris ſui adoptauit in filios. AVGV. de concor. euā. Quod autem dominus non vbi primū ſe monſtraturus erat: ſed in galilea: vbi poſtea viſus ē ſe videndum mandauit: ⁊ per angelum ⁊ per ſeipſum: q̄uis fidelem facit intentum ad querendum in quo myſterio dictum intelligitur: Galilea nanqȝ interpretatur vel tranſmigratio vel reuelatio. Prius itaqȝ ſm tranſmigrationis ſignificationeʒ quid aliud occurrit intelligendum: niſi quia chriſti gratia de populo iſrael tranſmigratura erat ad gentes: quibus apoſtoli predicantes euangelium nullo modo crederent niſi eis ipſe dominus viam in cordibus hominum prepararet: ⁊ hoc intelligitur. Precedet vos in galileaʒ. Qđ autem ſubditur. Ibi eum videbitis: ſic intelligitur: ideſt ibi membra eius inuenietis: ibi viuum corpus eius i his qui vos ſuſceperint agnoſcetis. Secundum autem q̄ galilea interpretatur reuelatio: non iam in forma ſerui intelligendum eſt: ſed in illa in qua equalis eſt patri. Illa erit reuelatio tanq̄ vera galilea: cuʒ ſimiles ei erimus: ⁊ videbimus eum ſicuti eſt. Ipſa etiam erit beatior tranſmigratio ex iſto ſeculo in illam eternitatem.

Que cū abiiſſent: ecce quidā de cuſtodibus venerunt in ciuitatem ⁊ nunciauerunt p̄ncipibus ſacerdotū omnia que facta fuerāt. Et congregati cū ſenioribus ꝯſilio accepto pecuniā copioſam dederunt militibus dicentes: Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt: ⁊ furati ſunt eum nobis dormientibus. Et ſi hoc audituʒ fuerit a preſide: nos ſuadebimus ei: ⁊ ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerūt ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud iudeos: vſqȝ in hodiernum diem.

CHRY. in ho. Signorū que circa xp̄m apparuerūt: q̄dā fuerūt orbi terrarū cōia: puta tenebre: quedā p̄pria militibus cuſtodientibꝰ: ſicut mira angeli apparitio: ⁊ terremotus q̄ pp milites facta ſūt vt ſtupefierēt: ⁊ ab ipſis fiat teſtimoniū veritatis: vitas.n. a ꝯtrarijs diuulgata magis refulget: qđ ⁊ cōtigit. vñ dr̄: Que cū abiiſſent. ſ. mulieres. Ecce quidā de cuſtodibus venerūt in ciuitatē: ⁊ nunciauerūt principibus ſacerdotum omnia q̄ facta fuerāt. RABA. Simplex q̄dē animi qualitas ⁊ idocta hoīum ruſticitas: ſepe veritatē rei vt ē ſine fraude manifeſtat: at ꝯ verſuta malignitas: falſitatē veriſimilibꝰ verbis p vero ꝯmendare decertat. HIE. Principes ḡ ſacerdotū q̄ debuerant ꝯuerti ad p̄niaʒ: ⁊ ieſuʒ q̄rere reſurgentē p̄ſeuerant in malicia: ⁊ pecuniā q̄ ad vſus tēpli data fuerat vertūt i redēptionē mēdacij: ſicē ⁊ ante. xxx. argēteos iude dederūt pditori. vñ ſequit: Et cōgre. cū ſeni. cōſi. accepto. pecu. copio. dederūt militibꝰ dicētes: Dicite qȝ diſci. eiꝰ nocte vene. ⁊ fu. ſūt eū no. dor. SEVE. Nō.n. ꝯtenti ſūt interfeciſſe magiſtrū: imo ēt q̄uo diſcipulos pdere poſſint moliunt: diſcipulorū crimē eē faciūt vtutē magiſtri: plane amiſerūt milites: pdiderūt iudei: ſʒ diſcipuli magiſtrū ſuū: nō furto ſʒ fide: vtute nō fraude: ſcītate nō crimine: viuū nō mortuū ſuſtulerūt. CHRY. i ho. Qualiter.n. furarētur diſcipuli hoīes paupes ⁊ ideote: ⁊ neqȝ appere audētes: Si.n. adhuc xp̄ʒ viuū vidētes fugerūt: q̄l̄r mortuo eo nō timuiſſēt tot militū multitudinē: Nunq̄d oſtiū ſepulchri poterāt euertere: lapis.n. iminebat magnꝰ: multi indigēs manibꝰ. Nunq̄d ēt nō erat ſigillū ſupipoſitū: Propter q̄d aūt nō furati ſunt prima nocte: qñ nullꝰ ſepulchro affuit. Sabbato.n. petierūt a pilato cuſtodiā. Quid aūt ſibi volunt hec ſudaria q̄ petrus vidit iacētia: Si.n. vellēt furari nō eēnt nudū corpus furati: nō ſolū ne iniuriarent: ſed ne ēt in exuendo tardarent tribuerēt militibus ſe detinēdi facultatē: maxime qȝ mirrha erat corpori ⁊ veſtimētis affixa: ita glutinoſa vt nō facile eſſet a corpore auellere veſtimenta quare nō perſuaſibilia ſunt que de furto dicta ſūt. Unde p que reſurrectioneʒ obumbrare conantur: p hec eaʒ faciunt clarere. Dicentes eniʒ q̄ diſcipuli furati ſunt. cōfitentur non eē corpus in ſepulchro: furtū aūt oſtendit eſſe mēdax cuſtodia militū ⁊ diſcipulorū pauor. REMI. Sed ſi cuſtodes dormierūt: quomodo furtuʒ viderunt: ⁊ ſi non viderunt: quomodo teſtes fuerunt: ⁊ ideo quod voluerunt facere non potuerunt. GLO. Ne autē timore principis a mendacio reuocarentur: timētes propter negligentiā puniri ſubdunt: Et ſi hoc auditū fuerit a p̄ſide: nos ſuadebimus ei ⁊ ſecuros vos faciemus. CHRY. in home. Uide omnes corruptos. Pilatus enim ipſe perſuaſus eſt: plebs iudaica cōmota eſt: milites corrupti ſūt. vnde ſequitur: At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erāt edocti. Si pecunia apud diſcipulum tantaʒ habuit virtutem: vt eum faceret magiſtri proditorem: non mireris: ſi pecunia milites ſuperantur. HILA. Emitur ergo reſurrectionis ſilentiū: ⁊ mēdaciū furti argento: qȝ honore. ſ. ſeculi. qui in pecunia eſt ⁊ cupiditate. xp̄i gloria denegat.

RABA. Sicut autem ſanguinis reatus queʒ ſibi ⁊ po

ſteris ſuis ipſi imprecabantur: grauis peccatorū ſarcina illos ꝑmit: ita emptio mendacij per qđ reſurrectionis de negāt veritatē: reatu eos ꝯſtringit perpetuo. vñ ſequit. Et diuulgatū eſt verbū iſtud apud iudeos vſqȝ in hodiernū diem. SEVERI. Apud iudeos quidem diuulgatuȝ eſt non apud chriſtianos. quod. n. i iudea iudeus obſcurabat auro: fide toto claruit in mundo. HIE. Oēs autē qui ſtipe templi: ⁊ his que conferuntur ad vſus eccleſie abutuntur in alijs rebus quibus ſuam explent voluntatem: ſimiles ſunt ſcribarum ⁊ ſacerdotum redimentium mendacium ⁊ ſaluatoris ſanguinem.

Undecim aūt diſcipuli abierunt in galileā in montē vbi conſtituerat illis ieſus. Et videntes euȝ adorauerunt: quidā autem dubitauerunt: Et accedens ieſus locutus ē eis dicēs: Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra. Euntes ergo docete oēſ gētes: baptizātes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſ ſancti: docentes eos ſeruare omnia quecunqȝ mandaui vobis. Et ecce ego vobiſcū ſū oīb9 diebus: vſqȝ ad ꝯſummationē ſeculi.

BEDA. in home. Poſtq̄ dominicā reſurrectioneȝ ab angelo nunciatā beatus mattheus aſſeruit viſionē domini etiā a diſcipulis impleteȝ refert dicēs: Undecim autē diſcipuli abierunt in galileam in montē vbi conſtituerat illis ieſus. nam pergens dominus ad paſſionē ait diſcipulis: Poſtq̄ ſurrexero: precedā vos i galileā. Angelus quoqȝ mulieribus ait: Dicite diſcipulis eius: quia precedet vos in galileam: Quapropter iuſſioni magiſtri obedientia diſcipulorum obſequitur. Recte autē vndecim diſcipuli ad adorandū pergunt iam eniȝ vnus perierat: q dominuȝ ac magiſtrū ſuū tradiderat. HIE. Poſt reſurrectionē ergo ieſus in galilee mōte conſpicitur: ibiqȝ adoratur: licet quidam dubitent ⁊ dubitatio eorum noſtram augeat fidem. Sequitur: Et videntes eū adorauerūt: quidam autem dubitauerunt. REMI. Hoc auteȝ lucas euāgeliſta plenius manifeſtat: Refert eniȝ quia cum dominus reſurgens a mortuis ipſe apparuiſſet diſcipulis: ipſi conturbati ⁊ exterriti: exiſtimabant ſe ſpiritum videre.

RABA. In monte quidem apparuit eis dominus: vt ſignificaret quoniam corpus quod de communi generis humani terra naſcendo ſuſceperat: reſurgendo iam ſuper terrena omnia ſubleuauerat: ⁊ vt admoneret fideles: ſi illic celſitudinē reſurrectionis eius cupiunt videre: hic ab infimis voluptatibus ad ſuperna ſtudeant deſideria tranſire. Jeſus autem diſcipulos in galileam precedit q2 xp̄s reſurrexit a mortuis primitie dormientiuȝ. Sequuntur autem hi qui ſunt chriſti: ⁊ ſuo ordine ad vitam de morte tranſmigrant in ſua ſpecie diuinitatem contemplantes: ⁊ huic congruit q galilea reuelatio interpretatur. AVG. de con. euange. Sed conſiderandum eſt quomodo corporaliter in galilea dominus videri potuerit: quia enim non ipſo die quo reſurrexit viſus eſt manifeſtum eſt. naȝ in hieruſaleȝ viſus ē eo die in initio noctis: vt lucas ⁊ ioannes apertiſſime conſonant: neqȝ etiam in ſequentibus octo diebus: poſt quos dicit ioannes diſcipulis apparuiſſe dominum: vbi primo vidit eum thomas: qui eum non viderat die reſurrectionis eius: niſi quis dicat non illos vndecim qui iam tunc apoſtoli vocabantur: ſed diſcipulorum illic vndeciȝ fuiſſe ex multo numero diſcipulorum. Sed occurrit aliud quod obſiſtit: Joannes enim quando cōmemorauit non in monte ab vndecim: ſed ad mare tyberiadis a ſeptem piſcantibus viſuȝ eſſe dominū Hoc iaȝ tertio inquit manifeſtauit ſe ieſus diſcipulis ſuis quod intelligendum eſt ad numerum dieruȝ retuliſſe: nō ad numerū manifeſtationuȝ. Si auteȝ acceperimus intra illos octo dies anteq̄ eum thomas vidiſſet ab. xj. diſcipulis quibuſqȝ dominū viſum non erit ad mare tyberiadis tertio manifeſtuȝ eſſe ſed quarto: ac ꝑ hoc cogimur intelligere poſt omnia factum eſſe q euȝ in monte galilee diſcipuli vndecim viderunt. Inuenim9 itaqȝ apud quatuor euangeliſtas decies cōmemoratuȝ dominuȝ viſuȝ ab hominibus eſſe poſt reſurrectionē: ſemel ad monumentum mulieribus: iteruȝ eiſdem egredientibus a monumento in itinere: tertio petro: quarto duobus euntibus i caſtelluȝ: quinto pluribus i hieruſalem vbi non erat thomas ſexto vbi vidit euȝ thomas: ſeptimo ad mare tyberiadis octauo in monte galilee ſm mattheuȝ. nono q dicit marcus: nouiſſime recumbentibus: quia iaȝ non erant in terra cū illo conuiuaturi: decimo in ipſo die non iam i terra ſed eleuatum in nube: cum in celū aſcenderat quod marcus ⁊ lucas ꝯmemorant: ſed non oīa ſcripta ſunt: ſicut ioannes fatetur: crebra eniȝ erat eius cuȝ illis conuerſatio per dies. xl. priuſq̄ aſcendiſſet in celū. REMI. Uidentes ergo diſcipuli dominū cognouerūt: ⁊ idcirco dimiſſis in terrā vultibus adorabāt. ⁊ ideo pius ⁊ clemens magiſter vt oēȝ dubietatē auferret a cordibus eoꝝ: accedens ad eos corroborauit in fide vnde ſequitur: Et accedens ieſus locutus ē eis dicēs: Data eſt mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. HIE. Illi autē ptās data ē qui pauloante crucifixus: qui ſepultus in tumulo: qui poſtea reſurrexit.

RABA. Non. n. hic de coeterna patri diuinitate: ſed de aſſumpta loquor humanitate ſm quā minorat9 ē paulominus ab angelis. SEVE. Filius quippe dei: virginis filio: deus homini. Diuinitas carni cōtulit quod ſemp ipſe cū patre poſſedit. HIE. In celo aūt ⁊ in terra ptās data eſt: vt qui ante regnabat in celo per fidē credentiū regnet in terris. REMI. Qđ ergo pſalmiſta de reſurgēte dño dicit. Cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuaꝝ: hoc nūc dominus dicit: Data ē mihi oīs ptās i celo ⁊ i terra. Et hic ſciendū quia anteq̄ dñs ſurrexiſſet a mortuis nouerant angeli ſe ſubiectos hoi chriſto. Uolens ergo xp̄s etiā hominibus notū fieri q data eſſet ſibi oīs ptās in celo ⁊ in terra: predicatores miſit: qui verbū vite cunctis nationibus predicarent. Unde ſequitur: Euntes ergo docete oēs gentes. BEDA. in home. Qui eniȝ ante paſſionē ſuaȝ dixerat: In viā gentiū ne abieritis: ſurgens a mortuis dicit: Ite docete oēs gentes. Quapropter confundantur iudei qui dicunt chriſtū tm̄modo ad ſuaȝ ſaluteȝ eſſe venturū. Erubeſcāt ⁊ donatiſte qui localiter chriſtum concludere cupientes dixerunt eū tm̄mō in aphrica eſſe: non in alijs regionibus. HIERO. Primū ergo docent omnes gentes: deinde doctas intingunt in aqua: non enim poteſt fieri vt corpus baptiſmi recipiat ſacramentuȝ: niſi oīa fidei ſuſceperit veritateȝ baptiçantes eos in noie patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti: vt quoꝝ ē vna diuinitas ſit vna largitio nomenqȝ trinitatis vnus deus. SEVE. Omnes ergo gētes poteſtas vna eademqȝ recreat ad ſalutem quas creauit ad vitam. DIDI. in libro de ſpiritu ſancto. Licet autē quis poſſit exiſtere mentis aliene qui ita baptiçare conet vt vnum de predictis nominibus pretermittat: videlicet contrarius chriſto legiſlatori. tamen ſine perfectione baptiçabit: imo penit9 a peccatis liberare non poterit: quos a ſe exiſtimauerit baptiçatos. Ex his autē colligitur q indiuiſa ſit ſubſtantia trinitatis: ⁊ patrē vere filij eſſe patreȝ ⁊ filiū vere patris filiū: ⁊ ſpiritūſanctū vere patris ⁊ dei filij eſſe ſpiritum: ⁊ inſuper ſapientie ⁊ veritatis. i. filij dei Hec eſt ſalus credentium: ⁊ diſpenſatio eccleſiaſtice diſcipline in hac trinitate perficitur. HILA. Quid. n. in hoc ſacramento ſalutis humane non cōtinetur: plena ſūt oīa vt a pleno ⁊ pfecto prolata. Habet. n. nature ſue nomē in patre: ſed pater tm̄ eſt: non. n. humano modo habet aliunde q pater eſt. Ipſe ingenitus: eternus habens in ſe ſemp vt ſemper ſit ſoli filio notus. Filius aūt eſt progenies ingeniti: vnus ex vno: verus a vero: viuus a viuo: perfectus a perfecto: virtutis virtus: ſapientie ſapientia: glorie gloria: imago inuiſibilis dei: forma patris ingeniti. Spiritus aūt ſctūs nō pōt a ꝯfeſſiōe ptis ⁊ filij ſepari: ⁊ qdē vbiqȝ nō deeſt hoc expectatōis nře ſolatiū. hic i donoꝝ opatio nob9 future ſpei pign9 ē: hic mētiū lumē: hic ſplēdor aioꝝ ē. Hec igit lȝ mutare nō poſſint heretici: afferūt tñ hūana ꝯmēta: vt ſabelli9 ptēȝ exq̄ tēdat i filiū: idqȝ n oīb9 potius ꝯfitēdū putat eē q̄ reb9: cū ipſis filium ꝑponat ⁊ ptēȝ: vt ebion dē initiū ex maria ꝓcedēs: nō ex deo hoiēȝ: ſed ex hoīe deū pferat: vt arriani q ex nihilo atqȝ ex tpe formaȝ ⁊ ſapiaȝ ⁊ vtutē dei ꝓducāt. Quid āt miꝝ ē vt de ſpūſcō diuerſa ſentiāt q i illo largitore eī9 tā temerarij ſūt auctores. HIE. Cōſiderat aūt hic ordo ꝑcipu9: Juſſit aplos vt ꝑmū docerēt vniuerſas gētes: deide fidei tīgerēt ſacramēto: ⁊ p9 fidē ac baptiſma q̄ eēnt obſuāda ꝑciperēt. vñ ſeqt Docētes eos ſuare oīa q̄cūqȝ mādaui vobis. RA. Qr ſicut corp9 ſine ſpū mortuū ē: ita fides ſine opib9 mortua ē. CHR. i ho. Qr vō eis magna iniūxerat: erigēs eoruȝ ſenſus dīc. Et ecce ego vo. ſū oīb9 di. vſqȝ ad ꝯſu. ſeculi. q. d. ne dicatis difficile eē iniūctū negociū: ego ſū vobiſcū q oīa facio leuia. Nō aūt cū illis ſolū dixit ſe futuꝝ eē: ſȝ ⁊ cū oīb9 q p9 illos credūt nō. n. vſqȝ ad ꝯſūmatōeȝ ſeculi apli māſuri erāt: ſȝ ſicut vni corpori fidelib9 loqt. RA. Ex hoc āt itelligit q vſqȝ ad finē ſcli ñ ſt dfuturi i mūdo q diuina māſiōe ⁊ ihabitatōe ſūt digni. CHR. Rememorat āt eis ⁊ ꝯſūmatiōeȝ: vt eos magi attraheret: ⁊ ne pñtia ſolū iſpiciāt: ſȝ ⁊ futura bona ⁊ ſine fine māſura. q. d. Triſticia quā ſuſtinebitis ſimul cū pñti vita ꝯſūmet: ⁊ totū ſeculuȝ i ꝯſūmatōeȝ deueniet: bona aūt q̄bus potiemini ſūt i eternū pmāſura. BE. in ho. Querit aūt q̄re h dicat. Ecce ego vobiſcū ſū. cū alibi dixiſſe legat. Uado ad eū q me miſit ſȝ alia ſūt q hūanitati aſcribunt: ⁊ alia q diuinitati. Ibit ad pȓeȝ p hūanitatē: manet aūt cū diſcipulis i forma q̄ eſt pȓi equalis. Qđ aūt dicit. Uſqȝ ad ꝯſūmationē ſcli: finitū p infinito ponit. nā q in pñti ſeculo manet cū electis eos ꝓtegēdo ipe poſt finē cū eis manebit: eos remunerando. HIE. Qui g vſqȝ ad ꝯſūmatōeȝ ſcli cū diſcipulis ſe eē ꝓmittit: ⁊ illos oñdit ſp eē victuros: ⁊ ſe nūq̄ a credētibus receſſuꝝ. LEO pa. i ſ. de paſ. Qui. n. aſcēdit i celos ñ deſerit adoptatos: ⁊ ipe deorſū ꝯfortat ad patiētiā: q ſurſū inuitat ad gloriā. Cuius glorie participes nos faciat ipſe xp̄s rex glorie: q ē deus benedictus in ſecula: Amen.

Incipiūt capitula euangelij matthei per ordinem.

Primum natiuitas domini noſtri ieſu chriſti.
Scđȝ magoꝝ munera: occultatio ieſu: Infātes iterficiūt.
Tertium: Regreſſus ieſus ex egypto in naçareth: a ioanne in iordane baptiçatur.
Quartum: Jeſus in deſerto tentatus a diabolo vicit: petrum ⁊ andream: iacobum ⁊ ioannem piſcatores conuocat: ⁊ circuiens varios languores hominum curat.
Quintum de beatitudine ⁊ ceteris mandatis.
Sextum: Orationem docet: ⁊ inter cetera mandata non eſſe cogitandum de victu ⁊ veſtitu predicit.
Septimuȝ: Non eſſe preprope iudicandū: de margaritis ante porcos non mittendis: petendum: querendum: ⁊ pulſandum: a pſeudo prophetis cauendum: quia nō oēs qui dicunt mihi: domine domine intrabunt i regnuȝ celorum. De domo edificata ſupra petram vel harenam.
Octauo: Leproſuȝ mundat: puerū cēturionis paralyticū curat: ſocrū petri a febribus liberat. De ꝑmis curis: ⁊ vt mortui mortuos ſuos ſepeliāt cuidā dicit: nauiganſ tempeſtatem ſedat: in terra geraçenorum demonia eiecit.
Nonū. Paraliticus curatus lectū ſuū baiulat: Mattheū cōuocat. dicit phariſeis nō eē opus medico validis: parabolaȝ panni ⁊ ſciſſure ⁊ vtriū ⁊ vini ponit: Mulierē a pfluuio liberat: ⁊ filiā principis cuiuſdā mortuā ſuſcitat: cecis oculos aperit. ſurdum ⁊ mutum demoniū eicit.
Decimū: Duodecim aplos ꝑmittit cū oī doctrina ac dicit q non venerit pacem mittere ſuper terram ſed gladiū.
Undecimum: Teſtimonium dicit ieſus de ioanne: atqȝ increpat ciuitates que credere noluerunt. Confeſſio domini ad patrem ⁊ iugum domini leue eſt.
Duodecimuȝ: Diſcipuli ſpicas vellunt: manum aridam habentē ſanat: hominē a demonio cecum ⁊ mutū liberat ⁊ in principe demonioꝝ facere opinantes deſtruit. Jone ⁊ niniuitaꝝ ſignū phariſeis tradidit: matrē ⁊ frēs ſpnit.
Decimumtertium: De nauicula turbis parabolas exponit: prophetā in patria ſua ſine honore eſſe dicit.
Decimūquartum de ioannis capite in diſco: de quinqȝ panibus ⁊ duobus piſcibus in quinqȝ milia viros: ieſus ſupra mare ambulans petrum mergentem releuat.
Decimumquintum q ea magis que de corde exeunt coinquinant hominem. Filiam mulieris ſyrophenıſſe a demonio liberat: ⁊ multos alios ſanat.
Decimumſextum de ſeptem panibus in quattor milia viros. A fermento phariſeoꝝ cauendū xp̄m dei viui filiuȝ eē petrus confitet: quenqȝ poſt paululum dure increpat.
Decimumſeptimum in monte transfiguratur puerum lunaticum curat: de ſtatere in ore piſcis.
Decimūoctauum: Humilitatem docet ſicut pueri: ⁊ nec minimum fidelium ſcandaliçanduȝ: quorum angeli faciē patris ſemp vidēt corripiēdos fratres ⁊ ſepius idulgēdū.
Decimūnonuȝ: Similitudo de illo qui ꝯſeruū ſuū ꝓpter centū denarios ſuffocat. De eunuchis infantes nō eē arcēdos a benedictione. Difficile diuitē itrare i regnū celoꝝ.
Uiceſimū de ꝑmis nouiſſimos futuros: parabolā operarioꝝ in vinea conductoꝝ. De petitōe filioꝝ çebedei. ⁊ de primis accubitib9 cene: De duob9 cecis ſecus viā curatis
Uiceſimūprimū de aſino ⁊ pullo eius. De ficu areſcā. Interrogat9 in q̄ ptāte hec faceret: interrogat de ioannis baptiſmate: ſubiungens parabolā duoꝝ filioꝝ in vineā miſſoꝝ parabolā: de vinee colonis q iterficiūt ad ſe m. ſſos
Uiceſimūſcđȝ: Parabolā de his q inuitati ad nuptias venire ꝯtēnūt: De denario ceſaris: de muliere q̄ ſeptē viros hūit. Jeſus tētat9 a phariſeis iterrogat: cui9 filius ē xp̄s.
Uiceſimūtertiuȝ: Increpans ſcribas dicit. Ueh vobis ſcribe ⁊ phariſei. Increpatio ciuitatis hieruſaleȝ: de occiſione prophetaruȝ ⁊ lapidatione.
Uiceſimūquartuȝ de ſignis nouiſſimoruȝ dieruȝ: de aduentu ſaluatoris.
Uiceſimūquintuȝ: de decem virginibus: de talentis: de ouibus a dextris ⁊ hedis a ſiniſtris.
Uiceſimūſextuȝ. Judeoruȝ conſiliuȝ de cōprehendendo ieſu: ⁊ cetera que in cena domini geſta ſunt.
Uiceſimumſeptimuȝ. Petro predicit q tertio euȝ abnegaturus eſſet: oratio ieſu ad patreȝ: ⁊ cetera cuȝ detraderetur. Paſſio domini ⁊ ſepultura.
Uiceſimumoctauuȝ. Reſurrectio eius: Item mandata ⁊ doctrina eius de baptiſmo.


| | |
|---|---|
| Dominica ſecunda in aduentu. | |
| Cuȝ audiſſet ioannes in vinculis. | xj. |
| In feſto ſancti ſtephani martyris. | |
| Ecce ego mitto ad vos. | xxiij. |
| In feſto innocentiuȝ Angelus domini apparuit. | ij. |
| In epiphania domini. | |
| Cuȝ natus eſſet ieſus in bethleeȝ. | ij. |
| Dominica ſecunda poſt octauaȝ epiphani. | |
| Cuȝ deſcendiſſet ieſus de. | viij. |
| Dominica tertia aſcendente ieſu in naui. | viij. |
| Dominica quarta Sīle factuȝ eſt regnū celoꝝ. | xiij. |
| In ſeptuageſima Simile eſt regnū celoruȝ. | xx. |
| Feria quarta in capite ieiunij. | |
| Cuȝ ieiunatis nolite fieri ſicut hy. | vj. |

| | |
|---|---|
| Feria quinta. Cum introiſſet ieſus capharnaū. | viij. |
| Feria ſexta. Audiſtis quia dictū ē antiquis. | v. |
| Dominica prima in quadrageſima. | |
| Ductus eſt ieſus in deſertum. | iiij. |
| Feria ſecūda Cum venerit filius hominis. | xxv. |
| Feria tertia Cū intraſſet ieſus hieroſoly. | xxj. |
| Feria quarta Acceſſerunt ad ieſum ſcri. ꝛ phs. | xij. |
| Feria quinta Egreſſus ieſus: ſeceſſit i partes. | xv. |
| Dominica ſecunda in quadrageſima. | |
| Aſſumpſit Jeſus petrū iacobū ꝛ ioannem. | xvij. |
| Feria tertia Locutus ē ieſus ad turbas ꝛ ad. | xxiij. |
| Feria q̄rta Aſcendens ieſus hieroſoly. | xx. |
| Feria ſexta Homo quidem erat paterfami. | xxj. |
| Feria tertia poſt tertiā dn̄icam in quadrageſima. | |
| Reſpiciens ieſus diſcipulos ſuos | xviij. |
| Feria quarta Acceſſerunt ad ieſuꝫ ſcri. ꝛ phs. | xv. |
| Dominica in ramis palmarum. | |
| Cum appropinquaſſet ieſus hieroſolymam. | |
| Scitis quia poſt biduū paſcha fiet. | xxvj. |
| Sabbato Veſpere autem ſabbati. | xxviij. |
| Feria ſexta poſt dominicam in paſcha. | |
| Undecim diſcipuli. | xxviij. |
| Dominica quinta poſt penthecoſten. | |
| Niſi abundauerit iuſticia | v. |
| Dominica. vij. Attendite a falſis prophetis. | vij. |
| Dominica. xiij. Nemo poteſt duob' dn̄is ſuire. | vj. |
| Dominica. xvij. Acceſſerunt ad ieſum. | xxij. |
| Dominica. xviij. Aſcendens ieſus in nauicu. | ix. |
| Dominica. xix. Simile ē regnū celoꝝ hoi regi. | xxij. |
| Dominica. xxij. Abeuntes phariſei. | xxij. |
| Dominica. xxiij. Loquente ieſu ad turbas. | ix. |
| Dominica. xxiiij Cum videritis abomina. | xxiiij. |
| In feſto ſancti andree Ambulās ieſus iuxta mare. | iiij. |
| In feſto ſancte agnetis Sile ē reg. celo. theſauro. | xiij. |
| In conuerſione ſancti pauli apoſtoli. | |
| Ecce nos reliquimus omnia. | xix. |
| In cathedra ſancti petri Venit ieſus in partes. | xvj. |
| In feſto ſci matthie apli Confitebor tibi pater. | xj. |
| In feſto ſci petri apli Venit ieſus in partes. | xvj. |
| In feſto ſci pauli apli Ecce nos q̄ reliquimus oia. | xix. |
| In feſto ſcoꝝ. vij. fratrum Ecce mater. | xij. |
| In feſto ſci iacobi apli Acceſſit ad ieſum mater. | xx. |
| In natiuitate ſancte marie virginis. | |
| Liber generationis ieſu chriſti. | j. |
| In octaua apoſtolorum petri ꝛ pauli. | |
| Juſſit ieſus diſcipulos ſuos aſcen. in naui. | xiiij. |
| In feſto ſancti matthei apoſtoli. | |
| Vidit ieſus hominem ſedentem in the. | ix. |
| In dedicatione ſancti michaelis. | |
| Acceſſerunt diſcipuli ad ieſum di. quiſputas. | xviij. |
| In vigilia plurimorum apoſtolorum. | |
| Ecce ego mitto vos ſicut oues. | x. |
| Ecce nos reliquimus omnia. | xix. |
| In natali vnius martyris. | |
| Nolite arbitrari quia venerim mit. | x. |
| Si quis vult poſt me venire. | xvij. |
| Nihil opertum quod non reueletur. | x. |
| In natali plurimorum martyrum. | |
| Confitebor tibi pater celi ꝛ terre. | xj. |
| Sedente ieſu ſuper montem oliueti | xxiiij. |
| Videns ieſus turbas aſcendit in montem. | v. |
| In vigilia natiuitatis domini noſtri ieſu chriſti. | |
| Cum eſſet deſponſata mater ieſu | j. |
| In natali confeſſorum pontificum. | |
| Vos eſtis ſal terre: quod ſi eua. | v. |
| Vigilate quia neſcitis qua hora. | xxv. |
| Homo quidam peregre proficiſcens. | xxv. |
| In natali virginū. Sile ē regnū ce. x. virginibus. | xxv. |
| Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito. | xiij. |
| In honore ſancte crucis. | |
| Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ſecre. | xx. |


Finis tabula.



Reuerendo in Chriſto patri dn̄o Ha
nibaldo: baſilice. xij. apoſtoloꝝ ve
nerabili preſbytero cardinali frater
Thomas de Aquino ordinis fra-
trū predicatoꝝ ſe totū. Rex opifex
deus ſolo ſue bonitatis intuitu cūcta
in eſſe producēs: nālem boni amoreꝫ
oibus indidit creaturis: vt dū vna-
queq; res bonū ſibi ꝯueniēs nāliter
amat ꝛ appetit: quadā ꝯuerſione mirabili in ſuū recurre
re demonſtret auctorē. Sꝫ in hoc prefert ceteris rōnalis
nā: q ipſū vniuerſalē bonitatis fontē p ſapiam intueri pōt:
ꝛ p charitatis amorē ſuauit' deguſtare: vn̄ fit vt ſapie bo
nū quo ad ipſū fontē bonitatis accedim': oibus hūanis
bonis ſm recte rōis iudiciū pferat. Hec ē. n. que faſtidiū
neſcit: ita vt q̄ eā edit adhuc eſuriat: ꝛ q̄ eā bibit ſitire nō
ceſſet. Hec eſt q̄ intantū pctō repugnat: vt q̄ ſm ipaꝫ ope-
rant: nō peccēt. Hec eſt que indeficientē fructū ſuis mini-
ſtris largit: vt q̄ eā elucidāt vitā poſſideāt, ſempiternam.
Precellit itaq; voluptates dulcedie: ſecuritate ſedes ꝛ re
gna: vtilitateq; diuitias vniuerſas. Huiuſmōi igit dele-
ctat' munerib' euāgelice ſapie a ſeculis i myſterio abſcō
dite: quā i lucē pduxit dei ſapia icarnata: miſteriū expō-
nis adhibui: ſacroꝝ doctoꝝ ſnias ꝯpillādo: ad qd̄ me in
duxit ꝑmit' felicis recordatōis Urbani pape q̄rti māda
tū. Verꝫ q2 eo ſūmo pontifice ex hac vita ſubtracto: tria
euāgelia: Marci Luce ꝛ Joānis exponenda reſtabāt: ne
op' qd̄ obediētia iceperat: negligētia iperfectū relinq̄ret
cū multo labore diligēs adhibui ſtudiuꝫ: vt q̄tuor euan-
gelioꝝ expoſitionē ꝯplerē: eadē i oibus forma ſuata i po
nēdis ſcōꝝ auctorib' ꝛ eoꝝ noibus pſcribēdis. Et vt ma
gis itegra ꝛ ꝯtinua pdicta ſcōꝝ expoſitio redderet: q̄ſdā
expoſitiōes doctoꝝ grecoꝝ i latinū feci trāſferri: ex qb'
plura expoſitiōibus latinoꝝ doctoꝝ iterſerui: auctoruꝫ
noibus pnotatis. Verꝫ q2 ꝯgruit vt de laboꝝ fructib' ob-
latōes ſacerdotib' offerant: expoſitiōis euāgelice opus:
laboris mei fructū apſoꝝ pſbytero cēſui offerēdū. i quo
vr̄a ſuſcipiat auctoritas debitū vt ſciētie iduſtria iudiciū
cenſuram exerceat: ꝛ antiqua dilectio amoris affectū in
offerentis munere cōprehendat. GLO.

Vocationē gentiū ꝛ cām ſalutis eaꝝ Eſaias pphe
ta manifeſto pnūciat oraculo dicēs: Deus me' fa
ctus ē fortitudo mea. ꝛ dixit: Parū eſt vt ſis mihi
ſeru' ad ſuſcitādas trib' Jacob: ꝛ feces iſrl' ꝯuertēdas.
Dedi te in lucē gētiū vt ſis ſalus mea vſq; ad extremū ter
re. HIE. ſup Eſaiā: In qbus vbis oñdit Chriſtū appel-
lari ſuū in q̄tū eſt formatus ex vtero. nā an̄ vba iſta pre
mittit: Hec dicit dn̄s formās me ex vtero ſuū ſibi. Fue-
rat ſiq̄dem volūtas pr̄is vt peſſimi vinitores miſſuꝫ ſuſ
ciperent filiū. vn̄ de iſtis Chriſtus ad diſcipulos loquit:
In viaꝫ gentiū ne abieritis: ſꝫ ite magis ad oues pditas
dom' iſrael. q2 igit iſrl' nō eſt reduct' ad deū: ppterea dei
filius loq̄t iudeis nō credētibus dicēs: Deus me' factus
eſt fortitudo mea: q̄ ꝛ ꝯſolatus ē me ſup adiectione ppl'i
mei. ꝛ dixit: ad ſuſcitādas trib' Jacob: que ſuo vitio cor
ruerūt: ꝛ ad feces ſiue reliq̄as Jſrael ꝯuertēdas. Pro ill'
eni dedi te i lucē gentiū oium: vt illumies vniuerſuꝫ mun
dū: ꝛ ſalutē meā p quā hoies ſalui fiunt vſq; ad extrema
terre facias puenire. GLO. Ex pmiſſis igit vbis duo
poſſum' colligere: quoꝝ pmū eſt diuina virtus q̄ fuit in
Chriſto: ex qua efficax fuit ad gentiū illuminationem: q2
dī: Deus me' factus ē fortitudo mea. Deus igit erat i Chri
ſto mūdū recōcilians ſibi: vt apl's ad corinth. dicit. vn̄ ꝛ
euangeliū p qd̄ credētes ſaluant virtus dei ē in ſalutē oī
credēti: vt idē apl's ad Ro. dicit. Secūdū aūt ē illumina
tio gentiū ꝛ ſal' mūdi ex diſpoſitiōe pr̄is p Chriſtū cōple
ta: q2 dī: Dedi te in lucē gentiū. vn̄ poſt reſurrectionē ſuā
dn̄s vt diſpoſitionē pr̄is ipleret ad pdicandū diſcipulos
miſit: dicēs: Docete oēs gētes. quoꝝ q̄dā ad pdicandū iu
deis: q̄dā ad pdicandū gentib' miniſteriū acceperūt. Q2
vero euāgeliū oportuit nō ſolū pdicari ppt pn̄tes: ſꝫ etiā
ſcribi ppter futuros: eadē diſtinctio ē in ſcriptorib' euan
gelij obſeruata. nā Mattheus iudeis euāgeliū hebraico
ſmone ſcripſit. Marc' aūt prim' euāgeliū ſcripſit i genti-
bus. EVSE. in eccliaſtica hiſtoria: Cū. n. romane vrbi
claꝝ verbi dei lumē fuiſſet exortū: ſmo veritatis ꝛ lucis q̄
p Petrū predicabat: vniuerſoꝝ mētes placido illuſtrauit
auditu: ita vt quotidie audiētib' eū nulla vnq̄ ſatietas fie
ret. vn̄ neq; eis auditio ſola ſufficiebat: ſed Marcū diſci
pulū eius oīb' pcibus exorāt: vt ea q̄ ille vbo pdicabat
ad ppetuā eoꝝ ꝯmonitionē hn̄dā ſcripture traderet: quo
domi foriſq; i huiuſmōi meditationib' vbi pmanerēt
nec pus ab obſecrādo deſiſtūt q̄ q̄ orauerant ipetrarēt. ꝛ
h fuit cā ſcribēdi euangeliū ſm Marcū. Petrus vo vt p
ſpm̄ ſcm̄ religioſo ſe compit furto ſpoliatū: delectat' eſt fi
dē eoꝝ p deuotōeꝫ q̄ ꝯſiderās: factūq; ꝯfirmauit: ꝛ i ppe
tuā legendā ſcripturā eccl'ie tradidit. HIERO. ſuper
Marcū: Principiū aūt q2 a pfectiōis etatis Chriſti pdica
tione ichoat: nec laborat in natiuitate infantuli q̄ loq̄t de
pfectione filij dei. CHRY. Cōpendioſaꝫ aūt ac breuē
narrationē facit: i quo magiſtrū imitat' ē. ſ. Petrū breui-
tati ſtudentē. AVGV. de con. euange. Vn̄ Mattheus
q̄ regiā Chriſti pſonā narrādā ſuſcepat: habuit marcū ſi
bi tanq̄ comitē ꝛ abbreuiatorē adiunctuꝫ: q̄ ſua veſtigia
quodammō ſequeret. Regū. n. eſt nō eſſe ſine comitū ob-
ſequio. Sacerdos aūt qm̄ i ſancta ſcōꝝ ſol' itrabat ppte
rea Lucas cui' circa ſacerdotiū Chriſti erat itētio nō ha
buit tanq̄ ſociū obſequēteꝫ q̄ ſuā narrationē quodāmō
breuiaret. BEDA: Notādū eſt etiā q euāgeliſte ſancti
diuerſuꝫ narratiōis ſue premordiū ſinguli diuerſuꝫ ſta-
tuere terminū. Matthe' nāq; a natiuitate dn̄ica exordiū
ſumēs: ad tp̄s vſq; dn̄ice reſurrectiōis ſeriē ſue narratio
nis pduxit. Marcus ab initio euāgelice pdicatōis incipi
ens puenit vſq; ad tp̄s aſcenſiōis dn̄i ꝛ predicatōis diſci
puloꝝ ei' cūctis gētib' p orbē. Lucas a natiuitate precur
ſoris inchoās euāgeliū terminauit i aſcēſione dn̄ica. Jo
annes ab eternitate vbi dei pncipiū ſumens: vſq; ad tp̄s
dn̄ice reſurrectōis euāgeliçādo ptigit. AMBRO. ſup
Lucā: Quia igit Marc' a potētie cepit expreſſiōe diuine
recte ſub leonis imagine figurat. REMI. ſuper Mat
theū: Per leonē etiā ſignat Marc': q2 ſicut leo terribileꝫ
vocē i deſerto emittit: ſic Marc' a voce i deſerto icepit: dicēs
Vox clamātis in deſerto. AVGV. de cō. euāge. Quā-
uis ꝛ de figura alit' dici poſſit: Marc'. n. q̄ neq; ſtirpē re
giā vt Matthe' ob hoc p leonē ſignificat': neq; ſacerdo
talē vt Lucas ſignat' p vituluꝫ vel cognationē vel conſe
crationē narrare voluit: ꝛ tn̄ i eis vſatus oñdit q̄ hō Chri
ſtus opatus ē per hois figurā i illis q̄tuor aialibus ſigna
t' videt. THEOPH. Vel euangelium ſm Marcum
aquila innuit: a pphetia. n. Joannis incepit. Prophetia
vero acute que a longe ſūt ſpeculatur vt aquila. Ca. I.

Initium euangelij Jeſu Chriſti filij dei.

HIERO. i plogo Marc' euangeliſta ſacerdotiū i Jſrl'
agens ſm carnē: leuita ad dn̄ꝫ ꝯuerſus euāgeliū i Jtalia
ſcripſit: oñdens in eo q̄d ꝛ generi ſuo deberet Chriſtus.
nā initiū euāgelij in voce pphetice exclamatōis iſtituēs
ordinē leuitice electiōis oñdit: predicās Joannē Zacha-
rie filiū i vocē angeli emiſſū dicens: Initiū euāgelij Jeſu
Chriſti filij dei. HIERO. Euāgeliū grece dicit: latie bo
na annūciatio predicat: qd̄ pprie ad regnū dei ꝛ remiſſio
nē pertinet peccatoꝝ. eteni euāgeliū p qd̄ venit redēptio
fideliū ꝛ btitudo ſcōꝝ. Quatuor aūt euāgelia vnū ſūt: ꝛ
vnū q̄tuor. In hebreo ieſus: in greco ſother: in latino ſal-
uator dicitur. Chriſtus auteꝫ grece: meſſias hebraice: lati
ne vnctus. i. rex ꝛ ſacerdos dicit. BEDA: Conferēdū
aūt ē hoc euāgelij pncipiū principio matthei quo ait: Li
ber gn̄ationis ieſu chriſti filij dauid: filij abrahā. Hic aūt
dicit filij dei. Ex vtroq;. n. vnus dn̄s Jeſus chriſt' dei ꝛ

hoīs filiꝰ eſtītelligēdus. Et apte pmus euãgeliſta filiũ hominis cũ: ſecũdus filiũ dei noiat: vt a minoꝛibꝰ ad maioꝛa paulatim ſenſus noſter aſſurgeret: ac p fidē ⁊ ſacramēta hũanitatis aſſũpte: ad agnitionē diuine eternitat̄ aſcēderet. Apte etiã q̄ humanã erat generationē deſcripturꝰ a filio hoīs cepit: Dauid. ſ. ſiue Abꝛahã. apte etiã is q̄ librũ ſuũ ab initio euãgelice pdicatiōis ichoabat filiũ dei magis appellare voluit Jeſuʒ Chꝛiſtũ: qꝛ hũane erat nature de pgenie patriarcharũ veritatē carnis ſuſcipe: ⁊ diuine fuit potētie euãgeliũ mũdo pdicare. HILARI. ſup Lucã: Nõ aũt ſolo noie ꝯteſtatꝰ ē chꝛiſtũ filiũ dei: ſʒ etiam ppꝛietate. Nos filij dei ſumus: ſʒ nõ talis h̄ filius. Hic eni verus ⁊ ppꝛius ē filius oꝛigine nõ adoptione: veritate non nũcupatione: natiuitate non creatione.

**Sicut ſcriptũ ē i Eſaia pphera: Ecce mitto angelũ meũ ante faciē tuã q̄ pꝛeparabit viã tuã ante te. Uox clamantis in deſerto: Parate viam domini: rectas facite ſemitas eius.**

BEDA: Scripturꝰ euãgeliũ Marcꝰ cogrue pmo ponit teſtimõia pphetaꝝ: vt eo cũctꝭ ſine ſcrupulo dubitatis ſuſcipienda q̄ ſcriberet intimaret: quo hec a pphetis antea pdicta eē demõſtraret. Simulq; vno eodẽq; euangelij ſui pncipio: ⁊ iudeos q̄ legē ac pphetas ſuſcepãt ad ſuſcipiēdã euãgelij grãm ac ſacra: que ipoꝝ pphete pdixerãt iſtituit. Et gētiles q̄ p euãgelij pconia ad dñm venerant: ad auctoꝛitatē q̄ꝫ legis ⁊ pphetaꝝ ſuſcipiendã venerãdãq; puocat. vñ dicit: Sicut ſcriptũ eſt i Eſaia pphera Ecce ego mitto angelũ meũ añ faciē tuã. HIERO. de optimo genere iterptandi: Hoc aũt nõ ſcribit in Eſaia: ſʒ in malachia in nouiſſimo. xij. pphetaꝝ. CHRY. Põt aũt dici q̄ falſitas ē ſcriptoꝛꝭ. Uel alr̄ dicet q̄ duas pphetias i diuerſis locis dictas a duobꝰ pphetꝭ in vnũ ꝯgregãs poſuit. Jn Eſaia. n. pphera poſt ezechie deſcribit hiſtoꝛiã: Uox clamãtis i deſto: i malachia vo: Ecce mitto angelũ meũ. Scõs igit euãgeliſta duas pphetias poſuit vt ab Eſaia dictas: ⁊ ad vnã lectionē hoc referēs: tacens vo a quo dicat: Ecce mitto angelũ meũ. AVG. de qõibus euãge. Sciēs. n. oia ad auctoꝛem referenda dcã hec ad Eſaiã reuocauit q̄ ſenſũ iſtũ poꝛ itimauerat. Deniq; pꝰ vba malachie ſtati ſubiecit dicēſ: Uox clamãtꝭ i deſto. vt iũgeret vba vtriuſq; pphete ad vnũ ſenſũ ptinētia ſub poꝛis pphete pſõa. BEDA: Uel alr̄ itelligēdũ ē: qꝛ ⁊ ſi nõ hec vba iueniũt in Eſaia: ſēſus tñ eoꝝ iuenit i multꝭ alijs locis: ⁊ manifeſtiꝰ i h̄ qõ ſubiũxit: Uox clamãtꝭ i deſto. Nã q̄ dixit malachias mittēdũ ãgelũ añ faciē dñi q̄ ppararet vias eiꝰ: h̄ ē qõ dixit Eſias vocē clamãtꝭ i deſto audiēdã q̄ diceret: Parate viã dñi. Jn vtraq; aũt ſnia ſimilr̄ parãda via dñi pdicat. Potuit aũt fieri vt aio marci euãgeliũ ꝯſcribētꝭ p malachia Eſaias occurrerit vt fieri ſolet qõ tñ ſine vlla dubitatiõe emēdaret: ſaltē ab alijs admoītus q̄ ipo adhuc i carne viuēte legere potuerũt: niſi cogitaret recoꝛdatõi ſue q̄ ſcõ ſpũ regebat: nõ fruſtra occurriſſe aliõ p alio nomē pphete. Sic. n. iſinuãt q̄cũq; p pphetas ſpũſſanctꝰ dixit: ⁊ ſingľa eē oiũ ⁊ oia ſinguloꝝ. HEIRO. Per malachiã g̃ pr̄is vox ſonat ad filiũ q̄ eſt facies pr̄is vñ agnitꝰ ē. BEDA: Angelꝰ aũt vocat Joãnes: nõ nature ſocietate iuxta hereſim Oꝛigenis: ſʒ officij dignitate. Angelꝰ. n. grece: latie nũciꝰ dr̄: q̄ noie rcͤ appellari potuit hõ ille q̄ fuit miſſꝰ a deo: vt teſtimoniũ pꝛhiberet de lumie: ⁊ veniētē i carne dñm mũdo nũciaret: cũ cõſtet oēs q̄ ſacerdotio fungũt ob euãgeliʒãdi officiuʒ angelos poſſe vocari: dicēte pphera Malachia: Labia ſacerdotꝭ cuſtodiũt ſciam: ⁊ legē reqrũt ex oꝛe eiꝰ: qꝛ ãgelꝰ ē dñi exercituũ. THEOPHI. Pꝛecurſoꝛ igit chꝛiſti ãgelꝰ dr̄ ppter vitã ãgelicã ⁊ reuerentiã excelſã. Qꝺ aũt dr̄: Añ faciē tuã. h̄ ſignificat q̄ſi diceret: iuxta te ē nunciꝰ tuꝰ. vñ oñdit ppinq̄tas pcurſoꝛis ad chꝛiſtũ. Eteni iuxta reges ãbulãt q̄ ppinq̄ ſunt magis. Seqͭ: Qui pparabit viã tuã añ te.

virtutū: ſed tales ſunt via frequētata immundis ſpiritibus. Sunt iterum aliqui leuiter gerentes fidem in ſe quaſi in verborū ſimplicitate: horum fides caret radice: de quibus ſubdit: Et aliud ceci. ſupra petram ⁊ natum aruit: qꝛ nō habe. humo. BED. Petram dicit durā ⁊ indomitam cor. hoc eſt autem humor ad radicem ſeminis: quod iuxta aliam parabolam oleum ad lampades virginū nutriendas. i. amor ⁊ pſeuerantia virtutis. EVSE. Sunt etiam aliqui qui per auariciam ⁊ appetitū voluptatū ⁊ mundanas ſolicitudines quas quidā ſpinas nuncupant immiſſum ſibi ſemen ſuffocari fecerunt. de quibus ſubditur: Et aliud ceci. inter ſpi. ⁊ ſimul exor. ſpine ſuffocauerunt illud. CHRY. Sicut enim ſpine non permittunt oriri ſemen: ſed ex condenſatiōe ſuffocant immiſſum ſic ſolicitudines vite preſentis ſemen ſpiritale fructificare nō ſinunt. increpandus aūt eſſet agricola qui ſup ſenſibiles ſpinas ⁊ petrā ⁊ viam ſeminaret. Non enim poſſibile eſt petram terrā fieri: nec viam nō eſſe viam: nec ſpinas nō eſſe ſpinas. in rōnalibus autem ſecus eſt. Poſſibile eſt enim petrā conuerti in terrā pinguē ⁊ viam non conculcari: ⁊ ſpinas diſſipari. CIRYL. Sunt autē terra pinguis ⁊ ferax: anime honeſte ⁊ bone: que in profundo ſuſcipiunt verbi ſemina ⁊ retinent ⁊ fouent. Et quantum ad hoc ſubdit: Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructū centuplū. Cum enim in mentem mundam ab omnibus perturbantib⁹ verbum diuinū infunditur: tunc immittit radices in ꝓfundū: ⁊ germinat tanq̄ ſpica: ⁊ conuenienter perficit. BED. Fructum enim cētuplum fructum perfectū dicit. nam denarius numer⁹ ꝓ perfectiōe ſemper accipitur: quia in decem ꝓceptis legis cuſtodia continetur. Denarius autem numerus ꝑ ſemet ipm multiplicatus: in centenariū ſurgit. vnde centenari⁹ magna perfectio ſignificatur. CIRYL. Que autem ſit ſententia parabole: accipiamus per eum qui eā compoſuit. vnde ſequit: Hec dicens clamauit: Qui habet au. audi. audiat. BASI. Audire pertinet ad intellectū. vnde per hoc domin⁹ excitat ad exaudiēdū attēde mentionē eorum que dicunt. BED. Quotiens enim hec admonitio vel in euangelio vel in apocalypſi ioannis interponitur: myſticū eſſe quod dicit: querendūq; a nobis latentius oſtendit. vnde diſcipuli ignorantes ſaluatorē interrogant. Sequitur enim: Interrogabāt autē eum diſcipuli eius que eſſet hec parabola. Nemo tamen putet finita mox pabola diſcipulos hoc interrogaſſe: ſed ⁊ marc⁹ ait cum eſſet ſingularis interrogauerūt eum. ORI. Eſt autem parabola ſermo quaſi facti: nō aūt facti. iuxta qd̄ dicitur: poſſibilis autem fieri rerum ſignificatiu⁹ per tranſſumptionē earum que in parabola tradunt. Enigma vo eſt ꝓceſſus ſermonis in his que tradunt quaſi facta: que tamen nō ſunt facta: nec poſſibilia fieri: ſignificant vo aliquid in occulto: ſicut qd̄ dicit in libro iudicū ꝙ ligna iuerunt ut vngerent ſibi regem. Non eſt aūt ad litterā factū qd̄ dicitur: Exijt qui ſeminat ſicut ea que narrat hiſtoria poſſibile tamen fuit fieri. EVSE. Domin⁹ vero docuit eos cauſam quare turbis ꝑ parabolas loquebat. vnde ſubditur: Quibus ipſe dixit: Vobis eſt datum noſſe myſterium regni dei. GRE. naçançen⁹. Cum hoc audis: non introducas diuerſas naturas ſm quoſdā hereticos qui putant hos quidē eſſe pereūtis nature: hos vo ſalubris quoſdā vo ſic ſe habere ut eorū voluntas eos ducat ad peius vel melius. Sed addas ei qd̄ dicitur: Vobis datum eſt. i. volentibus ⁊ ſimiliter dignis. THEO. His aūt qui ſunt indigni talis myſterijs obſcure dicunt. vnde ſequitur: Ceteris aūt in parabolis: ut videntes nō videant: ⁊ audientes nō intelligant. Videre enim ſe putant nō vident autem: ⁊ audiunt quidē: ſed nō intelligunt. H⁹ ergo gratia hoc eis chriſtus abſcondit: ne maius eis preiudiciū generetur ſi poſtq̄ nouerint chriſti myſteria contempſerint. Qui enim intelligit: ⁊ poſtea ſpernit: grauius punietur. BED. Recte igit in parabolis audiūt: quando clauſis ſenſib⁹ cordis: nō curant cognoſcere veritatē obliti eius quod domin⁹ dixerat. Qui habet aures audiendi audiat. GRE. in home. Domin⁹ aūt dignatus eſt exponere quod dicebat: ut ſciam⁹ rerū ſignificatiōes q̄rere etiā in his que per ſemetipm voluit explanare. Sequitur enim: Eſt autem hec parabola: Semen eſt verbum dei. EVSE. Deſtruentiū aūt immiſſa ſemia ſuis animabus tres dicit eſſe cauſas. Quidam enim deſtruūt in ſe ſemen reconditū: dantes leuiter auditū volentibus fallere. de quibus ſubdit: Quod aūt ſecus viam: hi ſunt q audiunt: deinde venit diabolus ⁊ tollit verbū de corde eorum: ne credentes ſalui fiant. BED. Qui. ſ. verbum qd̄ audiūt: nulla fide: nullo intellectu: nulla ſaltē tētande vtilitatis actione percipere dignant. EVSE. Quidam vo cum in mentis ꝓfundo nō ſuſceperint verbū dei: facile extinguunt adueniente aduerſitate. de quibus ſubditur. Nam qui ſupra petrā: hi ſunt qui cū audie. cū gau. ſuſci. ver. ⁊ hi radi. nō hñ. qui ad tem. cre. ⁊ in tempo. tenta. recedūt. CIRYL. Cum enim intrant eccleſiā letanter attētant diuina myſteria: ſed ex leui voluntate: ut aūt egreſſi ſunt eccleſiam: obliuiſcunt ſacrariū diſciplinarum: ⁊ ſi fides chriſtiana nō fluctuet permanēt. turbāte vo perſecutiōe perfugam habēt mentē: fides eorum caret radice. GREG. in homel. Multi boni operis initia ꝓponunt ſed mox ut fatigari aduerſitatib⁹ vel tentatiōib⁹ ceperit: inchoata derelinquunt. Petroſa ergo terra humorē non habuit: que hoc quod germinauerat: ad fructus pſeuerātiā nō ꝑduxit. EVSE. Quidā vo ſuffocant reconditū in eis ſemen diuitijs ⁊ illecebris: quaſi quibuſdā ſuffocātib⁹ ſpinis. d quib⁹ ſubditur: Quod aūt in ſpinis cecidit hi ſunt qui audie. ⁊ a ſollicitu. ⁊ diuiti. ⁊ volup. vite eun. ſuffo. ⁊ nō refe. fructū. GREG. in home. Mirū quō dominus diuitias ſpinas interpretatus ſit: cum ille pungāt iſte delectent: ⁊ tamē ſpine ſunt: quia cogitationū ſuarum punctionib⁹ mentē lacerant: ⁊ cum vſq; ad peccatū pertrahunt: quaſi inflicto vulnere cruentant. Duo autē ſūt que diuitijs iungit: ſollicitudines: ⁊ voluptates: quia per curā mentē opprimūt: ⁊ per affluentiā reſoluūt. ſuffocāt autem ſemen: quia importunis cogitatiōib⁹ guttur mentis ſtrangulant: ⁊ dum bonū deſideriū intrare ad cor nō ſinunt: quaſi aditum vitalis flatus vetant. EVS. Hec aūt ex ꝓuiſione a ſaluatore ꝓdicta ſunt. Sic aūt ſe habet ꝑ ſe factis effectus: nō enim aliter aliqui a verbo diuini cult⁹ deficiunt: niſi ſm aliquē modorū predictorum ab eo. CHRY. Et ut plura breuibus comprehendā. hi qdē tanq̄ negligentes audire: hi tanq̄ delicati ⁊ debiles. hi vero tanq̄ ſerui facti voluptatis ⁊ rerū mundi a bono deſiſtūt. Bon⁹ ēt ordo vie: petre: ⁊ ſpinarū: opus eſt primo memorie ⁊ cautele: deinde fortitudinis: ꝯuter ꝯtemptus pñtiū. Conſequent ponit bonā terrā ꝯtrario mō ſe hñtē ad viā ⁊ petrā ⁊ ſpinas cū ſubdit: Qd̄ aūt in terrā bonā hi ſunt q in corde bono ⁊ optimo verbū retinēt: ⁊ fructū afferūt in patiētia. Nam qui ſecus viā poſiti ſunt: non retinēt verbū: ſed rapit eis ſemen diabolus. q vo ſunt i petra: nō ſuſtinēt in patiētia tentatiōis inſultū ꝓpter imbecillitatē: q vo ſunt in ſpinis nō fructificāt ſꝫ ſuffocantur. GRE. in home. Terra ergo bona fructū ꝑ patientiā reddit: qꝛ nulla ſunt bona que agim⁹: ſi nō equanimiter etiā ꝓximorū mala toleramus. fructū ergo ꝑ patientiā reddūt qꝛ cū humiliter verba ſuſcipiunt poſt flagella ad requiē ſublimiter cum gaudio ſuſcipiuntur.

Nemo aūt lucernā accēdēs operit eā vaſe: aut ſubt⁹ lectū ponit: ſꝫ ſupra cādelabrū ponit: ut intrātes videāt lumē. Nō eſt eni occultū qd̄ nō māifeſtet: nec abſcōditū qd̄ nō cognoſcat: ⁊ in palā veniat. Videte ergo qd audiatis. Qui eni hꝫ dabit illi: ⁊ quicunq; nō habet: etiam quod putat ſe habere

auferetur ab illo.

BEDA. Quia ſupra dixerat apl'is: Uobis datū eſt
noſſe myſteriū regni dei: ceteris aūt in parabolis. nūc oſtē
dit ꝑ eos aliqn̄ etiā ceteris idem myſteriū eſſe reuelandū
dicens: Ne. au. lu. accē. ope. eam vaſe. aut ſub. le. po: ſed
ſu. cāde. po. ut intrā. vi. lumē. EVSE. q. d. Sicut lucerna
accendit ut luceat: nō ut operiat ſub modio vel lecto: ſic
etiā ſecreta regni celoꝝ in parabolis edita: quis lateāt ali
enos a fide: nō tñ penes oēs manifeſtū habebūt ſenſum
vñ ſubdit: Nō eni eſt oc. qd nō mani. ne. abſcō. qd nō co.
⁊ in pa. veniat. q. d. q̄uis plūma in parabolis dicta ſunt: ut
videtes nō videāt: ⁊ audiētes nō intelligāt ꝓpter ſui icre
dulitatē: tot' tñ ſmo patebit. AVG. de que. euā. Uel ali
ter: Totā his verbis typice docet fiduciā p̄dicādi: ne qs
timore carnaliū incōmodoꝝ lucē ſcie abſcondat. vaſis
eni ⁊ lecti noīe carnē: lucerne aūt vocabulo verbuz deſi
gnat: qd ob metū carnaliū incōmodoꝝ occltat: qui ipſam
carnē ꝑponit manifeſtatōi veritatis: ⁊ ea quaſi operit v
bum: qui p̄dicare trepidat. Supra candelabrū aūt ponit
lucernā: qui corpus ſuū miniſterio dei ſubijcit: ut ſupior
ſit p̄dicatio veritatis: ⁊ inferior ſeruit' corporis. ORI
GE. Sed ⁊ qui vult adaptare lucernā p̄ceptoꝝ chriſti
diſcipulis pſuadebit nobis per eā que dicta ſunt de ioan
ne: qm̄ ipſe erat lucerna ardens ⁊ lucens. non decet ergo
eum qui lucernā rōnalem accendit in aīa: abſcondere eā
ſub lecto vbi quis requieſcit: nec ſub aliquo alio vaſe: qꝛ
qui facit hoc nō ꝓuidet intrantibus domū quibus lucer
na parat: ſed oportet ſuperponere candelabrū .i. omnis
eccleſie. CHRY. Hoc aūt dicens inducit eos ad vite
diligentiā docens eos ſtrenuos eſſe quaſi expoſitos a
ſpectib' omniū ac pugnantes in mundo quaſi in theatro
q. d. ne ꝯſidereris q manem' in modica pte mundi: eritis
eni omnibus noti: quia tantā virtutē impoſſibile eſt late
re. MAXI. Uel forſan ſeipm̄ appellat dn̄s lucernā ra
diantē cunctis habitantib' domū .i. mūdū: cum ſit na
turaliter deus: ⁊ factus diſpenſatiue caro: ⁊ ſic quaſi lux
ad inſtar lucerne retinet in teſta carnis per mediam ani
mam: ſicut ꝑ lychnū ignis in teſta lucerne. Uocat aūt cā
delabrū eccleſiā: ſupra quā verbū diuinū effulgens: quaſi
quandā domū illuminat radijs veritatis. Dixit autez
ſimilitudinarie vas aut lectum corporalē cultū legis ſub
quo contineri nō vult. BEDA. Inſtanter aūt nos dn̄s
docet verbo auſcultare ut etiā ⁊ noſtro illud pectore cō
tinue ruminare: ⁊ aliero eructare ſufficiam' audituī. vñ
de ſequitur: Uidete ergo quid audiatis. Qui enim ha.
da. il. ⁊ quicunqꝫ non ha. etiam quod pu. ſe ha. auſe. ab il
lo. q. d. tota intentione verbo quod auditis operam da
te: quia qui amorem habet verbi: dabitur illi ⁊ ſenſus in
telligendi quod amat: at qui verbi audiendi amorēz nō
habet: ⁊ſi vel naturali ingenio: vel litteratorio callere ſe
putauerit exercitio: nulla ſapientie dulcedine gaudebit.
Sepe enim deſidioſus ingeniū accipit: ut de negligentia
iuſtius puniatur: quia quod ſine labore aſſequi poterit:
ſcire contemnit: ⁊ nōnunquā ſtudioſus tarditate intelli
gentie p̄mitur: ut eo maiora p̄mia retributiōis inueniat:
quo magis ſtudio inuentiōis elaborat.

Uenerūt aūt ad illum mater ⁊ fratres eius: ⁊
nō poterant adire eum pre turba. Et nunciatum
eſt illi: Mater tua ⁊ fratres tui ſtant foris volētes
te videre. Qui reſpondens dixit ad eos: Mater
mea ⁊ fratres mei hi ſunt qui verbum dei audiūt
⁊ faciunt.

TYTVS. Derelictis cognatis carnalibus dominus
inſiſtebat doctrine paterne: quia vero deſiderabatur ꝓ
pter abſentiam accedunt ad eū. vnde dicitur: Uene. au.
ad illum ma. ⁊ fra. eius. ⁊ non pote. adi. eum pre turba.
Si audieris de fratribus domini addiſce pietatem: ⁊ i
telligegratiam. nullus enim ſm̄ diuinitatem ſaluatori fra

ter eſt: vnigenitus enim eſt: ſed pietatis gratia cōmunica
uit nobis in carne ⁊ ſanguine: ⁊ factus eſt frater noſter cū
eſſet naturaliter deus. BEDA. Fratres tamen domini
ſm̄ carnez dicuntur: non filij beate Marie genitricis dei
ſm̄ eluidiū: nec filij ioſeph de alia vxore ſm̄ quoſdā pu
tandi ſunt: ſed eorum potius intelligendi ſunt etiam co
gnati. TYTVS. Putabant autem fratres eius: q cuz
eorum audiret p̄ſentiā dimitteret populum reuerſus
maternū nomen: ⁊ flexus amore materno. vnde ſequitur
Et nuncia. eſt il. Mater tu. ⁊ frat. tu. fo. ſtant vo. te vide
re. CHRY. Conſidera quale erat aſtante ei toto po
pulo: ⁊ ab ore eius pendente iam inchoata doctrina: eū
foras extrahere. Ob hoc dominus quaſi increpando re
ſpondit. Sequitur: Qui reſpon. di. ad eos. Mater me.
⁊ fra. me. hi ſunt: qui ver. dei au. ⁊ faciūt. AMB. Mo
ralis magiſter qui de ſe ceteris p̄bet exemplum p̄cer
ptoris ceteris quoniam qui non reliquerit patrē aut ma
trem ſuam: non eſt filio dei dignus. Sententie huic ipſe
primus ſe ſubijcit: non q materne refutet pietatis obſe
quia: ipſius enim preceptum eſt: qui nō honorificauerit
patrē ⁊ matrē morte moriatur: ſed quia paternis ſe my
ſterijs amplius q̄ maternis affectibus debere cognoſcit
neqꝫ tamen iniurioſe refutantur parentes: ſed religioſio
res copule mentis docentur eſſe q̄ corporū: ergo hinc
ut quidam heretici tendiculas aucupantur mater negatur
que etiam de cruce agnoſcitur: ſed neceſſitudinis corpora
li preſcriptorū celeſtis forma p̄fertur. BED. Hi igi
tur qui verbū dei audiunt ⁊ faciunt mater domini vocā
tur: eo q illum quotidie ſuo exemplo vel dicto quaſi par
turiūt in cordibus proximorū: fratres quoqꝫ ſunt eius: cū
⁊ ipſi faciant voluntatē patris eius qui in celis ē. CHRY.
Non autem hoc dixit increpando matrem: ſed eam plu
rimū adiuuando. Nam ſi erga ceteros ſolicitus erat: ut
generaret eis de ſe debitam opinionez: multo magis er
ga matrē: non autem eleuaſſet eam ad illa faſtigia: ſi ſem
per expectaret honorari ut ab eo tanq̄ a filio: non autē cuz
dominū reputaret. THEO. Quidam vero hoc ſic in
telligunt: q chriſto docente quidā inuidentes: ſubſanan
tes euz ſup doctrina eius dixerunt. Mater tua ⁊ fratres
tui ſtant foris volentes te videre: tanq̄ ꝓpter hoc ignobi
lem eum demonſtrarēt. ⁊ ideo qui mentē eorum cogno
uit: ſic eis reſpondit: qm̄ nō nocet vilis conſanguinitas:
ſed ſi ignobilis quis exiſtat: audiat aūt verbū dei: ipſum
cōſanguineū reputat: quia tamen audire ſolum neminē
ſaluat: ſed magis cōdemnat: ſubiungit: Et faciunt. Decet
enim audire ⁊ facere. verbū autem dei dicit ſuā doctrinā
quecunqꝫ enim ipſe dicebat: patris erant. AM. Myſti
ce autem non debuit foris ſtare qui chriſtum querebat.
Unde ⁊ ille ait: Accedite ad eum ⁊ illuminamini. Si eni
foris ſtant: nec ipſi agnoſcunt parentes: ⁊ ꝓpter noſtruz
forſitā ſe nō agnoſcunt exemplū: queadmodū nos non a
gnoſcimur ſi foris ſtemus. Illud quoqꝫ intelligere non
abhorret: quia per figurā parentū demonſtrat iudeos:
ex quibus eſt chriſtus ſm̄ carnē: eccleſiāqꝫ ſynagoge cre
didit preferendā. BED. Inquis enim eo docente venie
tes intrare nequeūt: cauſe ſpiritualiter intelligere dicta ne
gligunt: hoc occupāte autem turba intrauit in domū: quia
differēte iudea gentilitas confluxit ad chriſtum. foris au
tem ſtantes volunt chriſtum videre: qui ſpiritualem in le
ge ſenſum q̄rentes ſeſe ad cuſtodiaz litere foris ſtrepunt
⁊ quaſi chriſtum potius ad docenda carnalia cogunt exi
re: q̄ ſe ad diſcenda ſpiritalia ꝯſentiunt intrare.

Factum eſt autē in vna dierū: ⁊ ipſe aſcendit
in nauiculam: ⁊ diſcipuli eius: ⁊ ait ad illos: Trāſ
fretemus trans ſtagnum. Et aſcenderūt. Et naui
gantib' illis obdormiuit. Et deſcendit ꝓcella vē
ti i ſtagnū: ⁊ ꝯpellebant ⁊ piclitabant. Accedētes
aūt ſuſcitauerūt euz dicētes: p̄ceptor ꝑim'. At ille



ſurgens increpauit ventum ⁊ tempeſtatē aque et
ceſſauit: ⁊ facta eſt tranquillitas. Dixit autem illis
Ubi eſt fides veſtra. Qui timentes mirati ſunt ad
inuicem dicentes: Quis putas hic eſt: Quia ⁊ vē
tis ⁊ mari imperat: ⁊ obediunt ei.

CIRY. Quia diſcipuli omnes beneficiatos a chri
ſto videbant: decebat etiam ipſos ſenſim in beneficijs
chriſti delectari: nō eni ſimiliter quis ꝯſiderat: que fiunt in
alienis corporibus ⁊ in ſuo: ⁊ ideo dominus diſcipulos
⁊ mari ⁊ ventis expoſuit. vñ dr̄: Factū eſt aūt in vna die
rū: ⁊ ipſe aſcendit in vnā nauiculā: ⁊ diſcipuli eius: ⁊ ait
ad illos: Tranſfretem' trans ſtagnum ⁊ aſcenderūt.
CHRY. Uitans quidē lucas qōnē que ſibi fieri poſſet
de temporꝫ ordine: dicit eū in vna dierū intraſſe nauicu
lā. CIRYL. Si aūt vigilante dn̄o accidiſſet tempeſtas
vel nō timuiſſent diſcipuli: vel nō exhortuiſſent: vel non
credidiſſent eū poſſe tale aliqd facere. Quapropter dor
mit p̄ſtans tp̄s timori. Sequit eni: Nauigantib' aūt illis
obdormiuit: ⁊ deſcen. ꝓcel. ven. in ſtagnū. AMBRO.
Supra habes qꝛ pnoctabat in orone: quō hic in tempe
ſtate dormit: ſed exprimit ſecuritas tempeſtatis: quō oī
bus timentib' ſolus intrepidus quieſcebat: ſed quieſcebat
corpis ſomno cū intēderet diuinitatis myſterio: nihil. n.
ſine verbo fit. CIRYL. Cum magna aūt diſpēſatōe vi
eſſe pactū: ne mox poſtq̄ tēpeſtas inuadere cepit nauicu
lā: quererēt ab eo ſuffragiū. Sed poſtq̄ malūz inualuit: ut
manifeſtior fiat diuine maieſtatis ptās. vñ dr̄: Et ꝯpelle
bant ⁊ piclitabant. Qd q̄dē dn̄s pmiſit exercitatōis grā
ut cū ꝯfeſſi fuerint piculū: cognoſcāt miraculi magnitu
dinē. Unde poſtq̄ magnitudo piculi in intolerabilē me
tū eos vrgebat: tanq̄ aliā ſpem nō hñtes ſalutis: niſi ſo
lū ipm dn̄m virtutū eū excitauerūt. Sequit: Acced. au.
ſuſci. eū dicentes: Preceptor pimus. AVG. de con. euā.
Matthe' quidē dicit: Dn̄e ſalua nos pimus. marc' autē
Magr̄ nō ad te attinet: qꝛ perim'. Eadē aūt eſt ſnia exci
tantiū dn̄m volentiūqꝫ ſaluari. Nec op' ē q̄rere: qd ho
rū potius xp̄o dcm̄ ſit: ſiue eni aliqd horū triū dixerint:
ſiue alia vba q̄ nullus euāgeliſtarū ꝯmemorauit: tātūdē
aūt valētia: qd ad rē intereſt: q̄ q̄ etiā hoc fieri potuerit:
ut plurib' eū excitātib' oia hec: aliud aūt ab alio dice
ret. CIRYL. Nō aūt erat poſſibile eos perire exñte cū
eis oīpotēte. vñ illico ſurgit xp̄s qui hz oīum ptātē: ⁊ ſe
dat ꝯfeſtim ꝓcellā ⁊ ventoꝝ impetuz: ⁊ ceſſauit tēpeſtas
⁊ fcā eſt tranquillitas: in quo oñdit ſe deū eſſe: cui i pſalmo
dr̄: Tu dn̄aris ptāti maris: motū aūt fluctuū eius tu mi
tigas. BEDA. Sic igit in hac nauigatiōe dn̄s vtrāqꝫ
vni' eiuſdēqꝫ pſone naturā oñdit: dū is qui ut hō dormit
in naui: furorē maris ut de' verbo coheret. CIRYL.
Simul aūt cū tēpeſtate aquarū: ſoluit tēpeſtatē aiarū. vñ
ſequit: Dixit aūt illis: Ubi eſt fides veſtra: In quo vbo
oñdit q timorē nō facit tētationū inductio: ſed ibecillitas
mentis. Sicut eni aurū ꝓbat in igne: ſic in tentatōib' fi
des. AVGV. de con. euā. Hoc aūt ab alijs euāgeliſtis
alijs verbis dcm̄ eſt. Matthe' eni dicit eū dixiſſe: Quid
timidi eſtis modice fidei: Marc' aūt dicit: Quid timidi
eſtis: ne dū habetis fidē. i. illā pfectā velut granuz ſyna
pis. hoc ergo ⁊ ille ait: Modice fidei. Lucas aūt: Ubi ē
fides veſtra. Et totū quidē dici potuit: Quid timidi eſtis
Ubi eſt fides veſtra: Modice fidei. vnde aliud hic: aliud
ille cōmemorat. AMB. Pacata igit tēpeſtate ad iperiū
xp̄i diſcipuli ſtupefacti miraculo ſuſurrabāt ad inuicem
vnde ſequit: Qui timētes mirati ad inuicē dicētes: Quis
putas hic eſt: qꝛ ⁊ ventis imperat ⁊ mari: ⁊ obediunt ei.
Nō aūt diſcipuli ut ignorātes eū hoc dixerūt ad inuicez
Nouerāt eū deum eſſe ⁊ filiū dei ieſum. admirant aūt in
nate ptātis abundantiā: ⁊ diuinitatis gloriā: q̄uis ſimil
nobis eſſet ⁊ viſibilis ſm̄ carnē. vñ dicūt: Quis eſt hic. i.
qualis ⁊ q̄tus ⁊ in q̄ta virtute ⁊ maieſtate. Imperioſuz

eni eſt opus dn̄atiuū p̄ceptū: nō ſeruilis petitio. BED.
Uel nō diſcipuli ſz naute ⁊ alij mirant qui in naui erant
Allegorice aūt mare vel ſtagnū tenebroſus eſt ⁊ amarus
mūd' eſtus. Nauicula arbor crucis: cuius beneficio fide
les adiuti emerſis mūdi fluctib' obtinēt littus patrie cele
ſtis. AMB. Itaqꝫ dn̄s qui ſe intelligit ꝓpter diuinū in
terras myſteriū veniſſe: relictis nauē aſcēdit parentib'.
BED. Aſcendūt aūt ⁊ diſcipuli admoniti cū eo. vñ ipſe
ait: Siquis vult poſt me venire abneget ſe metipm̄: ⁊ tol
lat crucē ſuā: ⁊ ſequat me. Diſcipulis nauigātib' .i. fideli
bus ſeculū calcātib': ⁊ futuri ſeculi aīo quietē meditanti
bus: ⁊ p ſciſpūs flatū: vel ꝓpriū remigij conatū īſidos
mūdi faſtus certatim p' terga iactātib': ſubito obdormi
uit dn̄s. i. aduenit tp̄s dn̄ice paſſiōis: ⁊ deſcēdit ꝓcella:
qꝛ dn̄o ſomnū mortis in cruce ſubeūte fluct' pſecutiōuz
demoniacis flatib' excitati exurgūt. fluctib' aūt nō dn̄i
patiētia turbat: ſz diſcipuloꝝ ibecillitas cōcutit ⁊ trepi
dat: qui ſuſcitarūt dn̄m: ne eo dormiēte pereāt: qꝛ cuius
mortē viderāt: reſurrectōez optāt: que ſi differret: ipſi in
ppetuū perirēt. Uñ ſurgēs increpat ventū: qꝛ celeri reſur
rectōe p mortē deſtruit ſupbiā diaboli q habebat iperiū
mortis. Tēpeſtatē aūt aque facit ceſſare: qꝛ rabiē iudeo
rū morti ei' inſultantiuz reſurgēs labefacit. AMB. Et
aduertas ſine tentatōe neminē poſſe ex hoc vite curricu
lo demigrare: qꝛ exercitiū fidei tētatio eſt. Subiecti igit
ſum' neſcie ſpiritalꝫ ꝓcellis: ſz q̄ſi puigiles naute guber
natorē excitem' q nō ſeruiat: ſz imperet vētis: q ut laz nō
dormiat ſui corpis ſomno: caueam' tñ ne nr̄i corpis ſom
no nobis dormiat ⁊ quieſcat. Hñ aūt arguunt q p̄nte xp̄o
timebāt: cū vtiqꝫ ibi aderat q pire nō poſſet. BED. Cui
ſile eſt: q poſt mortē diſcipulis apparens exprobrauit in
credulitatē eorū: ⁊ ſic tumidis gurgitib' ſedatis: patefec
cunctis potentiā ſue diuinitatis.

Et nauigauerunt ad regionem gerazenorūz
que eſt contra galileam. Et cum de naui egreſſus
eſſet ad terram: occurrit illi vir quidam qui habe
bat demoniū iam temporibus multis: ⁊ veſtimē
to non induebatur: neqꝫ in domo manebat: ſed i
monumentis. Is ut vidit ieſum procidit ante illū
⁊ exclamans voce magna ⁊ dixit: Quid mihi ⁊
tibi eſt ieſu fili dei altiſſimi: Obſecro te ne me tor
queas. Precipiebat enim ſpiritui immundo: ut
exiret ab homine. Multis enim temporibus ar
ripiebat illuz: ⁊ vinciebatur cathenis ⁊ compedi
bus cuſtoditus ⁊ ruptis vinculis agebatur a de
monio in deſerto. Interrogauit autem illum ie
ſus dicens: Quod tibi nomen eſt: At ille dixit:
Legio. Quia intrauerant demonia multa in euz
Et rogauerunt illum ne imperaret illis ut in abyſ
ſum irent. Erat autem ibi grex porcorum multo
rum paſcentiū in monte: ⁊ rogabant eum ut pmit
teret eis in illos ingredi. Et pmiſit illos. Exierūt
ergo demonia ab homine: ⁊ intrauerunt in por
cos: ⁊ impetu abijt grex per p̄ceps in ſtagnum
⁊ ſuffocatus eſt. Quod ut viderunt factum q pa
ſcebant fugerunt ⁊ nunciauerūt in ciuitatem ⁊ in
villas. Exierunt autem videre quod factum eſt. et
venerunt ad ieſum: ⁊ inuenerunt hominem ſeden
tem a quo demonia exierant: veſtituz ac ſana mē
te ad pedes eius: ⁊ timuerūt. Nunciauerūt āt illis
⁊ qui viderant: quomodo ſanus factus eſſet a le
gione. Et rogauerunt illum omnis multitudo

geraʒenoꝝ:vt diſcederet ab ipſis:q᷑ magno ti
more tenebāt. Jpſe aūt aſcendēs naui reuerſus ē
Et rogauit illū vir a quo demonia exierāt vt cuʒ
eo eſſet. Dimiſit aūt euʒ ieſus dicēs: Redi i domū
tuā:⁊ narra quāta tibi fecit deus. Et abijt per vni
uerſam ciuitatē p̄dicās. quanta feciſſet illi ieſus.
CHRY. Saluator nauigādo vna cū diſcipul' ad por
tū puenit. vñ dicit: Et nauigauerūt ad regio. geraʒe. q̄ ē
ꝯtra galileā. TYTVS: Ueracioꝛa exēplaria nec geraçe
noꝝ h̄ñt: nec gadaroꝝ: ſʒ gergeçinoꝝ. eſt eñi gadara ciui
tas in iudea: ſtagnū aūt vel mare nullaten⁹ inuenit in ea.
ſʒ geraça ciuitas arabie ē: nec ſtagnū nec mare iuxta h̄ñs
Eſt aūt gergeça aqua: gergeſei vrbs antiq̄ iuxta tyberia
dem ſtagnū: circa quā ē rupes ſtagno vicino: in q̄ ōndit
deiectos fuiſſe poꝛcos a demonib⁹: q᷑ tñ geraça ⁊ gada
ra ꝯfiniū h̄ñt cum terra gergeçinoꝝ. veriſimile eſt inde ad
hoꝝ terrā poꝛcos fuiſſe adductos. BE. Geraça eni vrbs
eſt inſignis arabie trans ioꝛdanē iūcta mōti galaad: quā
tenuit trib⁹ manaſſe: nō longe a ſtagno tyberiadis in quo
poꝛci p̄cipitati ſunt. CHRY. Cū aūt dñs deſcēdiſſet a
mari: occurrit ei aliud terribili⁹ miraculū. nā demoniac⁹
tanꝗ̄ ſuus vidēs dñm ſeruitutē ꝯfitet. vñ ſequit: Et cum
egreſ. eſſet ad ter. occur. ei vir quidā q̄ demoniuʒ hēbat
iam tpib⁹ multis. AVG. De cō. euā. ꝙ matthe⁹ duos di
cit fuiſſe demoniacos. marcus ⁊ lucas aūt vnū ꝯmemo
rant: intelligas vnū eoꝝ fuiſſe pſone alicui⁹ clarioꝛis et
famoſioꝛis quē regio illa maxime dolebat: ⁊ ꝓ cui⁹ ſalu
te plurimū ſatagebat. Hoc volētes ſignificare duo euan
geliſte ſolū ꝯmemoꝛandū iudicauerūt: de quo facti hui⁹
fama latius p̄clariuſqꝫ fragauerat. CHRY. Uel lucas
elegit ex illis duob⁹ euʒ q̄ ſenioꝛ erat. vnde flebilius nar
rat eiu' infoꝛtuniū cū ſubdit: Et veſti. nō indue. neqꝫ ī do.
ma. ſʒ in mo. Uiſitāt aūt demones moꝛtuoꝝ ſepulchꝛa:
volētes imbuere hoīes piculoſa doctrina: ꝙ. ſ. moꝛtuo
rū aīe demones fiūt. CIRYL. ꝙ aūt nudus petebat de
functoꝝ ſepulchꝛa: demoniace ferocitatis erat indiciuʒ
ꝑmittit aūt quoſdā diſpēſatiue de⁹ ſubeſſe demonib⁹: ut
nos ꝑpendam⁹ ꝑ eos quales ſunt demones erga nos: ut
rēnuam⁹ eis ſubijci velle: ⁊ ſic vno patiēte edificātur ꝗ̄
plures. CHRY. Quia vo hoiem cū ppl'i fatebant: ac
ceſſerūt demones diuinitatē p̄dicātes ipſius: quā etiaʒ
mare ſua trāquillitate clamauerat. vñ ſequit: Js ut vidit
ieſum pci. ante il. ⁊ excla. vo. ma. ⁊ dixit. CIRY. Attē
das hic timoꝛē annexū audacie ⁊ deſperatiōi multē. ſi
gnū eni diabolice deſparōis eſt in audiēdo dicere: Quid
mihi ⁊ tibi eſt ieſu fili dei altiſſimi: Timoꝛis vo cū p̄cat.
Obſecro te ne me toꝛqueas. Sed ſi noſti eū eſſe filiū dei
altiſſimi: fatearis cū deū celi ⁊ terre: ⁊ coꝝ que ꝯtinent in
eis. Qualit̄ igit non tua imo ſua vſurpas: ⁊ dicis: Quid
mihi ⁊ tibi: Quis aūt p̄ncipū terrenoꝝ diu ſuſtinebit a
barbaris laceſſiri ſuo ſubiectos impio. vñ ſequit: Pꝛeci
pie. n. ſpi. imū. ut exi. ab hoie. Et neceſſitatē p̄cepti ōndit
ſubdens: Multis. n. tē. arri. il. ⁊ vicie. ca. ⁊ cōpe. cuſto. ⁊
ru. vin. age. a demo. in deſerto. CHRY. Unde q᷑ nēo
audebat demoniacū tenere: ipſe chꝛiſtus ad eū vadit al
loquēs ipm. Sequit: Jnterroga. au. il. ie. di. Qd̄ ti. no. eſt
No velut inſci⁹ nomē inquirit: ſed ut ꝯfeſſa peſte quā to
lerabat: virtus curātis gratioꝛ emicaret. BED. Sed et
noſtri tēpis ſacerdotes qui ꝑ exoꝛciſmi grām demones
eijcere noꝛūt: ſolēt dicere patientes nō aliter valere cura
ri: niſi oē qd̄ ab imundis ſpiritib⁹ vigilātes doꝛmiētes ue
ꝑtulerint ꝯfitendo patenē exponāt: ⁊ maxime qñ coꝛpis
humani ꝯcubitū petere ſe ac patrare ꝯfingūt. vñ ⁊ h̄ ꝯfeſ
ſio ſubdit. At ille dixit: Legio. q᷑ intra. demo. mul. in eū.
GRE. niſenus: Jmitātes quidā demones ſupnas mali
cias ⁊ legiones angelicas dicūt ſe legionē: ſicut ⁊ coꝛum
pꝛinceps dicit ſe poſiturū thꝛonū ſup aſtra: ut fiat altiſſi
mo ſilis. CHRY. Poſtꝗ̄ aūt dñs ſupuenerat: demōs
bus creaturā dei ꝯturbantib⁹ putabāt eum ꝓpter exceſ
ſum eoꝝ que fiebāt nō expectare tpe ſupplicij: ⁊ q᷑ cul
pam diffiteri nō poterāt: inſtāt ne cito ſuſtineāt penā. vñ
ſequit: Et roga. il. ne im. il. ut i abyſ. irent. THE. Qd̄ q
dē poſtulāt demones volētes adhuc cū hoib⁹ ꝯuerſari.
CIRYL. Hoc aūt palā eſt ꝙ emule caterue maieſtati di
uine: ieffabili potētia ſaluatoꝛis detrudebant ad inferna.
MAXI. Statuit aūt deus vnicuiqꝫ manerici pctōꝝ
ꝯſonā penā: gehennā ignis ꝓpter carnis incendiū: ſtrido
rē dentiū ꝓpter riſuʒ laſciuū: intolerabilē ſitim ꝓpter vo
luptatē ⁊ crapulā: ꝑuigilē vermē ꝓpter obliquuʒ ⁊ mali
gnū coꝛ: caliginē ꝑpetuā ꝑp ignoꝛantiā ⁊ fallaciā: lymbū
abyſſi ꝓpter ſupbiā: vnde demonib⁹ tanꝗ̄ ſupbis abyſ
ſus delegat. Sequit: Erat aūt ibi grex mul. poꝛ. paſcenti
um in monte. AVG. de cō. euā. Qd̄ marcus dixit cir
ca montē fuiſſe gregē poꝛcoꝝ: lucas aūt in monte nō re
pugnat. grex eni poꝛcoꝝ tam magn⁹ fuit: ut aliqd ei⁹ eſſet
in monte aliqd circa montē: erāt eni duo milia poꝛcoꝝ
ſicut marcus exꝑſſit. AMB. Demones aūt celeſtis lu
minis claritateʒ ſuſtinere nō poterāt: ut q̄ oculos dolent
radios ſolis ferre nō pñt. CIRYL. Et iō turba imūdo
rū ſpūuʒ petit mitti in ꝯfoꝛmē ſibi gregē imundoꝝ poꝛ
coꝝ. Sequit: Et roga. euʒ: ut pmit. eos in il. ingredi.
ATHA. in vita antonij: Qd̄ ſi ſup poꝛcos ptātē nō ha
bent: multo magis nullū habent dominiū ꝯtra homies
factos ad imaginē dei. opoꝛtet ergo deū ſoluʒ timere: cō
temnere aūt illos. CIRYL. Dñs aūt ꝯceſſit eis ptāteʒ
ut hoc inter cetera fiat nobis cauſa ſalutis ⁊ robori ſpei
Sequit: Et pmiſit illos. Conſiderare ergo oʒ ꝙ demo
nes praui ſunt ⁊ hoſtiles his qui eis ſunt ſubditi: ut pōt
patere ex eo ꝙ p̄cipitauerūt ⁊ ſuffocauerūt in aquis. vñ
ſequit: Exie. ergo demo. ab ho. ⁊ intra. in poꝛ. ⁊ ipe. abijt
grex ꝑceps in ſta. ⁊ ſuffo. eſt. Et ideo cōceſſit eis chꝛiſt⁹
petētib⁹: ut ex euētu appeat ꝙ ſint crudeles. Erat etiā ne
ceſſariū oſtendere filiū dei ꝓuidentiā rerū hr̄e nō minus
ꝗ̄ pꝛ: ut equalitatis decoꝛ in vtroqꝫ appeat. TYTVS.
Fugā aūt paſtoꝛes arripiūt: ne cum poꝛcis perirēt. vnde
ſequit: Qd̄ ut vide. fa. qui paſce. fu. ⁊ nūcia. in ciu. ⁊ i vil.
⁊ hmōi terro. ciui. intulerūt. Duxit aūt eos ad ſaluatoꝛē
damni neceſſitas. Sequit: Exie. au. vide. qd̄ fa. eſt: ⁊ ve.
ad ieſum. Ubi ꝯſidera ꝙ dum deus hoies punit in reb⁹
ꝯfert beneficiū aiabus. Cum aūt ꝑfecti eſſent: viderūt ſa
nū eum qui iugiter vexabat. Sequitur: Et inue. ho. ſe. a
quo demo. exi. veſtitū. Qui antea ꝯtinuo nudus erat: ac
ſana mēte ad pedes eius. nō eni diſcedit a pedib⁹ a qui
bus eſt nact⁹ ſalutē: ⁊ ſic agnoſcētes ſignū: mirati ſūt paſ
ſionis remediū: ⁊ obſtupuerūt in facto. Sequit: Et timu
erūt. Hoc aūt ſcḿ ptim viſu comperiūt: ptim verbis au
dierāt. Sequit: Nūciauerūt aūt illis qui viderāt quō ſa
nus factus eſt a legione. Opoꝛtebat aūt eos ſupplicare
dño ne inde recederet: ſed cuſtos eſſet regionis ne demo
nes haberēt acceſſuʒ ad eos: ſʒ pꝛe timoꝛe ꝓpriā ſaluteʒ
amiſerūt: rogātes ſaluatoꝛē recedere. Sequit: Et rog. il.
om. multitu. regiōis geraçenoꝝ ut diſcederet ab ipſis: q᷑
timoꝛe magno tenebant. THEO. Timebāt eni ne ite
rum damnū aliquod paterentur: ſicut paſſi fuerant i ſub
merſione poꝛcoꝝ. CHRY. Attendas aūt chꝛiſti hu
militatē: poſtꝗ̄ enim collatis a ſe talib⁹ beneficijs emitte
bant eum: nō obſtat ſed diſcedit: eos qui ipſos indignos
ſua doctrina ꝓmulgauerāt relinquēs. Sequit: Jpſe autē
aſcendēs naui reuerſus eſt. TYTVS. Sed eo deſcen
dēte ille qui paſſus fuerat a ſaluatoꝛe nō diſcedit. Sequi
tur: Et rogabat illū a quo demonia exierāt: ut cū eo eēt.
THEO. Nam ſicut expertus timebat ne foꝛte dēga
tus a ieſu rurſus demonibus eſſet paratus: dominus au
tem oſtendit ei ꝙ ꝗ̄uis non ſit cum eo pꝛeſentialiter: ta
men poteſt eum gratia ſua ꝓtegere. Sequitur eniʒ: Dimi
ſit aūt eū ieſus dicens: Redi in domū tuā: ⁊ narra ꝗ̄ta ti
bi fecit deus. Non autem dixit: Quanta tibi feci ego



foꝛmam pꝛebens humilitatis: vt rectitudines noſtras re
feramus in deum. TYTVS. Nec tamen pꝛeuaricatur
in lege veritatis: quicquid enim filius operat: pater ope
ratur: Cur aūt qui vbiqꝫ omnes liberatos mōebat nulli
dicere huic liberato a legione dicit: narra ꝗ̄ta tibi fecit
deus: q᷑ ſ. tota regio illa deū ignoꝛabat irritita cultibus
demonū. Uel verius: quādoquidem ad patrē retoꝛquet
miraculū dicit: Narra: cū vero loquitur de ſeipſo mōet
nulli dicere. Jlle aūt qui liberatus eſt a demonib⁹: noue
rat deū eſſe ieſum: ⁊ iō predicauit quāta fecit illi ieſus.
Sequitur eni: Et abijt per vniuerſam ciuitateʒ p̄dicans
ꝗ̄ta illi fecit ieſus. CHRY. Et ſic illos qui ſe indignos
ſua doctrina ꝓmulgauerāt derelinquēs ſtatuit eis eum
in magiſtrū qui fuerat demonibus liberatus. BE. My
ſtice aūt geraʒa ſignificat nationē gentiū quās poſt paſſi
onem: ⁊ reſurrectionē ſuā dñs per p̄dicatoꝛes viſitauit
vnde geraſa vel gergeſi vt quidā legūt: interpꝛetat colo
num eijciens. i. diabolum a quo pri⁹ incolebat: vel adue
na ꝓpinquās qui pꝛius longe erat. AM. Lʒ aūt diſcoꝛ
det numerus curatoꝝ a chꝛiſto ſcḿ lucam ⁊ mattheū tñ
ꝯcoꝛdat myſteriū. Ut eni iſte qui habebat demoniū po
puli gentilis eſt figura: duo quoqꝫ illi ſimiliter figura po
puli gentilis accipiūt: quoniā cū tres filios noe genera
uit: ſem cham ⁊ iaphet: ſem tantūmō familia i poſſeſſio
nem aſcita eſt dei: ex duob⁹ illis diuerſarū nationuʒ po
puli pullularūt: qui multis inquit tēpoꝛib⁹ habebat de
moniū: vt pote q᷑ diluuio vſqꝫ ad aduentū dñi vexabat
Nudus aūt erat: q᷑ tegumentū nature ſue ⁊ virtutis ami
ſit. AV. de que. euā. Jn domo nō habitabat: hoc eſt in
ꝯſcia ſua nō requieſcebat. Jn monumētis manebat. i. in
moꝛtuis operib⁹ hoc eſt peccatis delectabat. AM. Ut
quid ſunt coꝛpoꝛa ꝑfidoꝝ: niſi quedā ſepulchꝛa i q̄bus
dei verba nō habitat: AVG. de que. euā. Quod aūt cō
pedibus ferreis ⁊ cathenis ligabat ſignificat graues ⁊
duras leges gentiū: quibus ēt in eoꝝ republica peccata
cohibent: ꝙ aūt vinculis talib⁹ diruptis agebat a demo
nio in deſertū: ſignificat ꝙ ēt ipſis traſgreſſis legibus ad
ſcelera cupiditate ducebat: que iā vulgarē ꝯſuetudinem
excederet ꝙ vero ideo legio demonū erat: ſignificate ſūt
gentes que multis demonib⁹ ſeruiebāt. ꝙ in poꝛcos pa
ſcentes in montib⁹ demōia ire cōceſſa ſunt: ſignificāt ēt
imundos ⁊ ſupbos hoies q̄bus demonia dominantur
ꝑp idoloꝝ cultus. AM. Poꝛci. n. hi ſūt: qui imūdoꝛuʒ
vſu animaliū vocis ⁊ rōis expertes: luculētis vite ſue acti
bus: naturaliū coinquinauerūt oꝛnamēta virtutū. AV.
de que. euā. ꝙ aūt in ſtagnū p̄cipitati ſunt: ſignificat ꝙ iā
clarificatur eccleſia: ⁊ liberato populo gētiū a dominati
one demonioꝝ in abditis: agūt ſacrilegos ritus ſuos q̄
chꝛiſto credere noluerūt: ceca ⁊ ꝓfunda curioſitate ſub
merſi. AM. Jmpetu aūt ferūtur in p̄ceps: qm̄ nulli⁹ me
riti ꝯtēplatione reuocātur: ſʒ tanꝗ̄ de ſuperioꝛib⁹ ad in
ferioꝛa per ip̄robitatis ꝓcliue detruſi: inter fluenta mun
di huius intercluſo pereūt ſpūs cōmeatu. Neqꝫ. n. in his
qui fluido eſtu voluptatis huc atqꝫ illuc ferunt illi⁹ ſpi
ritus pōt eſſe vitale cōmerciū. Uidemus igit: q᷑ hō ipſe
ſue eſt auctoꝛ erūne: nam niſi q̄ſ poꝛci moꝛe vixiſſet: nun
ꝗ̄ accepiſſet in eū diabolus ptātē: aut ſi accepiſſet nō vt
perderet: ſed vt probaret. ⁊ foꝛtaſſe diabol⁹ q᷑ poſt dñi
aduentū bonos iā deꝑdari nō poterat: nō oium hoium
ſed leuiū querit interitū: vt latro nō armatis ſed inſidiat
inermibus. Uiderunt hoc mgr̄i gregū ⁊ fugerūt: Neqꝫ
enim vel philoſopie pꝛofeſſoꝛes vel pꝛincipes ſynagoge
pereuntibus populis poſſūt ferre medicinā. ſolus ē chꝛi
ſtus qui aufert peccata populoꝝ. AV. de que. euā. Uel
ꝙ poꝛcoꝝ paſtoꝛes fugientes iſta nunciauerūt ſignificat
quoſdā pꝛimates ipioꝝ tanꝗ̄ chꝛiſtianam legem fugien
tes: potentiā tñ eius pergentes ſtupendo ⁊ mirando p̄di
care. ꝙ aūt geraſeni cognoſcentes qd̄ factū eſt: rogant ie
ſum vt ab eis diſcederet magno timoꝛe perpulſi: ſignifi
cat magnitudinem vetuſta ſuauitate delectataʒ: honoꝛa
re quidem ſed nolle pati chꝛiſtianam legeʒ: dum dicunt
ꝙ eam implere non poſſunt. Admirantes tamen fideleʒ
populum a pꝛiſtina perdita conuerſatione ſanatū. AM
BRO. Uel in geraſenoꝝ ciuitate ſpecies ſynagoge vide
tur exiſtere qui rogabant vt diſcederet: quia timoꝛe ma
gno tenebantur. Jnfirma enim mens non capit dei vbū
nec poteſt pondus ſuſtinere ſapiētie: Et ideo diutius mo
leſtus nō fuit: ſed aſcendit ab inferioꝛibus ad ſuperioꝛa
ſynagoga. ſ. ad eccleſiam: ⁊ egreſſus ē ꝑ ſtagnū. nemo eniʒ
de eccīa ad ſynagogā ſine piculo tranſit ſalutis: ſed ille
qui de ſynagoga ad eccleſiam tranſire deſiderat: cruceʒ
ſuam tollat: vt diſcrimen euadat. AVGV. de con. euan.
Quod aūt ille ſanatus cupit iam eſſe cum chꝛiſto: ⁊ dici
tur ei. Redi in domum tuam: ⁊ narra quanta tibi fecit de
us: ſic intelligitur: vt ſic q̄ſq̄s intelligat poſt remiſſioneʒ
peccatoꝝ redeundum ſibi in ꝯſcientiam bonā ſicut in
domum ⁊ ſeruiendum euangelio pꝛopter alioꝛum ſalu
tem: vt deinde cum chꝛiſto requieſcat: ne cum pꝛepꝛope
re vult eſſe cum chꝛiſto negligat myſterium pꝛedicatio
nis fraterne redemptioni accommodatum.

Factū eſt aūt cū rediſſet ieſus excepit illū tur
ba. Erāt aūt oēs expectātes eū. Et ecce vēit vir cui
nomē iairus: ⁊ ipe p̄nceps ſynagoge erat: ⁊ cecidit
ad pedes ieſu rogans: eū ut itraret in domū ei⁹: q᷑
vnica filia erat ei fere ānoꝝ duodeci: ⁊ hec mori
ebat. Et cōtigit dū iret: a turbis ꝯp̄mebat. Et mlr
q̄dā erat in fluxu ſanguis ab ānis duodeci: q̄ i me
dicos erogauerat oēm ſbāʒ ſuam: nec ab vllo po
tuit curari. Acceſſit retro ⁊ tetigit fimbriā veſtimē
ti eius: ⁊ cōfeſtiʒ ſtetit flux⁹ ſanguis ei⁹. Et ait ieſus
Quis ē qui me tetigit. Negātib⁹ aūt oib⁹ dixit petr⁹
⁊ qui cū illo erāt: Preceptor: turbe te cōp̄mūt ⁊
affligūt ⁊ dicis qs me tetigit. Et dixit ieſus: Tetigit
me aliquis: Nam ⁊ ego noui virtutem de me ex
iſſe. Uidens autem mulier: quia non latuit: tre
mens venit ⁊ pꝛocidit ante pedes eius: ⁊ ob quā
cauſam tetigerit eum indicauit coꝛam omni po
pulo. ⁊ quemadmodum confeſtim ſanata ſit. At
ipſe dixit ei. Filia fides tua ſaluam te fecit. Uade
in pace.

AVG. de con. euan. Poſt narratum ante geraſenos
miraculum: tranſit ad narranduʒ de archiſynagogi filia
dicens: Fa. eſt au. cum re. ie. exce. il. tur. Erant enim om.
expec. eum. THEO. Simul quideʒ pꝛopter doctrinā
⁊ pꝛopter miracula. AVGT. de con. euan. Quod vero
adiungit: Et ecce vir cui no. iairus. non continuo factuʒ
accipiendum eſt: ſed pꝛius illud de conuiuio publicano
rum: ſicut narrat mattheus: cui rei ſic coniungit hoc: vt
non poſſit aliud factum ꝯſequenter intelligi. TYTVS.
Eſt aūt poſitum nomen iudeoꝝ cauſa qui tunc noue
runt quod accidit: vt nomen demonſtratio miraculi fi
at. Acceſſit aūt non aliquis infiꝛmoꝝ: ſed pꝛinceps
ſynagoge: vt magis obturbarentur iudeoꝝ oꝛa. vnde
ſequitur. Et ip. p̄n. ſyna. erat. Acceſſit aūt ad chꝛiſtuʒ cā
neceſſitatis: vrget enim aliquando doloꝛ ad agenduʒ ea
que decent ſcḿ illud pſalmi: Jn chamo ⁊ freno maxillas
eoꝝ conſtringe: qui nō appꝛoximant ad te THEO.
Unde neceſſitate inſtante cecidit ad pedes eius. Sequit
Et ceci. ad pe. ieſu. Decebat autē vt abſqꝫ neceſſitate co
gente caderet ad pedes eius: ⁊ cognoſceret ipſuʒ deū eē.
CHRY. Sed conſidera eius ſertiā: q̄rit. n. a xp̄o vt in
domum veniat: Sequitur: Rogans eum vt intra. in do.
eius ignoꝛans ſciʒ ꝙ abſens poterat liberare. nam ſi

ſciuiſſet dixiſſet ſicut centurio. Dic verbo ⁊ curabit filia mea. GRECVS. Cā aūt aduētus eis ponit cū ſubdit. Quia vni. fi. erat illi domus fundamētū ſucceſſio generis. Fere annorū. xij. in ipſo. ſ. flore etatis: ⁊ hec moriebatur. pro thalamis efferēda ad tumulū. CHRY. Aduenerat aūt dñs: nō vt iudicaret mūdū: ſed vt ſaluaret. q̄ppter nō examinat dignitatē petētis: ſed equanimit arripit opus ſciēs φ malus erat futurū qd̄ ḡrebatur: vocabatur aūt ad remediū egrotātis: nouit aūt ſe ſuſcitaturū iam mortuā inſerturū terrenis firmā ſpē reſurrectionis. AM. Suſcitaturus aūt mortuā ad faciendū fidē: emorroiſſam ante curauit: ſic vt ⁊ reſurrectio tpalis i paſſiōe dñi celebrabatur: vt ppetua illa credatur: Et contigit dū iret a turba cōpmebatur. CI. Quod maximū erat iudicium φ verā carnē iduerat: ⁊ oēm ɔculcaret ſupbiā neq̧ enim a longe ſeq̄bātur: ſed eū circūdabāt. GRE. Quedam aūt mlr graui morbo detēta: ob cuꝰ infirmitatis curam medici oēs diuitias cōſumpſerāt: ſolā ſpē in tanta diffidentia reppit: vt pcideret dño de qua ſequr: Et mulierque. erat in flu. ſan. ab an. xij. que i me. ero. ō. ſub. ſuā nec ab il. po. cu. ac. retro. TYTVS. Qualiter aūt nō ꝑe digna pcōio hec mulier: q̄ viribus extinctis corporeis ob cōtinuū ſanguinis fluxū: ⁊ tāto pplo cō currēte circa illū affectu roborata ⁊ fide petierat pplm: ⁊ retro latens tetigerat fimbriā veſtimēti. Sequitur: Teti. fim. veſti. eiꝰ. CI. Neq̧ eni licebat imūdis vel tangere queq̄ ſcōꝝ: vel appropiquare viro ſcō. CHRY. R m aūt legis huiuſ mōi paſſio reputabat imūdicia magna. alr ēt: Nondum eni nec ipſa hēbat dignā opinionē de eo nō. n. putauiſſꝫ latere: ſed tamē cōfiſa de ſanitate accedit. THE. Sicut aūt cū aliquis ocłꝫ lucerne lucēti adhibet aut igni ſpinas ſtatim opantur: ſic quidē qui fidē affert potēti curare ſtatī curationē cōſeqtur: Et ɔſe. ſte. flu. ſan. eiuſ. CHRY. Nō aūt ſola veſtimēta ipſius mulierē ſaluauerūt: nā ⁊ multi eſ ſortiti ſūt ea intra ſe: ſꝫ fidei eius intētio. THEO. Credidit eni ⁊ ſaluata eſt. ⁊ vt cōgruū fuit prio tetigit chriſtū intellectualiter: deinde corporaliter. GRECVS. Audiuit aūt dominus tacitas mulieris cōſiderationes tacens liberauit tacentē: paſſus ſua ſponte ſanitatis rapinā: ſꝫ poſtea miraculū publicat vnde ſequitur: Et ait ieſus: qs eſt qui me tetigit. CI. Non eni latuit dominū ppetratum miraculū ſed qui cūcta cognoſcit: quaſi neſciret īterrogat. GRECVS. Neſciētibus aūt diſcipulis qd̄ querebatur ſed putātibus de ſimplici quodā tactu dicere: domini q̄ſtioni reſpondēt. Sequitur eni: Negantibus aūt om. di. pe. ⁊ qui cū illo erāt: pceptor turbe te comp. ⁊ affli. ⁊ dicis: quis me tetigit: Et iō dominus tactū ſua reſpōſione diſtinguit. Sequitur eni: Et dixit il. ieſus: Teti. me ali. ſi cut ēt dicebat. Quis hēt aures audiēdi audiat. φuis oēs habeāt huiuſmōi corporalē auditū: ſed nō ē vere audire ſi audiatur icaute: nec vere tāgere: ſi ifideliter tangantur. CI. Propalat aūt cōſequēter qd̄ factū eſt: cū ſubdit: Nā ⁊ ego noui virtutē de me exiiſſe: Materialius reſpondet ſm opinionem audientiū ꝫ tn̄ nobis manifeſtat φ ipſe verus eſt deus: ⁊ ex eo quod pdigialiter factuꝫ eſt ēt ex ſermonibꝰ trāſcendit. n. naturā noſtrā ⁊ forſan angelicā poſſe queq̄ vtutē emittere q̄ſi a ppria nā. Cōuēit aūt hoc ſoli ſupme naē: nulla nāq̧ creaturarū aliquā gerit ſaluādi ptātē vel ēt aliqua alia. ſ. miracula faciēdi: ſed diuinitus preſtitā. non eni ambitioſe glorie non dimiſit latere diuine virtutis oſtenſionē qui multotiēs pceperat taceri ſua miracula: ſed quia ſpectabat ad vtilitatem eorum qui vocabantur per fidem ad grām. CHRY. Primo enim ſoluit femineum metum: ne remorſum cōſciētie pateretur quaſi ſurripiēs grām. Secūdo corrigit eaꝫ: quia latere putauerat. Tertio fidem eius exprimit cūctis: vt ⁊ aliȷ̄ imitētur. pditq̧ nō minus miraculū retētione ſanguinis: dum oſtendit ſibi cūcta patere. CI. Inſup princi pem ſynagoge perſuadebant indubitabiliter credere φ a laqueis mortis eripiet filiā eius. CHRY. Ob hoc āt dñs nō ſtatim eā manifeſtauerat: vt oſtenſo φ oīa ſibi liquent: faciat mulierē pdicare qd̄ factū eſt: vt ſuſpitiōe miraculum careat. vn̄ ſequit: Videns aūt muli. q nō la. eum tre. ve. ⁊ pci. ante pedes eius: ⁊ ob quā cām teti. eū indi. co. om. po. ⁊ queād. cōfeſtim ſa. ſit. ORIGE. Eādē autē ſanitatē quam nacta eſt mulier ex ɔtactu vbis ɔfirmauit ſaluator. vn̄ ſeqt: At ipe dixit illi: fi. fi. t. te ſal. fe. vade i pace. i. eſto ſana tuo flagello: ⁊ ſanat qdē prio p fidē aīaꝫ deinde vo corpus. TITVS. Vocat aūt filiā iā fidei cauſa ſanatā. fides eni grām adoptionis ipēdit. EVSE. in ecc. hiſto. Dicūt aūt hanc mulierē in paneade que eſt ceſarea philippi: vnde fuit diuūda ſtatuiſſe triūphos iſignes collati ſibi beneficȷ̄ a ſaluatore: ſtabat nāq̧ ſuper altā baſiꝫ ad limina domus eius eneū ſimulacrū mulieris flexis genibus: manibuſq̧ iunctis quaſi pcaret: ex cuiꝰ oppoſito aliud erectū ſimulacrū ad inſtar viri: eiuſdēq̧ materie amictū diploide ⁊ manū verſus mulierē extendēs: aū cuius pedes ſup ipſā baſim aliena ſpecies plante orta: q̄ vſq̧ ad enee diploidis oras pingēs medicina omniuꝫ paſſionū eſſe ferebatur. Hanc aūt ſtatuā dicebat repreſētare chriſtū: quā maximus deſtruxit. AM. Myſtice āt reliquerat in geraſenis ſynagogā chriſtus: ⁊ quē ſui non receperant: recepimus alieni. BE. Vel in fine ſeculi dñs eſt ad iudeos rediturus: atq̧ ab eis per fidei ɔfeſſioneꝫ libenter excipiendus. AM. Quē aūt putamꝰ ſynagoge principem: eſſe niſi legem cuius ɔtēplationeꝫ dñs ſynagogam nō penitꝰ dereliquit. BE. Vel princeps ſynagoge moyſes intelligitur: vnde bene iairus. i. illuminās vel illuminatus vocat: q qui accipit verba vite dare nobis ⁊ per hoc ceteroſ illumiat. ⁊ a ſpūſancto illumiatur. cecidit tā archiſynagogus ad pedes ieſu: q legiſlator cum tota patrū pgenie chriſtū in carne apparenteꝫ longe ſibi preferendū eſſe cognouit. Si eni caput chriſti deus: conuenienter pedes accipiēdi ſunt icarnatio q̄ua terram nr̄e mortalitatis tetigit. rogauit aūt intrare in domū eius: q eius videre deſiderabat aduentū. Filia āt vnica eius eſt ſynagoga: que ſola legali eſt inſtitutione cōpoſita: q̄. xij. etatis anno: hoc ē tpe pubertatis appropinquāte moriebatur: q nobilit a pphetis educata: poſtq̄ ad itelligibiles annos puenerat: in quibus ſpirituales deo fructus gignere debebat: ſubito errorū lāguore cōſternāta: ſpiritalis vite viā amiſit. ⁊ ſi chriſtus nō ſuccurreret corruiſſet in mortē: ad puellā aūt ſanandā pergens dñs a turba cōprimitur q genti iudee ſalutaria monita prebēs: carnalium populorū eſt ɔſuetudine grauatus. AM. Ad hanc aūt principis filiā dum pperat dei verbū vt ſaluoſ faceret filios iſrl: ſancta eccleſia ex gentibꝰ ɔgregata que inferiorum lapſu criminū deperibat: paratā aliȷ̄s fide prerīpuit ſanitatē. BEDA. Dupliciter aūt ſanguinis fluxus pōt intelligi: hoc eſt ⁊ ſuper idolatrie pſtitutione: ⁊ ſup his que carnis ⁊ ſanguinis oblectatione patrātur. AM. Quid aūt ſibi vult φ hec principis filia annorū duodecim moriebatur: ⁊ mulier iſta fluxu ſanguinis ab annis duodecim laborauit: niſi vt intelligatur: q q̄ diu ſynagoga viguit: laborauit eccleſia. BE. Vna eni pene ſeculi etate ſynagoga in patriarchis naſci cepit: ⁊ gentiliuꝫ natio nem idolatria fedauit. AM. Sicut aūt illa in medicis erogauerat oēm ſubſtantiā ſuā: ita congregatio gentium amiſerat oīa dona nature. BE. Medicos aūt intellige ſiue falſos theologos ſiue philoſophos: legūq̧ doctores ſecularium: q multa de virtutibus vitȷ̄ſq̧ differētes: vtilia ſe viuēdi iſtituta mortalibus dare promittebāt: ſeu ipos imūdos ſpūs q̄ velut hoībꝰ cōſulēdo: ſe pro deo colendos ingerebāt: qbꝰ audiendis gētilitas: quātomagis naturalis induſtrie vires expēderat: tāto minꝰ potuit ab iniquitatis ſue ſorde curari. AMBRO. Audiens autem egrotare populū iudeorū: ſperare cepit ſalutis ſue remedium. Tempus veniſſe cognouit: quo medicus adeſſet de celo: ſurrexit ut occurrēt fide pmptior: pudore contractior. hoc eni eſt pudoriſ ⁊ fidei agnoſcere infirmitatē: nō deſpare veniā: verecūda ergo fimbriā tetigit: fidelis acceſſit: religioſe credidit: ſapiēs ſanatā ſe eſſe cognouit: ſic ſancta plebs gentiū que deo credidit: peccati erubuit ut deſereret: fidē detulit ut crederet: deuotionē exhibuit ut rogaret: ſapientiā induit ut ſanitatē ſuā ipſa ſentiret: fiduciā ſumpſit: ut fateretur φ pripuiſſet alienū. Retro aūt tangit chriſtus: q ſcriptū eſt: Poſt dñm deū tuū ambulabis. BED. Et ipſe ait: Siquis mihi miniſtrat: me ſequat. ſiue q pn̄tē in carne dñm nō videns: vel q pactis diſpenſatōis ſacris p fidem cepit veſtigia eiꝰ ſubſequi. GRE. iȷ̄. mora. Premēte aūt turba vna redemptorē noſtrū mulier tetigit: q carnales quiq̧ in eccleſia eum ɔprimunt a quo longe ſunt: ⁊ ſoli tangunt qui huic veracit humiles adiūgunt. Turba igit pmit: ⁊ nō tangit: q ⁊ iportuna ē pn̄tia: ⁊ abſens p vitaꝫ. BEDA. Vel vna credula mulier dñm tangit: quia q̄ diuerſis hereſibꝰ inordinate affligitur: ſolo catholice eccleſie corde fideli querit. AM. Non eni credūt q̄ opprimūt: credūt qui tangunt. fide tāgit chriſtus: fide videt. Deniq̧ ut fidē credentis exprimeret dicit: Ego cognoui virtutē de me exiiſſe: qd̄ eſt euidentius indiciū: q nō intra poſſibilitatē ɔditiōis humane atq̧ intra corpis clauſtrū diuinitas coartata eſt: ſed vltra fines noſtre mediocritatis virtus exundat eterna. nō eni hūana opē plebs gentiū liberat: ſed dei munꝰ eſt ɔgregatio nationū: que etiā breui fide miſericordiā inclinat eternā. Nam ſi ɔſideremꝰ quāta ſit fides nr̄a: ⁊ intelligamꝰ q̄tus ſit dei filius: videmꝰ q cōpatiōe eius fimbriā tm̄modo tangimꝰ. ſupiora vo veſtimenti eius nequiuimꝰ attingere. Si igit ⁊ nos curari volumꝰ fide tangamꝰ fimbriā chriſti: nō aūt latet eū quicūq̧ tetigerit. Beatꝰ q̄ extremā ptē verbi tetigerit: nā totū quis pōt ɔprehendere.

Adhuc illo loquente: venit quidā ad principem ſynagoge dicenſ ei: quia mortua eſt filia tua noli vexare illum. Ieſus aūt audito hoc verbo reſpondit patri puelle: Noli timere: Crede tantū et ſalua erit. Et cum veniſſet domū: nō permiſit itrare ſecum quēquā niſi petrū ⁊ iacobū ⁊ iohanneꝫ ⁊ patrē ⁊ matrem puelle. Flebant aūt oēs ⁊ plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere. Non eſt mortua puella: ſed dormit. Et deridebant eū: ſciētes quia mortua eſſet. Ipſe aūt tenens manuꝫ eiꝰ clamauit dicens: Puella ſurge. Et reuerſus ē ſpiritus eiꝰ ⁊ ſurrexit continuo. Et iuſſit illi dare mā ducare. Et ſtupuerūt parētes eius quibꝰ precepit ne alicui dicerent qd̄ factuꝫ erat.

dicebat ꝙ oportebat ipſm mori ⁊ tertia die reſurgere vide bat aūt multā diſtantiā ⁊ ſolitudinē. vnde cōſiderauit ꝙ plurimā haberet loc⁹ mortē ob hoc dixit: Bonū eſt nos hic eē. Aderat ēt moyſes qui nubem intrauit: ⁊ helias qui in monte ignē deduxit. Igit euāgeliſta ꝯfuſionē mē tis eius ex qua nō ꝓferebat oſtendens dixit: Neſciēs qd diceret. AVG. de con. euan. Quod aūt hic lucas di xit de moyſe ⁊ helia: Et factū eſt dum diſcederent ab illo: ait petrus ad ieſum: Preceptor: bonū eſt nos hic eē. Nō debet putari ꝯtrariū ei quod matheus ⁊ marcus ita cō iunxerunt petrum hec ſuggeſſiſſe: quaſi adhuc moyſes ⁊ helias cum domino loquerent. nō enim expreſſerūt tūc ſed tacuerunt potius quod iſte addidit illis diſcedētibus hoc petrū domino ſuggeſſiſſe. THE. Petro aūt dicen te: Faciam⁹ tria tabernacula. domin⁹ tabernaculum non manufactum fabricat: ⁊ in eum ingredit cum ꝓphet. vn de ſubditur: Hoc autem illo loquente facta eſt nubes et obumbrauit eos: ut oſtenderet ꝙ nō minor eſt patre. Si cut enim in veteri teſtamento in nube habitare dominuſ dicebatur: ſic ⁊ nunc nubeſ ſuſcepit dominū: nō caligino ſa ſed lucida. BASI. Nam obſcuritas legis tranſierat: ſicut enim fum⁹ ab igne: ſic nubes a luce cauſata eſt. Ue rum quia nebula ſignū tranquillitatis ē: quies future mā ſionis oſtendit ꝑ nubis operimentū. AM. Diuini enī ſpiritus eſt obumbratio iſta que nō caligat affectib⁹ ho minū: ſed reuelat occulta. ORI. Hanc autem gloriā di ſcipuli ſufferre nequeūtes: ꝓcubuerūt humiliati ſub po tenti dextra dei nimiū timentes: cum ſcirēt ꝙ dictū fuit moyſi: Non videbit homo faciē meam ⁊ viuet. vnde ſe quitur: Et timue. intran. il. in nubem. AMB. Cognoſce autem nubem iſtam nō coacti aeris caligine picea: ⁊ que celū tenebrarū horrore ſubtexerat: ſed lucidam nubē q̄ nos nō pluuialib⁹ aquis imadidet: ſed qua mentes homi ni in voce dei omnipotentis emiſſa fidei ros rigauit. ſe quit enim: Et vox fa. eſt de nube di. hic eſt fili. me. dilect⁹ Nō helias filius: nō moyſes filius: ſed: Hic eſt filiuſ quē ſolū videtis. CIR. Qualiter ergo oportebat eum q̄ re uera filius eſt: fcm̄ vel creatū exiſtimare: deo patre deſu per intonante: Hic eſt filius meus. q. d. nō vnus ex filijs: ſed qui vere ⁊ naturalit filius: ad cuius exemplar alij ſūt adoptiui. Illi ergo iuſſit obedi... e cum ſubdit: Ipſum au dite. Et magis ꝙ moyſen ⁊ heliā: quia chriſtus eſt finis legis ⁊ ꝓphetarū. vnde ſignanter euangeliſta ſubdit: Et dum fieret vox: inuent⁹ eſt ieſus ſolus. THE. Ne ſ. putaret aliquis hoc dcm̄: hic eſt filius meus dilect⁹: de moyſe vel helia fuiſſe ꝓlatū. AM. Receſſerūt ergo illi vbi ceperat dñs deſignari: tres etiā in ꝑncipio videntur vnus in fide: ꝑfecte enim fidei vnū ſunt. Ergo ⁊ illi quaſi recipiunt in chriſti corpus: quia ⁊ nos vnū erimus i xp̄o ieſu: aut forſaſſe q2 lex ⁊ ꝓphete ex verbo. THEO. Que aūt ex verbo ceperūt: in verbo deſinūt. ꝑ hoc enī innuit ꝙ vſq ad xp̄s aliqd lex ⁊ ꝓphete apparerent: ſic hic moyſes ⁊ helias. Poſtmodū aūt ſolus ieſus illis re cedentibus: nam tunc euangeliū manet tranſactis legali bus. BED. Et nota ſicut domino in iordane baptiçato ſic etiā in monte clarificato totius trinitatis myſteriū de clarari: quia gloriā illius quā in baptiſmate ꝯfitemur: in reſurrectōe videbimus. Nec fruſtra ſpūſſanct⁹ hic in lu cida nube: illic apparet in columba: quia qui nūc ſimpli ci corde fidem quā ꝑcipit ſeruat: tunc luce apte viſionis que crediderat contemplabit. ORI. Non vult autē ie ſus dici que ipſius ſpectant ad gloriā ante ſuam paſſio nē. vnde ſequit: Et ipſi tacue. ⁊ ne. dix. in il. die. quicquā ex his que viderant. Offenſi. n. fuiſſent: ⁊ ꝑcipue vulgus ſi vidiſſet crucifigi eum qui ſic fuerat glorificatus. DAMA. Hoc etiā ꝑcepit dñs: ſciens diſcipulos imꝑfectos qui nondū ſortiti erant plenā ſpūs ꝑticipatione: nec cor da alior qui nō viderāt ſubuerterent triſticia. Et ne pro ditor incitaret ad inuidie rabiem.

Factū eſt autem in ſequenti die deſcendenti bus illis de monte: occurrit illis turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicēſ: magr̄ obſecro te: reſpice in filium meū: q2 vnic⁹ eſt mihi. Et ecce ſpūs apprehendit eum: ⁊ ſubito clamat: ⁊ elidit ⁊ diſſipat eum cum ſpuma: ⁊ vix diſcedit dilaniāſ eum. Et rogaui diſcipulos tuos ut eijcerent illū ⁊ non potuerunt. Reſpondens aūt ieſus dixit: O generatio infidelis ⁊ peruerſa: vſqquo ero apud vos ⁊ patiar vos? Adduc huc filiū tuum. Et cū accederet: eliſit illum demoniū ⁊ diſſipauit. Et in crepauit Ieſus ſpiritū immundū ⁊ ſanauit pue rum: ⁊ reddidit illum patri eius. Stupebāt autē omnes in magnitudine dei.

BED. Loca reb⁹ ꝯgruunt. In monte dñs erat tranſ format: diſcipulis archana ſue maieſtatiſ apuit: i inferio ra deſcendēs: turbe occurſu excipit. vnde di: Factum eſt au. in ſe. die deſcē. il. de mon. oc. il. tur. multa. Surſū pa tris vocē pādit: deorſum ſpūs malos expellit. vnde ſeq tur: Et ec. vir de tur. excla. di. ma. obſe. te: reſpi. in fil. me um. TYTVS. Uidet mihi ſapiens quidē hic eſſe. nō enī dixit ſaluatori: Fac hoc vel illud: ſed reſpice. Hoc enī ſufficit ad ſalutē ſicut ꝓpheta dicebat: Reſpice in me ⁊ mi ſerere mei. Et dicit: In filiū meum: ut rōnabilem demon ſtret inuerecundiā: ꝙ ſolus in multitudine clamat. Ad dit: Quia vnicus eſt mihi. q. d. nullus alius expectat futu rus remediū ſenectutis. Conſequent explicat paſſionē ut audientē moueat ad pietatē dicens: Et ecce ſpi. appre hē. eū: ⁊ ſub. cla. ⁊ eli. ⁊ diſ. eum cum ſpu. ⁊ vix diſce. di la. eum. Deinde videt criminari diſcipulos. Sed magis reſpondit ꝙ iuſte verecundiā depoſuerit dicēs: Et roga ui diſcipulos tu. ut eij. il. ⁊ nō potuerūt. q. d. nō putes ꝙ leuit ad te ꝑuenerim: ſtupenda eſt dignitas tua: nec ſtatim te moleſtaui: ad diſcipulos tuos acceſſi ꝑmo: nūc q2 non curauerūt: cogor ꝓficiſci ad te. vnde ⁊ dñs nō ipſm ſ3 ge nus incredulū increpat. Sequit: Reſpon. au. ie. O gene. infi. ⁊ puer. vſqquo ero apd vos: ⁊ pa. vos? CHRY. Sed hunc hominē multū infirmari in fide euangeliorū ſcriptura oñdit ex pluribus: ex eo. ſ. ꝙ dixit: Adiuua in credulitatē meā: ⁊ ſi potes. ⁊ ex eo ꝙ chriſtus dixit: Cre denti oīa poſſibilia ſunt. CIR. Unde meliuſ puto incre dulū reputatū demoniaci patrē ꝙ ⁊ ſacros aplos abiur gauit dicens eos nō poſſe imperare demonib⁹: potu⁹ au tem erit honorādo deū ab eo petere grām: annuit enī ve neratus. Qui autem dicit debilitati erga virtutē que eſt i ſpūs malignos: eos quia chriſti adepti ſunt poteſtatem eijciendi eos: grām magis calūniat ꝙ fulgentes ea in qui bus xp̄s operat. vnde offendit chriſtus accuſatis ſanct quib⁹ eſt cōmiſſū verbū ꝑdicationū ſacrarū: pp qd do minus increpat eum ⁊ ꝯcordes ei dicens: O generatio i fidelſ ⁊ pueſa. q. d. Cā tue infidelitatis: grā effectū ſorti ta nō eſt. CHRY. Nō aūt dirigit ſermonē ad eū tm̄: ſed ad oēs iudeos: ne faciat eū heſitare: oportebat enim ſcādaliçari ꝙplures. THEO. ꝙ āt dicit: Peruerſa. de mſat ꝙ nō a ꝑncipio neqꝫ naturalit inerat eis malicia: ſ3 nā quidā erant recti ſemen abrae exñtes: ſed per malicia erant puerſi. CIR. Quaſi neſcientes ꝓcedere rectis in ceſſibus. cum eis aūt qui ſic ſunt diſpoſiti: chriſtus com morari dedignatur. vnde dicit: Uſqquo ero apud vos ⁊ patiar vos: ferens quaſi moleſte eorum conuerſatōē ꝓpter prauitatem ipſorum. CHRY. Per hoc etiam oſtendit deſideratum ſibi eſſe ſuum receſſū: ⁊ ꝙ nō erat graue crucis patibulum: ſed magis ipſorū conuerſatio BED. Non ꝙ tedio ſuperatus ſit manſuetus ⁊ mitis: ſed in ſimilitudine medici ſi egrotum videas contra ſua ꝑcepta ſe



gerere dicat: vſqquo accedam ad domum tuam: me aliud iubente: te aliud faciente. In tantū aūt nō eſt iratus homini: ſed vitio vt ſtatim intulerit. Adduc huc filiū tuū. TYTVS. Poterat quidem ſolo iuſſu eū liberare: ſed ꝓpalat ſuam paſſionē ſubijciens infir mū preſentiā viſioni. Deinde demoniū poſtq̄ dominū ſenſit: concutit puerū. vnde ſequitur: Et cum acce. eli. illū demo. ⁊ diſſipauit. vt ſic prius exprimatur paſſio: dein de adhibeatur remediū. CHRY. Non tamen hoc do minus ad oſtentationem facit: ſed cauſa p̄ris: vt cū vide rit demoniū conturbari propter ſolā vocationē: ſic ſaltē inducat ad fidē futuri miraculi. de quo ſeqt: Et incre. ie ſus ſpiritū immun. ⁊ ſanauit pue. ⁊ red. il. patri eius. CIRYL. Antea aūt nō erat patris ſed demonis occu pantis. Subdit aūt euāgeliſta ſtupere plebē in magnalijſ dei dicēs: Stupebāt aūt oēs in magnitudine dei. qd di cit propter donū chriſti: qui ſacris quoqꝫ apoſtolis con tulit poteſtatē agendi diuina miracula ⁊ imperandi de monibus. BE. Myſtice aūt pro qualitate meritorum quotidie alijs aſcendit dominus dū perfectos quor cō uerſatio in celis ē ſublimius extollendo glorificat: ⁊ de eternis inſtruit: ⁊ docet que a turbis audiri non valent. Alijs aūt deſcendit: dū terrenos ⁊ inſipientes cōfortat docet ⁊ caſtigat. Hūc aūt demoniacū: mattheus lunati cū: marcus ſurdū ⁊ mutū deſcribit. Significat enī illos qui. vt luna mutātur per diuerſa vitia creſcētes ⁊ decre ſcentes: qui muti ſunt nō cōfitendo fidē. Sic ſurdi: nec ipſm fidei audiēdo ſermonē. dū puer aūt ad dñm accedit elidit: q2 ꝯuerſi ad dñm plerūqꝫ a demonio grauī⁹ pulſā tur: vt vl odiū v̄tutis icutiat: vel expulſiōis ſue vidicet iniuriā: ſicut eccleſie ꝑmordijs tot grauiſſima intulit certa mīa: quot ſuo regno doluit ſubito illata diſpendia. Nō puer aūt q̄ vim patiebat: ſ3 demonē q̄ iſerebat icrepat q2 peccātē emēdare deſiderat: vitiū arguēdo ⁊ odiendo depellere: ſ3 hoiē debet amādo refouere donec ſanatū ſpūalibus eccleſie poſſit reddere patribus.

Omnibuſqꝫ mirantibus in oībus que facie bat: dixit ad diſcipulos ſuos: Ponite vos in cor dibus veſtris ſermones iſtos. Filius enī hoīs fu turū eſt vt tradat in manus hoīum. At illi ignora bant verbū iſtud: ⁊ erat velatū ante eos vt nō ſen tirēt illud: ⁊ timebāt eū iterrogare de hoc v̄bo.

CI. Oīa q̄cūqꝫ opabat ieſus admiratōe digna penes oēs erāt. irradiabat. n. quidā ꝑcipuū ⁊ diuinū i q̄lib3 opa tōe ip̄i⁹ ſ3 illō: Gloriā ⁊ decorē ſuppones ei. Et ſi oēs q̄ dē mirarēt i his q̄ faciebat: ipſe tm̄ h̄ q̄ ſequit: nō oīb⁹ ſed diſcipulſ retulit. vñ di: O ībuſqꝫ mirā. i oī. que facie. dixit ad diſci. ſuos: Po. vos i cor. ve. ſmo. iſtos. Oñderat in mōte diſcipulis glām ſuā: ⁊ poſt hoc liberauerat quēdā a ſpū nequā: ſed oportebat eū ſuſtinere paſſionē ꝓ nobiſ Poterāt aūt diſcipuli ꝯturbari dicētes: Nūquid decepti ſum⁹ dū deū eē eū arbitraremur? Ut ergo ſcirēt qd circa ipſm futurū erat velut quoddā depoſitū iubet eos i men te hīe paſſionis myſteriū dicēs. Poni. vos in cor. vr̄is. Qd dicit Uos: diſtinguit eos ab alijs. Neqꝫ. n. oporte bat vulgares ſcire qm̄ paſſurus eēt: ſ3 erāt potī⁹ certifi cādi: qm̄ moriturus reſurgeret deſtruēs mortē ne ſcādali çarēt. TYTVS. Cūctis igit admirātib⁹ ſigna: ipſe ꝑnun ciat paſſionē: nō. n. ſigna ſaluāt: ſ3 crux bñficia ꝑſtat. vñ ſubdit. Fili⁹. n. ho. futu. ē vt trada. in ma. hoiū. ORI. Nō aūt exꝑmit manifeſte a quo tradēdus ſit: alijs enī dicit eū traditū a iuda: alijs a pplo. Paulus aūt dic ꝙ deus pr̄ ꝓ nobis oīb⁹ tradidit eū: ſ3 iudas tanq̄ ꝓ pecu nia tradēs eū hoſtiliter ꝓdidit: ſ3 p̄r beneficiū eū. THE. Eor aūt īfirmitati dñs ꝯdeſcēdēs: ⁊ eos diſciplina qua dā gubernās: qd de cruce dictū ē itelligere nō ꝑmiſit. vñ ſeqt. At il. igno. ver. iſtud: ⁊ erat vela. an. eos vt nō ſentī. illud. BE. Hec ignorātia diſcipulor nō tā de tarditate q̄ de amore naſcit: q̄ carnales adhuc ⁊ myſterij crucis igna ri: quē deū ver credideꝛāt: moriturū credē nequerīt. Et q2 ꝑ figuras eū ſepe loquētē audire ſolebāt: etiā q̄ de ſua traditiōe loq̄bat: figuratiue eū illud ſignificare putabāt CI. Dicet aūt aliqs forſan: qualr ignorauerunt diſcipuli crucis xp̄i myſteriū cū ꝑ vmbrā legis i plurib⁹ locis tā geret: S3 vt paulus ꝯmemorat vſqꝫ ad hodiernū diem qñ legit moyſes velamē adiacet cordi eor. Expedit g̃ ac cedētes ad xp̄m dicē: Detege oculoſ meoſ ⁊ ꝯtēplabor mi rabilia ð lege tua. THE. Uide ēt diſcipulor reuerētiā in hoc qd ſeqt: Et time. int. eū ð hoc v̄. Nā timor gradus ē reuerētie.

Intrauit āt cogitatio i eos: qs eor maior eēt. At ieſus vidēs cogitatōes cordis illor apphēdit puerū ⁊ ſtatuit illū ſec⁹ ſe ⁊ ait illiſ: Quicūqꝫ ſuſce pit puerū iſtū in noīe meo: me recipit ⁊ q̄cūqꝫ me recepit recipit eū q me miſit. Nā q mior ē iter oēs vos hic maior ē. Rñdēs aūt ioānes dixit: Prece ptor: vidimus quendā in noīe tuo eijcientem de monia ⁊ ꝓhibuimus eū: q2 nō ſequitur te nobiſ cū. Et ait ad illos ieſus: Nolite prohibere. Qui enī non eſt aduerſum vos: pro vobis eſt.

CIRY. Inſidiat diabol⁹ multimode diligētib⁹ optimā vitā. ⁊ ſiqdē ꝑ carnales illecebras obſidē valet alicuius mētē affect⁹ voluptatū exacuit: ſiqs hos effugerit laqos cupidinis: glie ſuſcitat paſſionē: q̄ qdē paſſio vane glie i uaſit quēdā ex plor ſuor. vñ di. Intra. au. co. i eoſ qſ eo. eēt maior. hoc enī cogitare ē cupiētī ceteris ſupeſſe. Im probabile aūt puto oēs diſcipulos hāc egritudinē icur riſſe: ⁊ iō ne crimē aliqd ꝯtra aliquē diſciplor euāgeliſta machiari videt exꝑmit idetermiate dicēs: ꝙ itrauit i eoſ cogi. THE. Uidet aūt hāc paſſionē ex hoc ortā fuiſſe ꝙ demoniacū curare nō valuerūt: eis de hoc altercan tibus: vno dicente ꝙ non ꝓpter meā impotētiam ſed al terius curari nō voluit: vt ex hoc accenſa contentio fue rit quis eorum maior eſſet. BED. Uel quia viderant pe trū iacobū ⁊ ioānē ſeorſum ductos in montē: ⁊ petro cla ues regni celorum promiſſas fuiſſe irati ſunt: vel ipſos tres ceteris: vel petrū oībus eſſe ꝑlatū: vel q̄a tributi ſo lutione petrū ipſi dño parificatum viderant: ipſum pre ceteris arbitrabantur preferendū. Sed diligens lector hanc intra eos queſtionem propter didrachma redditū inueniet fuiſſe v̄ſatā. Deniqꝫ mattheus hoc in capharna um memorat eſſe geſtum. dicit autem marcus: Et vene runt capharnaum qui cum in domo eſſent interroga bat eos: quid in via tractabatis? At illi tacebāt: Siqui dē inter ſe in via diſputauerūt qs illorū eſſet maior. CYRYL. Dominus autem qui nouit ſaluos facere videns in mente diſcipulorum ſuper hoc cogitationem exortā velut quandam amaritudinis radicem prius q̄ augmen tum ſuſciperet: radicitus eam euellit. cum. n. ichoant paſ ſiones in nobis facile deuincūtur: ſed aucte difficile ſunt mobiles. vñ ſeqt: At ieſus vi. cog. cor. eo. appre. pu. ſta. eū pe. ſe. Diſcat q̄ nudū hoiem putat eē ieſū ſe erraſſe. Quis enī v̄bū caro factū ſit: māſit tñ deus nā ſolius dei ē poſſe rimari corda ⁊ renes. ꝙ aūt puer aſſūpſit ⁊ po nebat penes ſe: agebat cā aplor vtilitatis ⁊ nr̄e. Depa ſcitur enim inanis glorie morbus vt plurimū: qui ꝑemi nent in hoībus alijs. Puer aūt ſynceram gerit mentem immaculatum cor: ⁊ manet in ſimplicitate cogitationū. nos ambit honores: nec nouit cuiuſuis prerogatiue modum: nec refugit videri non min⁹ ſe hr̄e: multā ge rit ſeueritatē i mēte ⁊ corde. Tales aūt dñs amplexatur ⁊ diligit: ⁊ prope ſe dignatur habere. q. qui elegerūt que ſua ſunt ſapere. Ait. n. Diſcite a me: q2 mitis ſum ⁊ humi

 

lis corde. vñ ſequit: Et ait: quicūq; ſuſceperit iſtū in noīe meo: me recipit. q.d. quādo vna ⁊ eadē ē merces honorantibus ſanctos: ſiue forſan minim⁹ ſit: ſiue pclarus honore ⁊ gloria: quia in eo chriſtus ſuſcipitur: quo non vanum eſt petere inuicem fungi prerogatiua. BEDA. In hoc aūt nō ſimpliciter paupes chriſti ab his qui velint eſſe maiores: p eius docet honore ſuſcipiēdos: vel malicia paruulos iſtos eſſe ſuadet. vnde cū diceret: Quicūq; ſuſcepit pueꝝ iſtū: addit in noīe meo. vt. ſ. formā virtutis quā natura duce puer obſeruat: ipi p noīe xpi rationis induſtria ſequāt. Sed q2 ⁊ ſe in puero ſuſcipi docet ⁊ ipſe puer natus ē nobis: ne putaret hoc eē ſolū quod videbat ſubiūxit: Et quicūq; me recipit: recipit illū q̄ miſit me. Tal'ē ſe vtiq; ac tantū credi volēs: q̄lis ⁊ q̄tus ē pr̄. AM. Qui. n. imitatorē xpi rcipit: xp̄ʒ rcipit: ⁊ q̄ imaginē dī recipit deū rcipit. Sʒ q2 imaginē dei n̄ poteram⁹ vidē facta ē nobis p incarnationē vbi pñs: vt recōciliaret nobis q̄ ſupra nos ē diuinitas. CI. Adhuc aūt magis inſinuat pmiſſi verbi intentionē dicēs: Nā qui minor ē īter vos oēs: hic maior ē. Qd de modeſto dicit: qui nihil de ſe ſublime putat ppter honeſtatē. THE. Quia dñs dixerat: Qui minor ē inter vos oēs hic maior ē. timuit ioānes ne forte malū aliqd fecerit: ppria poteſtate quendā hoīem phibētes: nā phibitio nō minorē phibētem oſtēdit: ſed maius aliqd ſapiētem vnde ſubdit Rñdēs aūt ioānes dixit: Preceptor vidim⁹ quēdā ī noīe tuo eijciētem demonia: ⁊ phibuim⁹ eū. Nō quidē inuidētes: ſʒ opationē miraculoꝝ diiudicātes. n̄. n. cū eis miraculoꝝ ptātē acceperat: neq; eū dominus miſerat ſicut illos neq; ieſum in omnibus ſequebatur. vnde ſubdit: Qui nō ſequitur te nobiſcū. AM. Joānes eni plurimū diligēs: ⁊ iō remuneratus excludēdū putat beneficio eū qui nō vtatur obſequio. CI. Sed oportebat magis penſare non huc ipſū eſſe miraculorum auctorē: ſed gratiā que eſt in eo qui in virtute chriſti miracula pficit. Quid aūt ſi nō ↄnumerat multe ſunt differētie xpi donoꝝ: ſed q2 tradidit ſaluator ptātē aplis vt ſpūs imūdos eijcerēt: putauerūt nulli alioꝝ q̄ ſibi ſolis licere cōceſſam gerere dignitatē: ⁊ iō accedūt ſciſcitātes ſi liceat ⁊ alios hoc agere. AM. Nō rephendit aūt ioānes q2 amore faciebat: ſʒ docet vt nouerit infirmoꝝ eē firmoꝝq; diſtātiā. Et iō dñs ⁊ ſi fortiores remunerat tamē nō excludit īfirmos vnde ſequit. Et ait ad il. ie. Noli. phi. Qui. n. nō ē aduer. nos: p no. eſt. Bene dñe: nā ⁊ ioſeph ⁊ nicodem⁹ occulti diſcipuli ppt metū: i tpe tñ ſuū tibi offm̄ nō negauerūt. ſed tñ qui alibi dixiſti: qui nō eſt mecū aduerſum me eſt: ⁊ qui mecū nō colligit diſpergit: aperi nobis ne videat ↄtrariū. ⁊ puto q2 ſi q̄s metiū ↄſideret ſcrutatorē: nō dēat dubitare vniuſcuiuſq; factū mēte diſcernit. CHRY. Illic. n. cū dixit: Qui nō eſt mecū aduerſum me eſt: oſtendit diabolum ⁊ iudeos ſibi eſſe contrarios: hic aūt oſtendit eū q̄ i noīe chriſti demones eijciebat in pte cum eis exiſtere. CI. q.d. Pro vobis qui chriſtum diligitis: ſunt qui perſequi volunt que ad ipſius gloriā ſpectāt: eiuſdem gratia coronati. THE. Mirare aūt chriſti virtutē qualiter per indignos ⁊ non diſcipulos eius grā operat: ſicut ⁊ per ſacerdotes ſanctificant hoīes: q̄uis ſacerdotes ſancti nō fuerint. AM. Cur aūt hoc eos qui poſſunt per manus impōem imūdis iperare ſpiritibus in noīe ieſu neget eē phibēdos: ſm matheum dicē his: Non noui vos Sed aduertere debem⁹ nō eſſe ſniaꝝ diſcordiā ſʒ illud cenſeri q̄ n̄ ſolū officiū i clericos: ſʒ etiā virtuti opa requirāt vtriq; eſſe xpi nomē vt etiā parū ſanctis opituleť ad graꝝ vñ nemo purgati hoīs ſibi grāꝝ vēdicet: i quo eterni noīs vt⁹ opata ſit: nō. n. merito ſuo diabolus: ſed odio ſui vicit

BEDA Itaq; in hereticis ⁊ malis catholicis non ſacramenta cōmunia in quibus nobiſcum ſunt: ⁊ aduerſū nos non ſunt: ſed diuiſionē paci veritatiſq; contrariam qua aduerſum nos ſunt ⁊ dominum nō ſequuntur: nobiſcum deteſtari ⁊ phibere debemus.

**Factū eſt aūt dū cōplerent dies aſſūptiōis ei⁹ ⁊ ipſe faciē ſuā firmauit vt iret in hieruſalē. Et miſit nūcios ante cōſpectū ſuū: ⁊ eūtes intrauerūt i ciuitatē ſamaritanorū vt parēt illi. Et n̄ receperūt eū quia facies ei⁹ erat eūtis hieruſalē. Cū vidiſſent aūt diſcipuli ei⁹ iacobus ⁊ ioannes dixerūt: Dñe vis dicim⁹ vt ignis dſcēdat de celo ⁊ ↄſūmat illos et ↄuerſus icrepauit illos dicēs: Neſcitis cui⁹ ſpiritus eſtis. fili⁹ hoīs nō venit aīas pdere ſʒ ſaluare Et abierūt in aliud caſtellū.**

CIRYL. Cum imineret tempus quo decebat dominū peracta paſſione ſalubri: celum aſcendere: decreuit aſcēdere hieroſolymam. vnde dicitur: Factum ē au. dum cōple. di. aſſum. eius ⁊ ipſe faci. ſu. firma. vt iret in hieruſalem. TYTUS. Quia ibi oportebat verum agnum offerri vbi figuralis agnus imolabatur. Dicit autem: Firmauit faciem ſuā. i. n̄ huc ⁊ illuc ibat: nec pambulabat vicos ⁊ municipia: ſed iter tenebat verſus hieruſalem. BEDA. Ceſſent ergo pagani quaſi hominem videre crucifixum: quem ⁊ tempus ſue crucifixionis cōſtat quaſi deum preuidiſſe: ⁊ quaſi ſponte crucifigendus locum quo crucifigendus erat firmata facie ideſt obſtinata atq; imperrita mente petiſſe. CIRYL. Miſit autem nūcios paraturos ei ⁊ comitibus eius hoſpitium: qui cum iuiſſent ad terram ſamaritanorum: non fuerunt admiſſi vnde ſequitur: Et mi. nun. ſu. ante conſpe. ſuum. Et eun. intrane. in ciuita. ſamari. vt para. il. ⁊ non recepe. illum

AMBRO. Diſce quia recipi noluit ab his quos ſciebat non ſimplici mente cōuerſos: nam ſi voluiſſet ex in deuotis deuotos feciſſet. ſed deus quos dignatur vocat: ⁊ quem vult religioſum facit. Cur autē non receperūt euāgeliſta memorat dicens: Quia facies ei⁹ erat euntis in hieruſalem. THEO. Sed ſi intelligamus q̄ propter hoc illum non receperunt: quia ire hieruſalem determinauerat: inueniunt hi excuſati q̄ n̄ receperunt eū Sed dicendum eſt q̄ in hoc q̄ dicit euangeliſta: Et nō receperunt illum. intelligitur illō q̄ neq; in ſamariam venit. deinde quaſi aliquo interrogante: quare non receperunt ipſum: neq; eos adiuit: hic dicitur: non quia impotens eſſet: ſed q̄ illuc ire nolebat: ſed magis hieroſolymam. BEDA. Uel hieruſalem ire conſpiciunt ſamaritani: dominum non recipiunt. nō enim coutuntur iudei ſamaritanis: vt ioannes oſtendit. CIRYL. Sed cum dñs qui omnia nouerat ſciret q̄ eius nunq̄ non eſſent a ſamaritanis recipiendi: ideo tamen precepit eis q̄ precederent: q2 mos erat ei omnia ſatagere erga profectū diſcipulorum. Aſcendebat quidem hieroſolymam ppinquante tempore paſſionis. vt igitur quando pati eū viderent ſcandaliçarentur: conſiderantes q̄ oportet patientes eſſe cum contumelias inferant aliqui: premiſit quaſi quoddam preludium ſamaritanorum repulſam. Profuit autem eis ⁊ aliter. Futuri enim erant doctores orbis terrarum: ciuitates ⁊ villas percurrentes ad predicandum euangelicam doctrinam: quibus aliquando occurrerent aliqui minime recipientes ſacratā predicationem: quaſi non concedentes ſecum commorari ieſū. Docuit igitur eos q̄ diuinam annunciantes doctrinam pleni eſſe debebant patientia ⁊ manſuetudine. Non autem hoſtiles ⁊ iracundi: ⁊ in peccantes in eos atrociter inſurgentes: ſed adhuc n̄ ſunt tales: imo zelo feruido cōcitati: volebant ignem de celo ſuper eos deducere. Sequitur: Cum vi. au. diſci. eius iaco. ⁊ io. dixe. Domine vis dici. vt ig. deſcen. de ce. ⁊ conſum. illos? AMB. Sciebat enim ⁊ phineés reputatum ad iuſticiam: quia ſacrilegos interemerat: ⁊ ad preces helie ignem deſcendiſſe de celo: vt pphete vindicaret iniuria. BE. Sācti enim viri qui optime ſcirēt mortē iſtā que animā diſſoluit a corpore nō eſſe formidandā: ſʒ eoꝝ tñ animū qui illā timerēt: nōnulla peccata morte punirēt quo ⁊ viuentibus vtilis metus incuteret: ⁊ illis qui morte puniebant: nō ipſa mors noceret: ſed peccatū qd augeri poſſet ſi viuerēt. AM. Sʒ vindicet qui timet. vindictā nō querit: q̄ nō timet. ſimiliter oſtēdit nobis in apoſtolis fuiſſe merita pphetaꝝ: qñ eandē ſibi ptātē quā ppheta meruit impetrādi iure pſumūt: q̄ ad ſmonē ſuū ignis de celo deſcenderit: qm̄ filij ſunt tonitrui. TYTUS. Cēſet aūt ab eis multo iuſtius eſſe ſamaritanos perire: dñm nō admittētes: q̄ q̄nquaginta ſeruū excludere tētantes. Dñs aūt in eos nō ↄmouet: vt oñderet q2 nō hʒ vltionis ſtudiū pfecta virtus nec vlla ſit iracūdia vbi plenitudo ē charitati nā nec excludēda ē infirmitas: ſed iuuāda pcul a religioſis indignatio: pcul a magnanimis cupiditas vltionis. vñ ſequit: Et ↄuer. incre. il. ⁊ di. Neſcitis cu. ſpi. eſtis? BED. Reprehēdit i eis dñs nō exēplū pphete ſancti: ſed ignorātiā vīdicādi que adhuc erat i rudib⁹: aīaduertēs eos nō amare correptionē: ſed odio deſiderare vidictā. Itaq; poſteaq̄ eos docuit: quid eēt diligere pximū tanq̄ ſeipm: infuſo ⁊ ſpūſancto nō defuerūt tales vidicte q̄uis multo rarius q̄ in veteri teſtō: q2 ſicut ſequit: Fili⁹ hō. non ve. ani. pde. ſed ſaluare. q.d. ⁊ vos ergo q̄ eius ſpū ſignati eſtis etiā acta eius imitamini: nūc pie cōſulentes: ſed in futuro iuſte iudicātes. AM. Nō eni ſemp in eos qui peccauerūt eſt vindicandū: quia nonnūq̄ amplius pdeſt clementia tibi ad patiētiam: lapſo: ad correptionē. Denique ſamaritani citius crediderūt a quibus hoc loco ignis arcetur.

**Factum eſt aūt ambulantibus illis in via dixit quidam ad illū: Sequar te quocunq; ieris. Dixit illi ieſus: Uulpes foueas habent: ⁊ volucres celi nidos: filius aūt hoīs non hʒ vbi caput ſuum reclinet. Ait aūt ad alterū: Sequere me. Ille autem dixit: Dñe pmitte mihi primū ire: ⁊ ſepelire patrē meū. Dixitq; ei ieſus: Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu aūt vade ⁊ annūcia regnū dei Et ait alter: Sequar te dñe: ſʒ pmitte mihi primū renunciare his qui domi ſunt. Ait ad illum ieſus Nemo mittens manum ſuam in aratrum ⁊ aſpiciens retro: aptus eſt regno dei.**

CIRY. Et ſi munificus ſit oīum dñs: nō ſimpliciter ⁊ improuide ſingulis dat ſuperna ⁊ diuina dona: ſed illis q̄ digni ſunt recipe: qui. ſ. aīam ſuā alienāt a maculis prauitatū: ⁊ hoc nos docet euāgelicoꝝ vboꝝ vīus cū dicit Factū ē au. ābu. il. in via: di. q̄. ad illū. Sequar te quocunq; ieris. Primo quidē plurima ↄtinet in acceſſu inertia ↄñter oñdit q̄ plenus ſit impudētia nimia. neq;. n. ſimiliter xp̄m ſequi petebat. ſicut alij plures de populo: ſed magis inſiliebat ad aplicas dignitates: cū paulus dicat. Nō aſſumat q̄ſq̄ ſibi honorē: ſʒ a dō vocat⁹. ATHA. Auſus ē et fuit cōpare ſe incōprehēſibili ſaluatoris ptāti dicēs: Sequar te quocūq; ieris. eo q̄ ſequi ſaluatorem ſimplr ad eius audiēdū doctrinā poſſibile ē humane nature ppꝛietate qua fungit erga hoīes: nō ē aūt poſſibile ſecū cōcurrere vbilibet exñti: ipſe nāq; incōprehēſibilis eſt: ⁊ non circunſcribitur loco. CIRY. Alio quoq; mō non immerito recuſabilē facit eū: decebat eni ipm crucē ſuā accipe ad ſequēdū dñm: ⁊ abrenūciare pñtis vite affectibus. ⁊ hoc dñs i eo reprehēdit: nō vituperās ſʒ corrigēs. Sequit: Et ait ieſus: Uulpes foueas hñt: ⁊ volu. ce. ni. fili. aūt ho. nō habʒ vbi ca. ſu. reclinet. THEO. Quia eni viderat dñm multū populū adducentē putauit q̄ ab eis hēt precium: ⁊ q̄ ſi ipſe dñm ſequeret poſſet pecuniā cōgregare. BE. Unde dī ei: Quid me ppter diuitias ⁊ lucra hui⁹ ſeculi cupis ſequi: cū tāte ſiʒ paupertatis vt nec hoſpitiolū quidē habeā ⁊ non meo vtar tecto? CHRY. Aſpice qualiter paupertatē quā dñs docuerat p opera demōſtrat. Nō erat ei mēſa: nō cādelabrū nō domus: nec quicq̄ aliud taliū. CI. Myſtice aūt ſignificatio: vulpes ⁊ volatilia celi malignas ⁊ aſtutas poteſtates demonum vocat. q.d. quando vulpes ⁊ volatilia i te māſionē hñt: qualiter xp̄s i te requieſcet? Quid cōe ē luci ⁊ tenebris? ATHA. Uel i hoc dñs magnitudinē ſui muneris docet. q.d. O iā generabilia circūſcribi pñt: vbū vo dei incōprehēſibilis ptātis ē. Et iō ne dicas: Sequar te quocūq; ieris. Ceteꝝ ſi velis diſcipulus fieri: abdicēs irrōnabilia: eo q̄ impoſſibile eſt eum qui morat in irrationabilitate: vbi diſcipulū fieri. AM. Uel vulpes hereticis ↄparat: fallax quippe aīal ⁊ inſidijs ſemp intentū ⁊ rapinā fraudis exercet. Nihil tutū: nihil ocioſū: nihil patit eſſe ſecurū eo q̄ intra hoſpitia hominum predam requirit. Ita ſunt heretici: qui domū ſibi parare non norunt: ſed circūſcriptionibus ſuis alios decipere conant hoc aīal neq; māſueſcit vnq̄. vñ aplſ ait: Hereticū poſt vnā correctionē deuita. volucres vō celi frequenter ad nequitie ſpiritalis ſimilitudinē deriuātur: ⁊ veluti nidos quoſdā ſtruūt i pectorib⁹ iproboꝝ. ⁊ ideo dñante verſutia in affectibus ſinguloꝝ nulla pōt diuinitatis eſſe poſſeſſio. Ubi aūt mentē pbauerit innoxiā: ſupra ipſum quodāmodo vim ſue maieſtatis reclinat: q2 profuſiore q̄dā gratia pectoribus inſerat. Sic igit non videt conuenire rōni vt ſimplicē fideleq; ipſum arbitremur: qui domini dignatione reſpuit: cum indefeſſi famulatus obſequium ſpopōdiſſet. Sed dñs nō obſequioꝝ ſpeciem ſed puritatē querit affectus. nec obſequiū eius admittit: cuius n̄ probatur officiū. circūſpectū etenī fidei dʒ eē hoſpitiū nedū infidelibus nr̄e domus interna reſeram⁹. i alienā pfidiā iprouida crudelitate labamur. Itaq; vt aduertaſ deū nō cultū aſpernantē eē ſed fraudis: qui repudiauit fraudulentū elegit innocētem. Sequitur: Ait aūt ad alterū Sequere me. Sed hoc dicit ei cuius pr̄em iam ſciebat mortuū. vñ ſequit: Ille aūt dixit: Dñe pmitte mi. pri. ire ⁊ ſepe. pa. meū. BED. Nō diſcipulatū reſpuit: ſed expleta primum paterni funeris pietate: liberior aſſequi deſiderat. AM. Sʒ dñs quos miſerat aduocat. vñ ſequit Dixitq; ieſus: Sine vt mor. ſepe. mor. ſu. tu aūt va. ⁊ annū. reg. dei. Cū religioſū humani corporis ſepeliēdi acceperim⁹ offm̄: quō pēni quoq; funeris ſepultura phibet niſi vt itelligas hūana poſt habēda diuinis: bonū ſtudiū ſʒ mai⁹ ipedimētū nā qui ptitur ſtudiū deriuat affectū qui diuidit curam differt profectum: ergo prius ſunt obeūda q̄ maxima: nā ⁊ apl̄i ne occuparent ſtudio diſpēſandi miniſtros pauperibus ordinarūt. CHRY. Quid aūt magis neceſſariū pēnis exeqſis: qd facili⁹: cū nō eēt multū tpis dādū: p hoc docemur q̄ minimū tp̄s fruſtra ducere decet: ⁊ ſi mille cogētia ſunt: imo pferre ſpiritalia cūctis admodū neceſſarijs. Diabolus. n. inſiſtit attētius volēs aliquē aditū īuenire: ⁊ ſi modicā ſumat negligētiā magnā operat puſillanimitatē. AM. Nō ergo paterni funeris ſepultura phibetur: ſed neceſſitudini generis diuine religionis pietas antefert. Illud ↄſortibus relinquitur: hoc mandatur electis. quō aūt mortui ſepelire mortuos poſſunt: niſi geminā hic intelligas mortē: vnā nature: alterā culpe. Eſt etiā mors tertia: i qua peccato morimur deo viuim⁹. CHRY. Cū ergo dixiſſet mortuos ſuos: oñdit hūc nō eē mortuū ei⁹. puto eni ō nūero īfidelū fuiſſe defunctū. AM. Aut q2 ſepulchrū patens eſt guttur ipſoꝝ: memoria eoꝝ abolēda pſcribit: quoꝝ ſimul cū corpe meritū occidit: nec reuocat ab officio patris filius ſed fidelis a perfido cōmunione ſecernit: nō interdictū ē muneris: ſʒ religionis myſteriū cōmunionē nobis cū gētibus mortuis nō futurā. CIRY. vel aliť: Erat. n.

pſ ſenectute grauatus .putat aūt honeſtū aliq̄d agere dū
ꝓponeret obſeruare ei debitā pietatē: ſm illud: Honora
prēm tuū ⁊ mrēm tuā. vñ vbi vocatus ē ad euāgelicum
myſteriū dicente dño: Sequere me. q̄rebat inducias q̄
ſufficere poſſent ad decrepiti pr̄is ſuſtētationem dicēs:
Permitte mihi primū ire ⁊ ſepelire patrē meū. nō q̄ de-
functū patrē ſepelire rogaret: neq̄ȝ. n. chriſtus hoc agere
volentē īpediuiſſet: ſed dixit ſepelire. i. ſuſtētare i ſenectu
te vſq̄ȝ ad mortē. Sed dñs ad eū dixit: Sine mortuos
ſepelire mortuos ſuos. erāt. n. ⁊ alij curatores linea pa-
rētele aſtricti: ſȝ vt eſtimo mortui eo q̄ nōdū chriſto cre
diderāt. Hinc pcipe q̄ ꝓferenda ſit pietas qua deo tene
mur amori parētū: quibus reuerētiā exhibem⁹: q2 p eos
geniti ſum⁹. Sȝ oīum deus cū nō eſſemus ad eē nos cō
duxit: parētes aūt facti ſūt miniſtri īroitus ad eē. AV.
de cō. euā. Hoc ḡ dicebat dñs illi cui dixerat: Sequere
me. Alius vō diſcipulus miſit ſe in medio: cui nemo ali
quid dixerat. vñ ſequit: Et alter ait. Sequar te dñe: ſed
ꝑmū ꝑmitte mihi ire ⁊ renūciare his q̄ domi ſunt: ne for
te quo fieri ſolet querāt me. CI. Imitāda aūt hui⁹ mōi
ꝓmiſſio ⁊ oī laude plena: ſed q̄rere renunciare his q̄ do
mi ſunt licentiando ſe ab eis: oñdit q̄ vtcūq̄ȝ diuiſus ſit
a dño: dū hoc pfecte adire ꝓpoſuerit mēte. nā velle con
ſulere ꝓximos nō ꝯſenſuros: huic ꝓpoſito indicat ſe vt
cūq̄ȝ labētē pp q̄d dñs hoc iprobat. Seq̄t: Ait ad illū ie
ſus: Ne mittēs manū ſuā in aratrū ⁊ reſpiciēs retro apt⁹
eſt regno dei. Appoſuit manū aratro: qui affectuoſus ē
ad ſequēdū: tñ reſpicit retro q̄ dilationē petit: occaſione
redeundi ad dñȝ: ⁊ cū ꝓpinqs ꝯferēdi. AV. de vbis dñi
q. d. ei: Uocat te oriens: ⁊ tu attēdis occidētē. BE. Ma
nū ēt cuilibȝ i aratrū mittere ē q̄ſi quodā ꝯpūctōis iſtro
ligno ⁊ ferro dñice paſſionis duritiē ſui cordis atterē at-
q̄ȝ ad ſerēdos bonoꝝ opeꝝ fructus aperire: quā ſiq̄s ex
colere incipiēs cū vxore loth ad ea que reliq̄rat reſpice
re delectat: futuri iā regni munere ꝑuat. GRECVS.
Crebri nāq̄ȝ intuit⁹ eoꝝ q̄ deſeruim⁹ ꝓpter ꝯſuetudinē
trahūt ad retro acta: violētū. n. q̄d vſui ē ad retinēdū ſibi
Nō ne habit⁹ ex vſu: ex habitu vō nā inaſcit: Nām vero
amouere vl alterare difficile. Nā ⁊ ſi pauliſper declinet
coacta: redit ad ſeipaȝ velocit. BE. Si aūt ſecutur⁹ dñȝ
diſcipulus quia vel domi renūciare velit arguit: q̄d fiet
illis: qui nulla vtilitatis gratia ſepe viſitant domos illo
rum quos in mundo reliquerunt. CA. X.

**Poſt hec aūt deſignauit dñs ⁊ alios
ſeptuagitaduos: ⁊ miſit illos binos
añ faciē ſuā i oēȝ ciuitatē ⁊ locū quo
erat ipſe venturus. Et dicebat illis:
Meſſis quidē multa: opari⁊ aūt pau
ci. Rogate autem dominum meſſis vt mittat ope
rarios in meſſem ſuam.**

CIR. Certificauerat de⁹ p ꝓphas: q̄ euāgelij ꝑdicatō
ſalutaris ꝯꝑhenſura erat nō ſolū iſrl ſȝ ēt gētiū greges.
Et iō a xpo poſt. xij. aplos ⁊ alij. lxxij: ſūt īſtituti. vñ dī
Poſt hec āt deſignauit dñs ⁊ alios. lxxij. BE. Bñ. lxxij.
mittūt: q2 totidē mūdi gētib⁹ euāgeliū ꝑdicanduȝ erat:
vt quō. xij. ꝑmo pp. xij. trib⁹ iſrl: ita ⁊ hi pp exteras gētes
deſtinarēt ībuēdas. AV. de que. euā. Sic ēt. xxiiij. ho
ris totus orbis pagit atq̄ȝ luſtrat: ita myſteriū illuſtrandi
orbis p euāgeliū trinitatis i. lxxij. diſcipulis itimat: ter
eni. xxiiij. ſeptuagitaduo faciūt. BE. Sicut āt. xij. aplos
formam epoꝝ ꝑmōſtrare nemo ē qui dubitet: ſic ⁊ hos
lxxij. figurā pſbyteroꝝ. i. ſecūdi ordinis ſacerdotū geſ-
ſiſſe. Sciēdū ē tñ ⁊ ſi primis eccle tpibus vt apoſtolica
ſcriptura teſtis ē: vtriq̄ȝ pſbyteri vtriq̄ȝ vocabant ⁊ epi
quoꝝ vnū ſapie maturitatē: aliud induſtriā cure paſto-
ralis ſignificat. CIRY. Hui⁹ etiā forma i vbis moyſi
figurabat: q̄ iubēte deo. lxx. elegit q̄bus de⁹ ſpm īfunde-
bat. In numeris ēt ſcriptū ē ꝙ filij iſrl q̄ venerūt i helī
q̄d iterptat aſcēſus: ⁊ erāt ibi. xij. fōtes aquaꝝ: ⁊. lxx.
palme. Cōnolātes eni ad augmētū ſpirituale reperiemus
xij. fontes. ſ. ſacros apoſtolos: a q̄b⁹ haurim⁹ ſalutiſ ſciē
tiā: ſicut a fōtibus ſaluatoris: ⁊. lxx. palmas: hos. ſ. q̄ nūc
deſtinati ſūt a xpo. Eſt. n. palma arbor bone medulle: be
ne radicata ⁊ fertilis: ⁊ ſp naſcēs i aquis: alta ſimul ⁊ frō
des porrigēs ſurſum. Seq̄t: Et miſit illos binos. GRE.
i home. Binos i ꝑdicatōe diſcipulos mittit: q2 duo ſunt
ꝑcepta charitatis: dei. ſ. amor ⁊ ꝓximi. Et min⁹ q̄ inter
duos charitas haberi nō pōt: q̄tem⁹ ħ nobis tacitus in-
nuat: q2 q̄ charitatē erga alterū nō hȝ: ꝑdicatōis officiū
ſuſcipe nullaten⁹ dȝ. ORI. Sic etiā ex. xij. bini ⁊ bini
numerati fuerūt: vt i coꝝ cathalogo mattheus oſtendit
q̄ eni bini famularēt dei vbo antiquū eſſe videtur. Edu
xit enim de⁹ iſrl ð egypto p man⁹ moyſi ⁊ aaron. Joſue
quoq̄ȝ ⁊ caleph ꝯcordātes ꝑcauerūt ꝓuocatū a. xii. ex-
ploratorib⁹ pplȝ. vñ dī: Frater a fre adiut⁹ vt ciuitaſ val
lata. BA. Simul ēt p hoc idicanit q̄ ſi aliq̄ pares ſunt in
ſpiritalib⁹ donis: hoc ñ ſinet i eis ꝑualere ꝓprie opinio
nis paſſionē. GRE i home. Bñ aūt ſubdit: Añ faciem
ſuā i oēȝ ciuitatē ⁊ locū quo erat ipe vēturus. Predica-
tores aūt ſuos dñs ſeq̄t: q2 ꝑdicatio ꝑuenit: ⁊ tūc ad mē
tis nr̄e habitaculū dñs venit qñ vba exhortatōis ꝑcur
rūt: atq̄ȝ p hoc vitas i mēte ſuſcipit. Hic predicatoribus
iſaias dic: Parate viā dñi: rectas facite ſemitas dei nr̄i.
THE. Deſignauerat aūt dñs diſcipulos pp multitudi
nē doctorib⁹ idigētē. ſic. n. agri ſpicati multos meſſores
deſiderāt: ſic q̄ credituri erāt inumerabiles exītes: mul-
tis doctorib⁹ indigebant: vñ ſeq̄t: Meſſis q̄dē multa.
CHR. Sȝ q̄r meſſeȝ vocat: cū res ad pñs exordiū ſum
mat: nōdū tātū i aratro: aut ſulcis ꝓductis de meſſib⁹ tra
ctat. poterāt eni diſcipuli vacillare: ⁊ ſecū meditari: ⁊ di
cere q̄liter nos numerus breuis emēdare poterim⁹ totū
mūdū: idiote ſophiſtas: muniitos nudi: dñantes ſubiecti
Ne igit ꝯſideratōe taliū turbarēt: vocat euāgeliū meſſeȝ
q. d. pata ſūt oia: mitto vos ad patā collectionē fructuȝ
eodē die: ⁊ ſerē poteſtis ⁊ metē. Sic ḡ colon⁹ exiens ad
meſſes letat: ſic etiā vos mlto ampli⁹ ⁊ alacri⁹ neceſſari
um ē exire i mūdū: nā hoc negociū meſſis ē: agros nobiſ
exhibēs ꝑparatos. GRE. i ho. Sȝ nō ſine graui mero-
re loq̄ poſſum⁹ q̄d ſubdit: O pa. ve. pauci. q2 ⁊ ſi ſunt qui
bona audiāt: deſūt q̄ dicāt: Ecce mūdus ſacerdotib⁹ ple
n⁹. ſȝ tñ i meſſe dei rarus valde repit opator: q2 offm̄ qui
dē ſacerdotale ſuſcipim⁹: ſȝ opus officij nō iplem⁹. BE.
Sic autem meſſis multa ē oīs turba credētiū: ita opari⁊
pauci ſūt apli: ⁊ imitatores eoꝝ q̄ mittūt ad meſſē. CIR.
Sic āt agri ſpacioſi meſſores mltos exigūt: ſic ⁊ mūdi
do credituroꝝ xpȝ: vñ ſubdit: Ro. au. do. meſ. vt mit. op.
i meſ. ſuā. Illo āt attēde q̄ cū dixiſſȝ: Rogate dñȝ meſſis
vt mittat oparioſ i meſſē ſuā: ipe poſtmōȝ hoc pegit. Ipe
igit ē dñs meſſis: ac p eū: ⁊ cū eo deus pr oib⁹ dñatur.
CHR. Multiplicauit āt poſtmōȝ eos: ñ addēs ad nūeꝝ
ſȝ ꝯcedēſ vtutē. Inſinuat āt q̄ magnū donū ē oparioſ mit
ti i meſſē diuinā: p hoc q̄d dic: dñȝ meſſis ſup hoc eē ro-
gādū. GRE. Per hoc ēt iducēdi ſūt ſubditi: vt ꝓ ſuis pa
ſtorib⁹ rogēt: vt digna eis opari valeāt: nec ab exhorta-
tiōe torpeat lingua. ſepe. n. ꝓ ſua neq̄tia ꝑdicantiū reſtri
git lingua. Sepe vō ex ſubiectoꝝ culpa agitur: vt eis q̄
preſunt predicationis ſermo ſubtrahatur.

**Ite: ecce ego mitto vos ſicut agnos iter lupos
Nolite portare ſacculū neq̄ȝ perā neq̄ȝ calciamē
ta: ⁊ neminem per viam ſalutaueritis.**

CIRYL. Narrat lucas conſequenter. lxx. diſciplos
vendicaſſe ſibi a chriſto apoſtolicam eruditionem mode
ſtiam: innocētiā: equitatē: nihilo̧ mundanorum ſacris
ꝑdicationibus ꝑferre: aſpirare aūt adeo ad fortitudinē
mentis vt nullum terribiliū formident: neq̄ȝ ipſaȝ mortē



vñ dicit: Ite. CHRY. Erat eni inter oīa pīcula eorum
ſolatiū virt⁹ mittētis eos. ⁊ iō dicit: Ecce ego mitto vos
q. d. hoc ſufficit ad cōſolationē veſtrā: hoc ſufficit ad ſpe-
rādū ⁊ nō timēdū ſuperuentura mala que ſignificat ſub-
dēs: ſicut agnos inter lupos. ISIDO. abbas: Denotāſ
ſimplicitatē ⁊ innocētiā: nā debacchātes ⁊ ſua enormitā
te iniuriātes nature nō agnos appellat ſed hedoſ. AM.
Cōtraria aūt ſūt ſibi iſta aialia vt alia ab alijs deuorent
ſ. agni a lupis: ſed bonus paſtor lupos gregi ſuo timore
nō nouit. Ideoq̄ȝ iſti diſcipuli nō i predā ſed ad grām di
rigūtur: ſolicitudo. n. paſtoris bōi efficit vt lupi i agnos
audere nihil poſſint. Mittit ergo agnos iter lupos vt cō
pleretur illud. Tūc lupi ⁊ agni ſimul paſcētur. CHRY.
Hoc. n. fuit manifeſtū indiciū ꝑclari triūphi: vt circūdati
eſſent diſcipuli chriſti ab hoſtib⁹: quaſi agni inter lupos
eos tamē cōuerterēt. BE. Uel ſpecialiter lupos vocat
ſcribas ⁊ phariſeos qui ſunt clerici iudeorū. AM. Uel
lupis ſunt heretici cōpandi. lupi. n. beſtie ſūt que iſidiant
ouilib⁹ ⁊ circa paſtorales verſant caſas. Habitacula do
morū intrare nō audēt. ſomnū canū: abſētiā aut deſidiaȝ
paſtorū explorāt: ouiū gutt inuadūt: vt cito ſtrāgulēt: fe-
ri: rapaces: natura corpis rigidiores: vt ſe facile nō poſ
ſunt iflectere: ipetu quodā ſuo feruntur: ⁊ iō ſepe deludūt
Siquē priores hoiem viderit: vocē eius quadā nature
vi ferūtur eripē. ſi aūt hō prius viderit: exagitati memo
rantur. Si heretici iſidiant ouilib⁹ chriſti: fremunt circa
caulas nocturno tpe. ſemp eni pfidis nox ē: qui lucē chri-
ſti nebulis praue interpretationis obducūt ſtabula tamen
xpi intrare nō audēt: ⁊ ideo nō ſanāt: ſicut curat⁹ ē ille in
ſtabulo qui incidit in latrones. Explorāt paſtoris abſen
tiā: q2 pñtibus paſtoribus oues xpi icurſare nō poſſunt
Quadā etiā mētis intētione duri ac rigidi nequaquā ſo-
lēt a ſuo errore deflectere: quos ſcripture verus interps
xps illudit: vt i vanū ſuos effūdāt impetus: ⁊ nocere ñ
pñt: qui ſiquē vſuta diſputatōis ſue circūſcriptōe ꝑuent
unt: faciūt obmuteſcere. mutus ē. n. qui vbū dei nō eadē
qua ē gloria ꝯfitet. Caue igit ne tibi vocē tollat heretic⁹
ne ꝓorē nō ipe deꝑhenderis. ſerpit. n. dū latet ei⁹ pfidia
ſi aūt cōmēta ipietatis ei⁹ agnoueris: iacturā pie vocis
timere nō poteris. Guttur inuadūt: vitalibus vulnus af
figūt dū aīam petūt. Si etiā audies aliquē ſacerdotē di-
ci ⁊ rapinas ei⁹ cognoſcis: foris ouis: intus lupus ē qui
hūane necis inſaturabili crudelitate rabiē ſuā deſide-
rat explere. GRE. In paſtorali. Multi. n. cū regimis
iura ſuſcipiūt: ad lacerādos ſubditos inardeſcūt: terro-
rē ptātis exhibēt. Et q2 charitatis viſcera nō hñt. dñum
videre appetūt: pīces ſe eſſe minime recognoſcūt: humili
tatis locū i elationē dñationis imutāt. Cōtra que omnia
ꝯſiderādū nobis ē q2 ſicut agni inter lupos mittunt: vt
ſenſum ſeruantes innocētie morſum malicie nō habea-
mus. Qui. n. locū ꝑdicatōis ſuſcipit mala inferre nō de
bet: ſȝ tolerare. Quē ⁊ ſiqñ zelus rectitudinis exigit: vt
erga ſubiectos ſeuiāt: intus paterna pietate diligat: quos
foris quaſi inſequēdo caſtigat. Q̄d tūc rector bene exhi-
bet: cū terrene cupiditatis honoribus neq̄ mentis col-
la ſupponit. vnde ſubdit: Nolite portare ſacculū neq̄ȝ pe
ram. GRE. nazāzenus. Quoꝝ ſumma ē vt adeo vir-
tuoſi exiſtāt: q̄ nō min⁹ ꝓpter vite modū q̄ ꝓpter eoꝝ
vbū euāgeliū ꝓficiat. GRE. in ezechielē. Tāta eni pre
dicatoꝝ dȝ eē i deo fiducia: vt pñtis vite ſūptib⁹ q̄uis
nō ꝓuideat: tamē ſibi hos nō deeſſe certiſſime ſciat. Ne
dū mēs ei⁹ occupat ad tpalia: min⁹ alijs ꝓuideat eterna
CI. Sic igit ꝑcepat: nec de ipſo ſubiecto curā habere cū
dixerat: Mitto vos ſicut agnos iter lupos. Nec etiā cō
ceſſit ſolicitos eē erga extrinſeca corpori: cū dixit: No-
lite portare ſacculū neq̄ȝ perā. Nec etiā ꝯceſſit portare
aliquid eoꝝ q̄ nondū vnita ſunt corpori. vnde ſubdit:
Neq̄ȝ calciamēta. Nō āt ſacculū ⁊ perā portare ꝓhibuit
ſed nec aliquā ſtudij diſtractionē ꝑmiſit aſſumere: q̄ nec
ab obuiātiū ſalutatōe diſtrahi voluit. vnde ſubdit: Et ne
minē p viā ſalutaueritis. Q̄d ⁊ dudū ab heliſeo dictum
fuit. q. d. recto tramite ad opus ꝓcedite: nō alternātes be
nedictiōibus benedictiōes. Damnū. n. ē expēdere tēpus
ꝑdicationib⁹ ꝯpetēs. AM. Nō ergo hic dñs ꝓhibuit
q̄ beniuolētie diſpliceret offm̄: ſȝ q̄ pſequēde deuotōis
intentio plus placeret. GRE. nazāzenus: Mādauit etiā
hoc eis dñs ad vbi gliam: ne videret i eis magis vigere
blāditias: voluit etiā eos ñ eſſe ſolicitos i vbis alienis
GRE. in home. Hec aūt vba ſiq̄s etiā p allegoriā velit
intelligi: pecunia clauſa in ſacculo ē ſapia occulta. Qui
igit ſapie vbū hȝ: ⁊ hoc erogare ꝓximo negligit: quaſi
pecuniā i ſacculo ligatā tenet. Per perā vō onera ſeculi
p calciamēta mortuoꝝ opeꝝ exempla ſignificāt. Qui er
go offm̄ ꝑdicationis ſuſcipit: dignum non ē vt opus ſe-
cularīū negocioꝝ portet. nedū hoc eius colla deprimit
ad ꝑdicanda celeſtia nō aſſurgat: nec debet ſtultoꝝ ope-
rū exēpla ꝯſpicere: ne ſua opa quaſi ex mortuis pellibus
credat munire: ne. ſ. q2 alios talia feciſſe ꝯſiderat: ſe etiā
facere licenter putet. AM. Nihil etiā dñs i nobis mor-
tale vult eſſe. Mortale. n. atq̄ȝ terrenū calciamētuȝ moy
ſes iubetur ſoluere cū mitteret ad pplȝ liberandū: q̄d ſi
quē mouet: qua rōe in egypto calciati iubent edere agnū
apli aūt ſine calciamēto ad ꝑdicandū euangeliū dirigūt
Is ꝯſiderare debet quia in egypto poſitus debȝ adhuc
morſus cauere ſerpentis: multa enim venena in egypto
Et q̄ typo paſcha celebrat patere pōt vulneri. q̄ aūt mini
ſter eſt veritatis: venena nō trepidat. GRE. in ho. Q is
aūt qui ſalutat in via ex occaſione ſalutat itineris: nō ex
ſtudio optāde ſalutiſ. Qui igit non amore eterne patrie
ſed premiorum ambitu ſalutem audientibus ꝑdicat: quaſi
ſi in itinere ſalutat quia ex occaſione: ⁊ non ex intentiōe
ſalutem audientibus exoptat.

**In quācūq̄ȝ domum intraueritis primū dici
te: pax huic domui. ⁊ ſi ibi fuerit filius pacis: req
eſcet ſup illum pax veſtra: ſinaūt ad vos reuertet.
In eadē aūt domo manete: edētes ⁊ bibētes que
apud illos ſunt. Dignus eniȝ ē oparius mercede
ſua: Nolite trāſire de domo in domuȝ Et in quā
cūq̄ȝ ciuitatē intraueritis ⁊ ſuſceperint vos: man
ducate: q̄ apponunt vobis: ⁊ curate infirmos q
i illa ſunt: ⁊ dicite illis: Appropinq̄bit in vos re
gnū dei. In quācūq̄ȝ autē ciuitatē itraueritis ⁊ nō
ſuſceperint vos: exeūtes in plateas ei⁹ dicite: Etiā
puluerē q adheſit nobis ð ciuitate veſtra extergi
m⁹ in vos. Tñ hoc ſcitote q2 appropiquabit re
gnum dei. Dico vobis: q2 ſodomis in die illa re
miſſius erit q̄ȝ illi ciuitati.**

CHRY. Bonorum omnium mater pax eſt ſine qua
cetera inania ſunt. propter quod dominus diſcipulis in
trantibus domos: illico pacem iuſſit proferre tanq̄ bo
norum indicium dicens: In quācunq̄ȝ domum intraue-
ritis primum dicite: pax huic domi. AMBRO. Ut. ſ.
pacis perferamus nuncium: ipſe primus ingreſſus pa
cis benedictione celebretur. CHRY. Unde pontifex
eccleſie tradit eam dicens. Pax vobis. Implorant autē
pacem ſancti: non ſolum eam que verſatur inter homi
nes adinuicem: ſed ⁊ eā que pertinet ad noſipſos. nam
ſepius in pectore bellum gerimus: ⁊ nullo moleſtāte tur
bamur: necnon praua deſideria contra nos crebro in
ſurgunt. TYTVS. Dicitur autem: Pax huic domui
ſcilicet habitantibus domum: omnes alloquātur: maio
res pariter ⁊ minores: neq̄ȝ cum indignis vr̄a ſalutatio
diriget. vñ ſubdit: Et ſi ibi fuerit filius pacis: requieſcet
ſup illū pax veſtra. q. d. vos q̄dem ꝓferetis vbū: res aūt

pacis applicabit meo iudicio vbicūq; dignū eē videbit. Siquis aūt nō ſit dign⁹: nō eſtis deluſi: nec vboꝝ vſoꝝ gratia periit: imo reciprocat ad vos. Et hoc ē qđ ſubdit Sin aūt ad vos reuertet. GRE. Pax eni que ab oꝛe ꝑdicatoris offert aut requieſcet in domo: ſi i ea fuerit qſ ꝙ ꝑdeſtinatus ad vitā: ⁊ celeſte vbū ſequit qđ audit. aut ſi nullus audire voluerit: ipſe predicatoꝛ ſine fructu non erit: qꝛ ad eū pax reuertit: dn̄ ei a dn̄o ꝓ laboꝛe ſui operi merces recōpenſat. Si aūt pax veſtra recipit. dignū ē vt ab eis terrena ſtipendia ꝯſequamur quibus patrie celeſtis premia offerim⁹. vn̄ ſequit: In eadē aūt domo manete edētes ⁊ bibētes que apud illos ſunt. Ecce q̄ peram ⁊ ſacculū poꝛtari prohibuit: ſumptus ⁊ alimēta ex eadē predicatione ꝯcedit. CHRY. Sed ne aliqs diceret: cō ſumo res ꝓprias parādo aduenis mēſam: illū ꝑmo intrātē facit tibi pacis donū offerre: cui nihil ē equale: vt ſcias te maioꝛa ꝙ des ſuſcipere. TYTVS. Uel aliť cō tinua: Quia nō eſtis ꝯſtituti iudices coꝝ: q̄ ſunt digni vl' indigni: edatis ⁊ bibatis q̄ vobis offerūt ab eis. Dimittite aūt mihi coꝝ: q̄ vos recipiūt examē: niſi vobis quoq; ſit notū nō eē ibi filiū pacis: tūc eni foꝛtaſſis retrocedere debetis. THE. Uide igiť qualiter diſcipulos mendicare inſtituit: ⁊ ꝓ precio eos nutrimētum habere voluit. nā ſubdit: Dign⁹ ē eni operari⁹ mercede ſua. GRE. Sūt enim iā de mercede operarij ipſa alimēta ſuſtentationis: vt hic merces de laboꝛe ꝑdicationis inchoeť: que illic de veritatis viſione ꝑficit. Qua in re ꝯſiderandū ē: ꝙ vni noſtrum operi duc mercedes debent: vna in via que nos in laboꝛe ſuſtentat: alia in patria que nos in reſurrectione remunerat. Merces itaq; que in p̄nti recipit hoc in nobis dꝫ agere: vt ad ſequētem mercedē robuſtius tendat. Uerū ḡ quiſq; predicatoꝛ nō iō ꝑdicare debet: vt i hoc tp̄e mercedē accipiat: ſꝫ iō mercedē recipere: vt ꝑdicare valeat. Quiſquis nāq; iō predicat: vt h̄ laudis vel muneris mercedē recipiat: eterna mercede ſe priuat. AMB. Subditur virt⁹ alia: ne ō domo ad domū quis vaga facilitate demigret. Sequit eni: Nolite trāſire de domo in domū. vt. ſ. amoꝛe hoſpitali ſuem⁹ conſtātiā: neq; aliquā amicitie neceſſitudinē facile rſoluam⁹ BE. Deſcripto aūt diuerſe dom⁹ hoſpitio: qđ iā in ciuitatib⁹ agere debeāt docet: pij̄s. ſ. i oībus cōicare: ab impioꝝ vō ꝑ omnia ſocietate ſecerni. vn̄ ſequit. Et i quācūq; ciuitatē itraueritis: ⁊ ſuſceperint: vos mādueate que apponūt vobis. THE. Quāuis modica exiſtāt: ⁊ vilia nihil amplius iquirentes: denūciat etiā eis vt operātes miracula hoīes ad ſuas ꝑdicatōes attraherēt. vnde ſubdit: Et curate iſirmos: q̄ in illa ſunt. Et dicite illis: appropiquabit i vos regnū dei. Si eni prius curaueritis deīde docueritis: ꝓſperabit ſmo: ⁊ hoīes credēt regnū dei appropinquare. nō eni curarent: niſi hoc aliqua virtus diuina ꝑficeret. Sꝫ etiā cū ſm aīaꝫ curātur: appropīquat i eos regnū dei: qđ lōge ē ab eo cui dominať peccatū. CHR. Uide aūt dignitatē apſoꝝ: nihil ſenſibile monent ꝓferre: qualia circa moyſen ⁊ ꝓphetas. ſ. bona terrena: ſꝫ quedā noua ⁊ mirabilia. ſ. regnū dei. MAXI. Dicit aūt appropinquauit. nō vt oñdat tp̄is breuitatem neq; eni regnū dei venit cū obſeruatōe: ſꝫ oñdit diſpoſitionē hoīuꝫ ad regnū dei qđ quidē potētia ē i oībus credētibus: actu vō in his q̄ reſpuūt coꝛpoꝛalē vitā: ⁊ ſolaꝫ eligūt ſpiritalē: q̄ dicere p̄nt. Uiuo aūt nō ego: ſꝫ viuit in me xp̄s. AM. Deinde docet excutiēdū de pedib⁹ puluerē: ſiq̄s recipiēdos ciuitatis hoſpitio nō putauerit dicēs: In quācūq; ciui itraue. ⁊ nō rece. vos: exeuntes in pla. dicite ⁊ puluerem pedum q̄ adheſit nobis de ciui. veſtra extergi i vos. BE. Uel ad cōteſtationē terreni laboꝛis: quē ꝓ illis inaniter ſuſceperūt: vel vt oñdať vſq; adeo ſe ab ipſis nihil terrenū querere: vt etiā puluerem de terra coꝝ nō ſibi patiantur adherere. Uel per pedes ipſum opus ⁊ iceſſus ꝑdicationis ſignificať: puluis vō quo aſpergunť terrene leuitas ē cogitatiōis: a qua ſūmi doctoꝛes imunes eē nequeūt. Qui ḡ ſpreuerit doctrinā: laboꝛes ⁊ ꝑicula doctoꝝ: ad teſtimoniū ſue dānationis inflectūt. ORI. Extergēdo ḡ puluerē pedū ipſos quodāmodo dicūt: puluis peccatoꝝ vroꝝ merito veniet ſuper vos. Et attēde ꝙ q̄cūq; ciuitates nō ſuſcipiūt apoſtolos ſanāq; doctrinā hūt plateas: iuxta illud: Lata ē via q̄ ducit ad ꝑditionē. THE. Et ſicut recipiētibus apſos appropinquare regnū dei dī in bñficiū: ſic nō recipientibus in ꝑiudicium. vn̄ ſubdit: Tamē hoc ſcitote qꝛ appropinquabit regnū dei. Sicut aduentus regis ē quibuſdā ad penā: quibuſdā vō ad honoꝛē. vn̄ de coꝛum pena ſubdit: Dico aūt vobis qꝛ ſodo. i illa die remiſ. erit: ꝙ illi ciuitati. EVSE. Nam in ciuitate ſodomitarum nō caruerunt angeli hoſpitio: ſed loth inuentus eſt dignus eos hoſpitari. Si ḡ ad acceſſum diſcipuloꝝ nec vnus inuenietur in ciuitate qui eos recipiat: quomodo non peioꝛ erit ciuitate ſodomorum. Hic ſermo docebat eos audacter aggredi regulam paupertatis. non enim poſſet conſiſtere ciuitas ⁊ villa nec vicus ſine aliquo incola noto deo. nāꝫ nec ſodoma ſubſiſteret nō reperto loth: quo recedente tota repente periit. BED. Sodomite quoq; ipſi ⁊ ſi inhoſpitales fuerint inter cetera carnis animeq; flagitia: nulli tamen apud eos tales hoſpites quales apoſtoli reperti ſunt. ⁊ loth quidem aſpectu ⁊ auditu iuſtus erat non tamen ibi aliquid docuiſſe aut ſigna feciſſe ꝑhibet.

Ue tibi coꝛozaim. ve tibi bethſaida quia ſi in tyro ⁊ ſydone facte fuiſſent virtutes que facte ſūt in vobis. olim in cilitio ⁊ cinere ſedentes penitērent. Ueruntamen tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit in iudicio q̄ꝫ vobis. Et tu capharnaum vſq; ad celum exaltata: vſq; ad infernum demergeris: Qui vos audit me audit: ⁊ qui vos ſpernit me ſpernit Qui aūt me ſpernit: ſpernit eum q miſit me.

CIR. Attende ꝛ alit eſſe friuolū ei⁹ verbū cū dicit: Cō. om. q̄ na. ſunt mihi. q̄ſi nō putaret ea diuinit⁹ obtinere: ſꝫ fruct⁹ eſſe laborū ſuorū. BASI. Ceterū ſi fateris ea tibi diuinit⁹ peueniſſe: an iniuſtus eſt de⁹ inequalit res nobis diſtribuens. Cur tu abundas: ille vo mendicat: niſi ut tu bone diſpenſationis merita ꝯſequaris: ille vo patientie brauijs decoret. At tu nōne ſpoliator es: q̄ diſpēſāda ſuſcepiſti ppria reputādo? Eſt panis famelici quē tu tenes nudi tunica: quā in ꝯclaui ꝯſeruas: diſcalciati calce⁹ qui penes te marceſcit: indigentis argentū qꝛ poſſides inhumatū: quo circa tot iiuriari: quot dare valēs. CHRY. Sed ꝛ in hoc errat: q bona putat que ſunt indifferētia. rerū eni quedā ſunt bone: quedā male: quedā medie. Bona quidē ſunt caſtitas ꝛ hūilitas ꝛ hi⁹: que cum hō eligit fit bon⁹. His autē oppoſita ſunt mala. que hō dum eligit fit malus. Medie vero ſunt ut diuitie: que qn̄qꝫ quidē ordinant in bonū. ſ. ad elemoſynā. qn̄qꝫ ad malū. ſ. ad auariciam. ꝛ ſiliter inopia qn̄qꝫ ad blaſphemiā: qn̄qꝫ ad ſapiam ſm affectū vtentiū. CIR. Diues igit nō parat pmanentia horrea ſed caduca: ꝛ qꝛ ſtultius eſt: vita longitudineꝫ ſibi taxat. Sequit eni: Et dicā aie mee. Aia habes multa bona poſita in annos plurimos. Sed o diues fruct⁹ quidem habes in horreis: ſꝫ annos plimos vnde potis obtinere. ATHA. Siquis aūt ſic viuat: quaſi quotidie morimur⁹: eo q incerta eſt naturalit vita noſtra nō peccabit. ſemp eni maior timor plimū voluptatiſ diſſoluit. Sꝫ ecōtrario diues lōgeuitatē ſibi repromittēs ad voluptates aſpirat. Sequit eniꝫ: Requieſce. ſ. a labore. Comede: bibe: epulare: magno. ſ. apparatu. BASI. Tam iproui dus es erga bona aie: ut eſcas corporeas aie aſcribas: ſiquidē virtutē hꝫ: ſi fecūda eſt opationū bonarū ſi deo adheſit: bona plima poſſidet: ꝛ bono gaudio gaudet. Uerū qꝛ tot⁹ carnalis es paſſiōib⁹ ſubiectus a ventre nō ab aia clamas. CHRY. Nō aūt decet vacare delitijs ꝛ impinguare corp⁹: ꝛ attenuare aiam: faſcēqꝫ ei grauare: ꝛ tenebras obducere: ſpiſſumqꝫ velamē eo q in delitijs dn̄atiuū aie ſeruit: ſeruile vo corpi dn̄at. Alimentorū aūt indiget corpus nō delitiarū ut nutriat: nō ut ſcindat ꝛ fluat. Neqꝫ eni aie ſoli: ſed ꝛ ipi corpi ſunt nociue delitie: eo q ex forti fit debile: ex ſano egrotatiuꝫ: ex agili graue: ex formoſo deforme: ex iuuene veteroſuꝫ. BASI. Permiſſus aūt eſt deliberare in oib⁹ ꝛ manifeſtare ppoſitū pro priū: ut ꝯdignā mereat ſui affect⁹ ſniam. Sed dū in abdito loquit: eloquia ei⁹ examinant in celo. Unde ſibi reſpōſa pueniūt. Sequit eni: Dixit aūt illi deus: Stulte hac nocte aiam tuā repetēt a te. Audi ꝯueniens tibi ſtulticie nomē: qꝛ tibi nullus ipoſuit hoiuꝫ: ſꝫ ipſe deus. GREG. xxij. mora. Eadē nocte ſublat⁹ eſt: q multa tpa fuerat pſtolat⁹: ut. ſ. qui in longū ſibi ſubſidia colligēdo pſpexerat: ſubſequētē diē vel vnū mime videret. CHRY. Dicit aūt repetūt a te. Expoſcebāt eni eaꝫ forſan terribiles quedā virtutes ad hoc miſſe: qm̄ ſi de ciuitate in ciuitatē tranſeuntes egem⁹ ductore: multomagis aia abſoluta a corpe: ꝛ ad futurā vitā trāſmigrās indigebit ducatu. Ob hoc multotiēs recuſat aia: ꝛ regredit in pfundū: cū debꝫ exire a corpe. ſemp eni ſtimulat nos ꝯſcia pctōꝝ: ſꝫ precipue cū debem⁹ trahi ad terribile iudiciū. Tunc eniꝫ tota ꝯgeries criminū innouat: ꝛ p oculis poſita mētē pcellit. ꝛ ſicut carcerati ſemp quidē doloroſi ſunt: tūc aūt precipue cū debent iudici pn̄tari: ſic ꝛ aia maxime in ipſo tēpore de pctō cruciat ꝛ dolet. Multo aūt magis cum fuerit euulſa. GRE. xxv. mora. In nocte aūt ablata ē aia que in obſcuritate cordis eſt emiſſa. In nocte ablata eſt: que ꝯſideratōis lucē habere noluit: ut qꝛ pati poſſat pui deret. Subdit aūt: Que aūt paraſti: cui⁹ erunt. CHRY. Hic eni ea deſeres: nō ſolū nullū inde pcipiens cōmodū ſed ꝛ ſarcinā peccatorū portās ſup hūeros pprios. Et q̄ quidē a te ꝯgeſta ſunt: plerūqꝫ i man⁹ inimicorū pueniēt: a te vo ſup his rō requiret. Sequit: Sic eſt qui ſibi theſau. ꝛ nō eſt in deū diues. BED. Hic eni ſtult⁹ eſt: ꝛ i nocte rapiend⁹. Ergo qui vult eſſe in deū diues: nō ſibi theſauriζet: ſꝫ pauperib⁹ poſſeſſa diſtribuat. AM. Fruſtra eni ꝯgreget opes q ſe hīs neſcit vſurū. neqꝫ eni nr̄a ſunt que nō poſſum⁹ auferre nobiſcū: ſola virtus comes ē defunctorū: ſola nos ſequit miſericordia: que tabernacula defunctis acquirit eterna.

Dixitqꝫ ad diſcipulos ſuos: Ideo dico vobis: Nolite ſoliciti eſſe aie veſtre quid māducetis neqꝫ corpori veſtro quid induamini. Aia plus ē q̄ꝫ eſca: ꝛ corpus pluſqꝫ veſtimentū.

THE. Paulatim dn̄s pducit ad pfectiorē doctrinā Docuit enim ſupra cauendū eſſe ab auaricia: ſubdiditqꝫ

parabolā diuitis inſinuās per eam q̄ ſtultus eſt qui ſup
ſtua cupit. Deinde pcedēte ſermone: neq̄ʒ de neceſſarijs
ſinit nos ſolicitudinē gerere: auaricie radicē euellēs. vn/
de dicit: Ideo di. vobis. q. d. Poſtq̄ ſtult⁹ eſt q̄ ſibi maio
rē vite menſurā attribuit: ⁊ exinde magis efficit̄ cupidus
Nolite ſoliciti eſſe ani. ve. quid mäducetis. Nō q: intelli
gibilis aīa comedat: ſed q: nō videt aliter aīam poſſe cō
iunctā manere corpi: niſi dū nutrimur. vel q: aīati corpis
eſt nutrimētū ſuſcipe: ɔgrue aīe nutriri attribuit. nā ⁊ vir
tus nutritiua dī aīa: ut ſic intelligat̄: Ne ſoliciti ſitis nutri
tiue parti aīe q̄d edatis: pōt aūt etiā corpus mortuū ve/
ſtiri. vn̄ ſubdit: Neq̄ʒ cor. ve. quid induami. CHRY.
Qō aūt dī: nolite ſoliciti eſſe: nō idē eſt qō nolite opari: ſʒ
nolite reb⁹ mundanis mēte affigi. Cōtingit eni aliquē ope
rantē nihil ſolicitū eſſe. CIR. Preeminet aūt aīa cibo: et
corpus veſtitui. vnde ſubdit: Aīa plus eſt q̄ eſca: ⁊ corp⁹
plus q̄ veſtimentuʒ. q. d. Deus q̄ qō maius eſt exhibuit:
quō nō dabit qō minus eſt: Nō ergo multū nr̄a intentio
modicis inſiſtat: nec intellect⁹ noſter ſeruiat ad veſtituʒ ⁊
victū querendū. magis aūt cogitet quecūq̄ʒ ſaluāt aīam
⁊ ſubleuant ad regnū celoꝝ. AM. Nihil aūt moralius
ad faciendā fidē oīa credētib⁹ a deo poſſe ɔferri: q̄ q̄ ae
reus ille ſpūs vitale collegiū aīe corpiſq̄ʒ ɔtubernio fede
ratū nō deficit: niſi cū venerit dies ſupma moriendi. Cū
igit̄ aīa indumento corporis veſtiat: ⁊ vigore aīe corpus
animet: abſurdū eſt ut vict⁹ nobis copiā defuturā pute
mus: qui viuendi iugē ſubſtantiā conſequamur.

Cōſiderate coruos: quia nō ſemināt neq̄ʒ me
tunt quibus nō eſt cellariū neq̄ʒ horreū: ⁊ de⁹ pa
ſcit illos. Quanto magis vos pluris eſtis illis.
Quis aūt veſtrū cogitando poteſt adijcere ad ſta
turam ſuam cubitū vnū: Si ergo neq̄ʒ quod mi
nimū eſt poteſtis: quid de ceteris ſoliciti eſtis.

CIR. Sicut ſupra erigēdo nos ad ſpiritualē audaciaʒ
p aues induxit dicēs: Multis paſſerib⁹ pluris eſtis vos
ſic ⁊ nūc ex volatilib⁹ firmā ⁊ indubitabilē fiduciam no
bis adducit dicens: Conſiderate coruos: q: nō ſemināt
neq̄ʒ metūt. ſ. ad acq̄rēdū cibū: quib⁹ nō eſt cellariū neq̄ʒ
horreū. ſ. ad ɔſeruanduʒ. Et de⁹ paſcit illos: q̄to magis
vos pluris eſtis illis. BED. i. carius vos valetis: q: rō
nale aīal ſicut homo: ſublimi⁹ ordinatū eſt in reꝝ natura
q̄ irrōnabilia: ſicut ſunt aues. AM. Magnū aūt quod
fide ſequamur exemplū: nā volatilib⁹ celi quib⁹ nullum
exercitiū cultōis: nullus de meſſiū fecunditate ꝓuent⁹ ē
indeficientē ꝓuidētia diuina largit̄ alimoniā. Verū ē igit̄
cāam inopie noſtre auariciā videri: etenī illis iccirco ſine
labore pabuli vſus exuberat: quo fruct⁹ ad eſcam cōem
datos: ſpālī quodā neſciūt vendicare dn̄atu. Nos cōia
amiſim⁹: dū ꝓpria vendicam⁹. nam nec ꝓpriū quicquaʒ
vbi ꝑpetuū nihil: nec certa copia vbi incert⁹ euentus.

CHRY. Cum aūt poſſet dn̄s exemplū ab hoīb⁹ ſumē
q̄ minime terrena curauerūt heliā dico: moyſen: ⁊ ioanneʒ
⁊ ceteros hi⁹ cōmemorauit volatilia: ſequēs vetus teſtm̄:
qō ad apē tranſmittit ⁊ formicā ⁊ alia hi⁹: quib⁹ natura/
les quoſdā mores inſeruit ɔditor. THEODORI
CVS. Idō aūt omiſſa mentōe alioꝝ volatiliū: coruorum
mentionē facit: q: pullos coruoꝝ ſpālī ꝓuidētia deus nu
trit. nā corui pariūt quidē: nō aūt nutriūt: ſʒ negligūt pul
los ſuos: quib⁹ miro mō ab aere pabulū quadā aura de
latū ad os ꝓuenit qō hiātes ſuſcipiūt: ⁊ ſic nutriunt̄. for/
ſan etiā ⁊ talia p ſynodochē dicta ſunt: toto ſignificato p
ptē. vn̄ in mattheo dn̄s remittit ad volatilia celi: hic vero
ſpālr̄ ad coruos tanq̄ guloſiores ⁊ rapaciores. EVS.
In coruis etiā aliq̄d plus ſignificat. auib⁹ eni colligētib⁹
legumia ꝓmpt⁹ eſt alimentū: veſcētib⁹ vō carnib⁹: ſic cor
uis difficili⁹ eſt ad habendū: nec tn̄ hi⁹ aues defectuʒ pa
buli patiunt̄ ꝓpter ꝓuidentiā dei diffuſaʒ vbiq̄ʒ. Vtitur

aūt ad idem ⁊ tertio ſylogiſmo dicens: Quis aūt ve. co/
gi. po. adij. ad ſta. ſu. cubi. vnū: CHRY. Nota q̄ aīam
q̄dē ſemel dedit de⁹ ⁊ eadē pſeuerat: ſed corpus quotidie
ſumit incrementū. ptranſiēs igit̄ aīam q̄ſi nō recipientem
augmentū: de ſolo corpe facit mentionē: dās intelligēt q̄
nō auget p ſolū alimentū: ſʒ ꝓuiſiōe diuina p hoc q̄ nul
lus nutrimētū accipiēdo aliq̄d ad ſuā ſtaturā adijcē pōt.
vnde ɔcludit: Si ergo neq̄ʒ qō minū eſt po. q̄d de ce. ſo/
li. eſtis: EVS. q. d. Si nullus ſua cura corporeā ingeni
at⁹ eſt ſibi ſtaturā. Sed neq̄ʒ īmino tpis vite pōt aliq̄s vl̄
breuiſſimū tp̄s hore excogitādo adijcere: cur oportʒ ſu
pflue de neceſſarijs vite cogitare. BED. Illi ergo tegē
di corpis curā relinquite: cui⁹ videtis cura fcm̄ eſſe ut tā
te ſtature corpus habeatis. AVG. de que. euā. Cuʒ au
tem de augēda corpis ſtatura loqueret̄: dicit q̄ minimū
eſt hoc. ſ. deo corpora operari.

Conſiderate lilia agri quomodo creſcūt. Nō
laborant neq̄ʒ nent. Dico aūt vobis: quia nec ſa/
lomon in omni gloria ſua veſtiebat̄: ſicut vnū ex
iſtis. Si aūt fenū quod hodie eſt in agro: ⁊ cras i
clibanū mittitur deus ſic veſtit: quāto magis vos
puſille fidei: Et vos nolite querere quid mäduce/
tis: aut quid bibatis: ⁊ nolite in ſublime tolli. Hec
aūt omnia gentes mundi querunt. Pater autem
veſter ſcit quoniā his indigetis. Verūtamen que
rite primū regnuʒ dei ⁊ iuſticiā eius: ⁊ hec omnia
adijcientur vobis.

CHRY. Sicut ſupius dn̄s de alimentis monebat: ita
⁊ nūc monet de veſtitu dicēs: Conſiderate lilia agri: quō
creſcūt: nō laborāt neq̄ʒ nent: ut. ſ. ſibi faciāt indumenta.
Sicut aūt ſupra cū dn̄s dixit: Nō ſemināt volatilia. nō
reprobauit ſementē ſed ſupfluā curam: ſic cū dixit: Non
laborāt neq̄ʒ nent. nō op⁹ interemit: ſʒ cogitatōeʒ. EVS.
Siquis aūt mortaliū vult decorari pcioſo veſtitu: vide/
at oculate q̄ de⁹ etiā vſq̄ʒ ad flores q̄ ex terra oriunt̄ mul
tiplicem ſui ſapientiā ꝓpagans: ornauit hos diuerſis co
lorib⁹ tenuib⁹ mēbranis: florū murice ⁊ auro longe me/
liores tincturas accōmodās: adeo q̄ nec penes aliqueʒ
regē delicioſū: nec etiā ipm̄ ſalomonē qui apud ātiquos
tam in diuitijs ⁊ in delitijs celeber fuit: tam pcioſuʒ op⁹
fuerit inuentū. vnde ſequit̄: Dico aūt vobis: q: nec ſalo/
mon in omni glo. ſua veſtie. ſicut vnū ex iſtis. CHRY.
Nō vtit̄ hic volatiliū exemplo: cignū cōmemorās aut pa
uonē ſed lilia. Vult eni vtriq̄ʒ declarare hyꝑbolē. ſ. ab in
firmitate rerū: que tn̄ ſunt ſortite decorē ⁊ a pcio decoris:
qui ɔceſſus eſt lilijs. vnde poſtmodū nō vocat ea lilia ſʒ
fenū cū ſubdit: Si aūt fenū qō in agro eſt hodie. nec dicit
Cras nō entia. ſed ſubdit: Sed cras in clibanū mittetur.
neq̄ʒ dicit ſimplr̄: Deus veſtit. ſed dicit: De⁹ ſic veſtit: qō
multā hʒ expſſionē ⁊ ſubdit: Quāto magis vos: qō ē ex
primētis pcioſitatē ⁊ prudentiā humani generis. Deniq̄ʒ
cū increpare deceret: vtit̄ ⁊ hic moderātia non infidelita
tis: ſed paucitatis fidei: arguēs cum ſubdit: Puſille fidei
ut p hoc magis excitet nos ad dictoꝝ pſuaſionē: ut nō ſo
lū nō cogitem⁹ de veſtib⁹: ſed nec affectem⁹ veſtimētorū
decorē. CIR. Sufficit eni prudentib⁹ ſolius cā neceſſi
tatis aptū habere veſtitū: ⁊ ciboꝝ modeſtiā nō excedētē:
qō ſatis eſt. Sufficiūt etiā ſanctis que ſunt in chriſto ſpiri
tales delitie ⁊ ſubſequens glīa. AM. Non ocioſuʒ aūt
videt̄: q̄ flos vel hoī ɔfert̄: vel certe plus pene q̄ hoībus
in ſalomone pfert̄ ut pre claritate coloris angeloruʒ cele
ſtiū gloriā putem⁹ expreſſam: qui vere mūdi iſti⁹ flores
ſunt q̄ eorū claritatib⁹ mūdus ornat̄: ⁊ bonū odorē ſan
ctificatōis aſpirāt: qui nulla ſolicitudine prepediti: nullo
vſu laboris exerciti: diuine in ſe liberalitatis grām: ⁊ cele
ſtis ſeruāt dona nature. vnde bene ⁊ hic veſtit⁹ gloria ſua

ſalomō: ⁊ alibi coopertus oſtendit̄ q̄ infirmitatē corporee
nature velut virtute quadā mentis ad opertā opeꝝ glo/
riā veſtiebat. Angeli vō quorū natura diuinior expers
manet iniurie corpalis recte ſʒ maximo viro pferunt̄. nec
tn̄ in nobis miſericordiā dei deſperare debem⁹: quibus
p reſurrectionis grām dn̄s ſilem angeloꝝ ſpēm pollicet̄

CIR. Abſonū aūt erat diſcipulos debētes normā ⁊ ex
emplar ɔuerſatōis honeſte aliis tradere: in ea incidere: a
quib⁹ diſcedēdū eſſe oportebat eos ɔſulere. Et idō domi/
nus ſubdit: Et vos nolite q̄rere q̄d manducetis: aut quid
bibatis. In hoc etiā dn̄s ɔſuluit nō modicū ſtudio ſacra
rū pdicationū: monēs diſcipulos ſolicitudinē humanaʒ
abijcere. BED. Notandū tn̄ eſt q̄ nō ait: Nolite quere
re aut ſoliciti eſſe d̄ cibo aut potu aut indumento: ſed q̄d
mäducetis aut bibatis: vbi mihi vident̄ argui qui ſpreto
victu vel veſtitu: cōi lautiora ſibi vel auſteriora p̄ his cū
quib⁹ vitā ducūt alimēta vel indumēta req̄rūt. GRE.
niſen⁹. Sed dicet: aliq̄ obtinuerūt dn̄ia: honores: ⁊ diui/
tias cū oraſſent: qu illi ergo ꝓhibes nos talia orādo q̄re
re Et quidē q̄ oīa hec ad diuinū ɔſiliū ptineāt oībus pʒ
hec tn̄ a deo ɔferunt̄ petētib⁹ ut diſcentes deū nos exau
dire in minorib⁹ petitiōib⁹: eleuemur ad altiorē affectum
ſicut i pueris videm⁹: q̄ mox nati maternis adherēt vbe
rib⁹: ſi vō pubuerit paul⁹ ſpernit mämas: q̄rit aut monile
aut aliq̄d taliū: q̄bus oculus delectat̄: poſtq̄ aūt mēs cuʒ
corpe creuerit: cedēs cunctis puerilib⁹ deſiderijs: q̄rit a
parētib⁹ que ɔueniūt vite pfecte. AVG. de que. euan.
Prohibita aūt ſolicitudine de alimētis: ɔſñter ne extollā
tur admonuit dicēs: Nolite in ſublime tolli. Primo eniʒ
hoc ad neceſſitatē ɔplendā hō q̄rit: cū aūt his abūdaue/
rit incipit de talib⁹ ſupbire. Tale eſt hoc: acſi ſe vulnera
tus aliq̄s iactet: q: habeat multa emplaſtra in domo: cuʒ
hoc illi bonū eſſet ut vulnera nō hēet: ⁊ ne vno quidē in/
digeret emplaſtro. THE. vel eleuationē nihil aliud vo
cat q̄ vagū mētis motū: aīe aliud meditātis: ⁊ ex hoc ſa
lientis ad aliud ⁊ ſublimia cogitantis. BAS. Et ut itel
ligas hi⁹ eleuationē: memēto vanitatis ꝓprie iuuentutis
ſi q̄n manens ſolus cogitaſti de vita ⁊ ꝓmotiōib⁹ diſcur
rēs a pncipatu in pncipatū: amplex⁹ es diuitias: edifica
ſti palatia: amicis bene feciſti: vlt⁹ es inimicos. ē āt pec/
catū talis abſtractio: intenta eni circa ſupflua delectatio
a veritate ſeducit. vn̄ ɔueniēt ſubdit: Hec eniʒ om. gen.
mū. q̄rūt. ſ. voluptatē: diuitias: ⁊ hi⁹. GRE. niſen⁹. Ad
hibere eni ſolicitudinē reb⁹ apparentib⁹ ꝓpriū eſt eoruʒ
qui nullā ſupponūt ſpem futuri ſeculi: neq̄ʒ metuʒ iudicij

BASI. Sed de neceſſarijs vite ſubdit: Pater autē ve.
ſcit: q̄m his indigetis. CHRY. Nō dixit: Deus. ſʒ Pr̄
ut ipſos ad maiorē ꝓmoueret fiduciā. Quis eniʒ eſt pat̄
q̄ patiat̄ neceſſaria filijs nō miſtrare: ſed ⁊ aliud adijcit:
Nō eni poteris dicere: q̄ pater quidē eſt: ignorat tn̄ his
nos indigere. nā qui naturā creauit: ei⁹ indigentiā nouit

AM. Oſtendit aūt ɔſequent̄ nec ad pn̄s: nec in reliquū
fidelib⁹ grām defuturā: ſi mō qui diuina deſiderāt: trena
nō q̄rant. Indecorū quippe eſt hoīes curare de cibo: qui
militāt p regno. Nouit rex queadmodū familiā ſuaʒ pa
ſcat: alat: ⁊ veſtiat. vnde ſequit̄: Verūtamen q̄rite primū
regnuʒ dei: ⁊ hec oīa adijcient̄ vobis. CHRY. Nō re
gnū: ſed etiā opes xp̄s pollicet̄ cū eo. Si eni nos a curis
eos eripim⁹: q̄ ptermittētes ſua noſtroꝝ diligentiaʒ hn̄t:
multo magis deus. BED. Indicat eni aliud eſſe qō pn
cipalr̄ dat̄: aliud qō ſupaddit̄: quia nobis intentōe eterni
tas: in vſu vō tpalitas eſſe debet.

Nolite timere puſillus grex: quia complacu/
it patri veſtro dare vobis regnū. Vēdite que poſ
ſidetis ⁊ date elemoſynā: facite vobis ſacculos q
non veteraſcunt: theſaurū non deficientē in celis.
Quo fur nō appropiat: neq̄ʒ tinea corrūpit. Vbi

eni theſaurus veſter eſt: ibi ⁊ cor veſtruʒ erit.

GLO. Poſtq̄ dn̄s tpaliū curā a cordib⁹ diſcipuloꝝ
remouit: hic excludit ab eis timorē: ex quo ſupflua cura
pcedit dicēs: Nolite ti. puſil. grex. THE. Puſillū gre
gē dn̄s vocat volētes diſcipulos ei⁹ fieri. vel q: in hoc ſe
culo ſancti pui vident̄ cā voluntarie paupertatis: vel quia
ſupant̄ a multitudine angeloꝝ: qui incōpabilit̄ pcellūt q̄
nr̄a ſunt. BED. Puſillū etiā dn̄s gregē electoꝝ nomiat
vel ad ɔpationē maioris numeri reproborū: vel potius
ob humilitatis deuotionē. CIR. Quare aūt timere nō
debēt oñdit ſubdēs: Quia ɔpla. pa. ve. da. vo. regnuʒ. q.
d. Eum qui tam pcioſa largit̄: qualr̄ pigebit erga vos cle
mentiā exercere: Quāuis eni hic grex puus ſit ⁊ natura
⁊ numero ⁊ glīa: bonitas tn̄ patris ɔceſſit ⁊ huic puſillo
gregi celeſtiū ſpūuʒ ſortē. i. regnū celorū: ergo ut poſſide
atis regnū celoꝝ: opes terrenas ɔtēnite. vnde ſubdit̄:
Vendite que poſſi. ⁊ da. elemoſynā. BED. q. d. Nolite
timere ne ꝓpter regnū dei militātib⁹ h⁹ vite neceſſaria
deſint: q̄n etiā poſſeſſa ꝓpter elemoſynā vendite: qō tūc
digne fit: q̄n qui ſemel p dn̄o ſuo oībus ſpretis: nihilomi
nus poſt hoc labore manuū operat̄. vnde ⁊ victū tranſi/
gere: ⁊ elemoſynā dare queat. CHRY. Nō eſt eni pec
catū q̄ elemoſyna nequeat abolere: antidotū eſt cuilibʒ
ɔueniēs vulneri. ſed ⁊ elemoſyna nō ſolū in pecunijs fit:
ſed ⁊ in reb⁹ dū aliq̄s aliū ꝓtegit: dū medic⁹ medet̄: dū
ſapiens ɔſulit. GRE. naāz. Vereor aūt ne putes pieta/
tis tibi neceſſitatē nō ēē ſed arbitriū opinabar ⁊ ipſe hoc
ſed terrēt me hedi ad ſiniſtrā ſtatuti: nō q: rapuerūt: ſʒ q:
xp̄m in egentib⁹ nō placarūt. CHRY. Nam ſine ele/
moſyna ipoſſibile eſt regnū videre. Sicut eni fons ſi aq̄s
in ſe ɔtinuerit vitiat̄: ſic ⁊ diuites cū oīa penes ſe teneāt.

BASI. Sed q̄ret aliq̄s q̄d ɔſiderantē oʒ vendere q̄ poſ
ſidēt: nunq̄d tanq̄ eis naturalit̄ noxijs vel ꝓpter tētati
onē accidentē aīab⁹ ab eis: Ad hoc dicendū eſt: pmo q̄/
dē q̄ ſingulū eorū q̄ ſunt ſi p ſeipm̄ malū exiſteret nō eēt
creatura dei: oīs eni creatura dei bona. ɔſñter aūt q: mā/
datū dn̄icū nō docuit abijcere tanq̄ mala que poſſiden
tur ſʒ diſpēſare, dicēs: Et date elemoſynā. CIR. Mo/
leſtū aūt forte eſt hoc mādatū diuitibus: ſanā tn̄ menteʒ
hn̄tibus nō eſt inutile. theſaurizant eni ſibi regnū celeſte
vnde ſequit̄: Fa. vo. ſac. qui nō veteraſcūt. BED. Elemo
ſynas videlʒ operādo: quarū merces in eternū maneat:
vbi nō hoc pceptū eſſe putandū eſt: ut nil pecunie reſue
tur a ſanctis vel ſuis vel pauperū vſib⁹: cū ⁊ ipe dn̄s cui
angeli miſtrabāt loculos habuiſſe legat̄ a fidelib⁹ oblata
ɔſuās: ſed ne deo ꝓpter iſta ſeruiat̄: ⁊ ob inopie timorē
iuſticia deſerat̄. GRE. niſen⁹. Precipit aūt ſenſibiles ⁊
terrenas opes ſurſum ɔdere: quo virt⁹ corruptiua non
attingit. vnde ſubdit: The. nō defi. in ce. quo fur n̄ appro.
neq̄ʒ tinea corrūpit. THE. q. d. Hic tinea demolit̄: nō
aūt in celis. deinde q: tinea q̄dā nō demolit̄ addidit d̄ fu
re: Aurū eni nō demolit̄ tinea: ſed fur tollit. BED. Si/
ue igit̄ hoc ſimplr̄ accipiendū eſt q̄ pecunia ſuata defici
at: data aūt ꝓximo pennē fructū ɔferat in celis: ſeu ita q̄
theſaur⁹ boni opis ſi cōmodi terreſtris occaſiōe ɔdatur
facile corrupt⁹ intereat: at ſi celeſti ſolū intentiōe ɔgerat̄:
nō exterius hoīuʒ fauore: quaſi a fure qui de foris rapit
nō int⁹ inani glīa q̄ſi a tinea que interi⁹ ſcindit valet macu
lari. GLO. Vel fures ſunt heretici ⁊ demones qui ad
hoc intēti ſunt ut ſpiritualib⁹ non ſpoliēt: tinea que veſtes
latenter rodit inuidia eſt q̄ ſtudiū bonū lacerat: ⁊ ɔpaſſio
nē vnitatis diſſipat. THE. Porro q: nō oīa furto tol
lunt̄ addit potiorē rōnē, ⁊ nulla ꝓrſus patientē inſtantiā
dicēs: Vbi eni ē the. ve. ibi ⁊ cor ve. erit. q. d. Eſto q̄ nec
tinea demoliat̄: nec fur tollat. hoc ipm̄ qō eſt habere cor
affixū theſauro ſepulto ⁊ diuinū opus. ſ. aīam t̄re imer
gere q̄tū eſt dignū ſupplicio. EVSE. Nam q̄libet hō
naturalr̄ depēdet ab eo erga qō ſtudet: illuc totū animuʒ
applicat: vbi totū cōmodū poſſidere putauit. Vn̄ ſiquis

in rebus pñtis vite h₃ totã mentẽ ⁊ intentionẽ quaꝫ cognoſcit in terrenis verſat. Si vo mentẽ applicuerit ad celeſtia ibi mentẽ habebit ut videat ſolo coꝛpe cũ hoĩbus ꝯuerſari: aĩo vo iam ſit aggreſſus mãſiões celeſtes. BEDA. Hoc aũt nõ ſolũ de pecunia: ſed de cunctis paſſiõibus ſentiendũ eſt. luxurioſi epule ſunt theſauri: laſciui ludicra amatoꝛis libido.

Sint lumbi veſtri precincti: ⁊ lucerne ardentes in manibus veſtris: ⁊ vos ſimiles hominibus expectantibus dominũ ſuũ quando reuertatur a nuptijs: ut cum venerit ⁊ pulſauerit ꝯfeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi: quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis ꝙ precinget ſe ⁊ faciet illos diſcumbere: ⁊ tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecũda vigilia: ⁊ ſi in tertia vigilia venerit: ⁊ ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote: quoniã ſi ſciret paterfamilias qua hoꝛa fur veniret: vigilaret vtiq₃: ⁊ nõ ſineret perfodi domũ ſuam. Et vos eſtote parati: qꝛ qua hoꝛa non putatis: filius hoĩs veniet.

THE. Poſtq̃ ſuũ diſcipulũ modeſtũ ſtatuit dñs: ſpoliãs eũ qualibet vite cura ⁊ eleuatiõe: iam nunc ad miniſtrandũ inducit dicẽs: Sint lumbi veſtri ꝑcincti. i. ſemꝑ ꝓcliues ad exequendũ quedã opa domini noſtri. Et lucerne ardentes. i. nõ ducatis vitã in tenebꝛis: ſed aſſit vobis lux rõnis oñdens vobis agenda ⁊ fugiẽda. Eſt enim hic mundus nox: cincti vo lumbos ſunt qui practicã exequunt. naꝫ talis eſt miniſtrantiũ habit' quib' opoꝛtet adeſſe ⁊ lucernas ardẽtes. i. diſcretiõis donũ: ut valeat dinoſcere practicus nõ ſolũ qd opoꝛteat agere: ſed ⁊ quõ: alioqn in ꝑcipicio ſupbie hoĩes ruunt. Notandũ autẽ ꝙ primo iubet lumbos ꝑcingi: ſecũdo lucernas ardere. nã primo quidẽ eſt opatio. deinde ſpeculatio que eſt illuſtratio mentis. Ideo ſtudeam' exercere virtutes ut duas lucernas habeam' ardẽtes. ſ. conceptũ mentis iugit' in aĩa emicantẽ: quo nos illuſtramur: ⁊ doctrinã qua ceteros illuminam'. MAXI. Uel lucernas accẽſas docet hic p oꝛõnẽ ⁊ ꝯtemplationẽ ⁊ ſpiritalẽ dilectionẽ. CI. Uel ſubcigi ſignificat agilitatẽ ⁊ ꝓmptitudinem ad ſuſtinenda mala intuitu diuini amoꝛiſ. Lucerne ãt accenſio ſignificat ut non patiamur aliquos in tenebꝛis ignoꝛãtie viuere.

GRE. in home. Uel aliter lũbos ꝑcingim' cuꝫ carnis luxuriã p ꝯtinentiã coartam'. viris eni luxuria in lũbis eſt: feminis in vmbilico. a ꝑncipali igit' ſexu lũboꝝ noĩe luxuria deſignat'. Sed qꝛ min' eſt mala nõ agere: niſi etiã quiſq₃ ſtudeat bonis opib' inſudare addit': Et lucerne ardẽtes in manib' veſtris. Lucernas quippe ardẽtes i manib' tenem': cum p bona opa ꝓximis noſtris lucis exempla monſtram'. AUG. de que. euã. Uel docet ⁊ lũbos ꝑcingere ꝓpter ꝯtinentiã ab amoꝛe rerũ ſecularium: ⁊ lucernas ardentes hẽre ut hoc ipm vero fine ⁊ recta intẽtõe fiat. GRE. in ho. Sed ſi vtrũq₃ hoꝝ agit': reſtat ut quiſquis ille eſt totã ſpem ſuã in redemptoꝛis ſui aduentũ ꝯſtituat. vnde ſubdit': Et vos ſimi. homi. expe. do. ſu. qñ reuer. a nuptijs. Ad nuptias qppe dñs abijt: qꝛ aſcendens in celũ: ſupernã ſibi multitudinẽ angeloꝝ nou' hõ copulauit. THE. Quotidie etiã in celis deſponſat ſanctoꝛũ animas: quas ei paulus vel alius ſimilis offert virginẽ caſtã. Redit aũt a nuptijs celebꝛatis in celis: foꝛſan quidem vniuerſalit' in conſummatiõe totius: quando veniet de celo in gloꝛia patris: foꝛſan etiã ſingulis hoꝛis aſtans inopinate ꝑticulari vniuſcuiuſq₃ ꝯſummationi. CI. Conſidera etiã ꝙ a nuptijs quaſi a ſolennitate venit: in q̃ ſemper exiſtit diuinitas: nihil eni põt incoꝛruptibili nature inferre triſticiã. GRE. niſenus. Uel aliter cõſũmatis nuptijs: ⁊ deſponſata ſibi eccleſia: ⁊ admiſſa ea in thalamũ ſecretoꝛũ ꝑſtolabant' angeli reditũ regis ad naturalẽ beatitudinẽ: quibus ſimilem fieri decet noſtram vitam: ut ſicut illi ſine malicia cõuerſantes parati fuerint dominicũ regreſſum recipe: ſic ⁊ nos vigilãtes ad obedientiã ꝓmptos nos faciam' cum aduenerit pulſans. Sequit' enim: Ut cum vene. ⁊ pulſa. ꝯfe. aperi. illi. GRE. in hom. Uenit quippe cum ad iudiciũ ꝓperat: pulſat vo cum iã p egritudinis moleſtiã eſſẽ moꝛtẽ vicinã deſignat: cui ꝯfeſtim aperimus: ſi hunc cũ amoꝛe ſuſcipimus. Aperire eni iudici pulſanti nõ vult: q exire de coꝛpe trepidat: ⁊ eũ quẽ ꝯtempſiſſe ſe meminit: videre iudicẽ foꝛmidat. Qui ãt de ſua ſpe ⁊ opatiõe ſecur' eſt: pulſanti ꝯfeſtim aperit: qꝛ cum tpͤs ꝓpinque moꝛtis agnouerit: de gloꝛia retributionis hilareſcit. vnde ſubdit': Beati ſerui illi: quos cũ venerit do. inue. vigilantes. Uigilat qui ad aſpectũ veri luminis mẽtis oculos apertos tenet: qui ſeruat opando ꝙ credit: qui a ſe toꝛpoꝛiſ ⁊ negligẽtie tenebꝛas repellit. GRE. niſenus. Propter hanc igit' vigiliã obſeruandã ſupra dominus monuit: ut ſint lumbi ꝑcincti: ⁊ lucerne ardẽtes. lumen eni oppoſitũ oculis pellit ſomnolẽtiã oculoꝛũ. Lũbi etiã cingulo ꝑſtricti reddũt coꝛpus inſuſceptibile ſomni: nam q ꝑcinctus eſt caſtitate: ⁊ pura ꝯſcia illuſtrat' perſeuerat in ſomnis. CI. Cum igit' dñs veniens ſuos inſomnes inuenerit ⁊ ꝑcinctos: coꝛ illuminatũ hñtes: tunc eos ꝓmulgabit beatos. Sequit' eni: Amen dico vobis quia ꝑcinget ſe. Ex quo ꝑcipim' ꝙ ſimilia nobis retribuet: dũ ſuccinctis ſe ꝑcinget. ORI. Erit eni ꝑcictus iuſticia circa lumbos ſuos ſm Iſaiam. GRE. Per quã ꝑcingit ſe i. ad retributionẽ ſe ꝑparat. THE. Uel ꝑcinget ſe i. coꝙ nõ totã vbertatẽ bonoꝛũ largit': ſed hanc cohibet ſm certã menſurã. Quis eni deũ capere põt quant' eſt: vñ ſeraphin mihi velari dicunt ꝓpter excellentiã diuini ſplendoꝛis. Sequit': Et faciet illos diſcũbere. i. oĩno requieſcere. Sicut eni diſcumbẽs totũ coꝛpus facit pauſare: ſic in futuro aduentu ſancti totalit' requieſcent. hic eni nõ habuerunt requiẽ coꝛpiſ: illic vo ſimul cũ aĩabus ſpiritalia coꝛpoꝛa incoꝛruptionẽ foꝛtita: plena gaudebunt quiete.

CI. Faciet igit' illos diſcũbere: quaſi feſſos refocillans apponẽs ſpiritales delitias; ⁊ ſtatuẽs dapſilẽ donoꝛum ſuoꝛũ menſam. DIONY. in ep̄la ad tytũ: Diſcubitum eni opinamur quietẽ a multis laboꝛib': ⁊ vitã ſine leſiõe ⁊ ꝯuerſationẽ diuinã in lumine ⁊ regione viuentiuꝫ vniuerſo ſancto affecto adimpletã: ⁊ copioſaꝫ donationem omniũ donoꝝ ſm quã leticia adimplent'. hoc eſt eni ꝙ ieſus facit eos recumbere dans eis ꝑpetuã quietem: ⁊ diſtribuens eis bonoꝛũ multitudinẽ. vnde ſequitur: Et trãſiens mini. illis. THE. Quaſi vicẽ equalẽ eis reddẽs: ut ſicut ipſi miniſtrauerũt ei: ita ⁊ ipſe eis miniſtret. GRE. in home. Tranſiẽs vo dcm̃ eſt cum de iudicio ad regnuꝫ redit: vel dñs nobis poſt iudiciũ tranſit: qui ab humanitatis foꝛma in diuinitatis ſue cõtemplationẽ nos eleuat.

CI. Nouit aũt dñs lubꝛicũ fragilitatis humane ad peccandũ. ſed qm̃ bon' eſt deſpare nõ ſinit: ſed magis miſeret ⁊ dat nobis pniam in ſalutis antidotũ. ⁊ ideo ſubdit: Et ſi venerit in ſecũ. vigi. ⁊ ſi. in ter. vig. vene. ⁊ ita inue. beati ſunt ſerui illi. Diuidũt eniꝫ excubantes in menijs ciuitatũ ⁊ hoſtiũ ſeruãtes aggreſſus: noctẽ in tres aut quattuoꝛ vigilias. GRE. in home. Prima ergo vigilia primeuũ tempus eſt vite noſtre. i. pueritia: ſecũda adoleſcentia vel iuuentus. tertia aũt ſenect' accipit'. Qui ergo vigilare in ꝑma vigilia noluit: cuſtodiat in ſecũdã. Et qui in ſecũda noluit: tertie vigilie remedia nõ amittat: ut qui cõuerti in pueritia neglexit ſaltem in tẽpe iuuentutis vel in ſenectute reſipiſcat. CIR. De prima tñ vigilia mentionẽ nõ facit: qꝛ pueritia nõ punit' a deo ſed veniã meret'. Secunda vo ⁊ tertia etas d₃ obedientiã deo: ⁊ vitaꝫ honeſtam ducere ad voluntatẽ ipſius. GRECUS. Uel ad ꝑmã vigiliã ꝑtinẽt diligentius viuẽtes quaſi primũ gradũ ſoꝛtiti. ad ſecundã vo medie ꝯuerſatiõis menſurã tenentes ad tertiã vo qui ſunt infra hos: ⁊ idẽ de quarta putãduꝫ eſt: ⁊ ſi ꝯtingat de qnta. Diuerſe eni ſunt ꝯuerſationũ menſure: ⁊ bonus remunerator metit' vnicuiq₃ qđ dignuꝫ eſt.

THE. Uel qꝛ vigilie ſunt hoꝛe noctis ꝓuocãtes ſopoꝛem hoĩbus: intelligas etiã in vita nr̃a eſſe quaſdã hoꝛas que faciũt nos beatos ſi inſomnes repti fuerim'. Rapuit tibi aliquis facultates: defuncti ſunt tibi filij: accuſat' es ſed ſi in his tpibus nõ feceris ꝯtra dei mandata quicquã vigilantẽ te inueniet in ſecũda ⁊ tertia vigilia. i. in tpe malo ꝑnicioſum ſomnũ animab' lentis inferentẽ. GRE. in home. Ad excutiendã vo noſtre mentis deſidiaꝫ etiam exterioꝛa damna p ſimilitudinẽ ad mediũ deducunt'. naꝫ ſubdit': Hoc aũt ſcito: qm̃ ſi ſci. paterfa. qua hoꝛa fur ve. vigi. vti. ⁊ nõ ſine. ꝑfo. domũ ſuam. THE. Quidã hũc furẽ intelligũt eſſe diabolũ: domũ animã: patrẽfamilias hominẽ: nõ tñ vĩ hec acceptio cõſonare ſequentibus. aduentus eni dñi compar at' hic furi tanq̃ ex inopinato ꝓueniens ſm illud ap̄li: Dies domini ſicut fur: ita in nocte veniet. vnde ⁊ hic ſubdit': Et vos eſto. para. quia q̃ ho. ñ pu. fi. ho. veniet. GRE. in home. Uel aliter: Neſciente patrefamilias fur domũ ꝑfodit: quia dum a ſui cuſtodia ſpũs doꝛmit: improuiſa moꝛs veniens carnis nr̃e habitaculũ irrumpit: furi aũt reſiſteret ſi vigilaret: quia aduẽtus iudicis qui occulte aĩam capit: ꝑcauens ei penitẽdo occurreret: ne impenitens periret. Hoꝛam vo vltimã dominus iccirco nobis voluit eſſe incognitã: ut dum illam ꝓuidere nõ poſſum': ad illã ſine intmiſſiõe ꝑparemur.

Ait aũt ei petrus: Domine ad nos dicis hãc parabolã. an ⁊ ad omnes? Dixit autem dominus Quiſputas eſt fidelis diſpenſatoꝛ ⁊ prudens quẽ conſtituit dominus ſuper familiã ſuam ut det illi in tempoꝛe tritici menſuram? Beatus ille ſeruus quem cum venerit domin': inuenerit ita facienteꝫ Uere dico vobis. quoniã ſuper omnia que poſſidet: conſtituet illum? Qđ ſi dixerit ſeruus ille i coꝛde ſuo. moꝛam facit domin' meus venire ⁊ ceperit percutere pueros ⁊ ancillas. ⁊ edere ⁊ bibere ⁊ inebꝛiari ⁊ veniet domin' ſerui illius i die qua nõ ſperat. ⁊ hoꝛa qua neſcit. ⁊ diuidet eum. parteq₃ eius cum infidelibus ponet.

THE. Petrus cui iam cõmiſſa eccl̃ia fuerat quaſi omniũ curã gerẽs: inquirit vtrũ ad oẽs dñs parabolaꝫ ꝓtuliſſet. vnde di': Ait autem ei petrus: Dñe ad nos dicis parabolã hanc: an ad oẽs? BED. Duo dominus in ꝑmiſſa parabola mouerat: ⁊ ſe videlicet ſubito venturũ: ⁊ illũ eos paratos expectare debere: Sed de quo hoꝛũ: an de vtroq₃ petrus interrogauerit: quoſue ſibi ſocijſq₃ ſuis cõparauerit cum ait: Ad nos dicis: an ad omnes? Nõ facile p₃. Et quidẽ in eo ꝙ ait: Nos: ⁊ Omnes. non alios q̃ apoſtolos apoſtoloꝛũq₃ ſimiles ⁊ ceteros fideles vĩ xp̄ianos: ⁊ infideles: vel eos qui viritim. i. ſigillatim moꝛientes: ſui iudicis aduentũ nolentes volenteſq₃ ſuſcipiunt: ⁊ eos qui in vniuerſali iudicio viui ſunt in carne reperiẽdi ſignificare putandus eſt. Mirũ eſt aũt ſi petrus dubitauit: vel omnib' ſobꝛie ⁊ pie ⁊ iuſte viuendũ expectantib' beatam ſpem: vel inopinatũ ſinguloꝛũ ⁊ omniũ futurum eſſe iudiciũ. vnde reſtat intelligi hiſ. ſ. duob' iam bene cognitis ea que neſcire poterat queſiſſe: videl₃ ſi ſublimia illa vite celeſtis inſtituta: quib' poſſeſſa vendere ſacculos qui nõ veteraſcerẽt facere: lumbis ꝑcinctis: lucerniſq₃ ardentib' vigilare ꝑceperat: ad ap̄los ſolum ſimileſq₃ eoꝝ aut ad omnes qui ſaluãdi ſunt ꝑtineãt. CIR. Ualidaꝫ aũt mentẽ habentib' ꝯueniunt ardua: ⁊ excellẽtia mãdatoꝛũ ſanctoꝛũ. his vo qui nõdum ad hanc virtutem attigerunt: ꝯueniunt ea a quib' omnis facultas excluditur. vnde dñs exemplo manifeſtiſſimo vtitur: oſtendẽs mandatũ ꝑmiſſum ꝯuenire his qui admiſſi ſunt in gradus diſcipuloꝛũ. Sequit' eni: Dixit aũt dominus: Quiſputas ẽ fidelis diſpenſatoꝛ? AM. Uel aliter: Supioꝛis quideꝫ in omnes ꝑcepti foꝛma eſt generalis: verũ ſeries ſequentis exempli diſpenſatoꝛib': hoc eſt ſacerdotibus videtur eſſe ꝓpoſita. vnde ſequitur: Dixit autem dñs: Quiſputas eſt fidelis diſpẽſatoꝛ ⁊ prudens quẽ conſtituit dominus ſuper familiã ſuã: ut det illi in tempoꝛe tritici menſurã. THE q. d. Predicta parabola cõiter omnes fideles attingit. ſed quid vobis apoſtolis ⁊ doctoꝛib' cõueniat audiatis. Quero enim quis diſpẽſatoꝛ inueniat' in ſe habens fidelitatẽ ⁊ prudentiã. ſicut enim in diſpẽſatoꝛib' facultatũ: ſiue aliquis incautus ſit fidelis dño exiſtens: ſiue etiã prudẽs ſit ⁊ infidelis: diſperiũt res domini: ſic ⁊ in reb' diuinis opus eſt fidelitate ⁊ prudẽtia. noui enim multos deũ colentes ⁊ fideles: quia vo non poterãt prudenter eccleſiſtica tractare negocia: nõ ſolũ poſſeſſiones ſed etiam animas deſtruebat: vtentes in peccatoꝛes indiſcreta virtute: per imoderata penitentie mandata: vĩ impoꝛtunã manſuetudinẽ. CHRY. Querit aũt hic dñs non quaſi fidelem ⁊ prudentẽ diſpenſatoꝛẽ ignoꝛans: ſed volens innuere raritatẽ rei: ⁊ huiuſmodi ꝑſulatus magnitudinem. THB. Quiſquis ergo fidelis fuerit inuentus ⁊ prudens: ꝑſideat familie domini: ut ſingulis tempoꝛib' det tritici menſuram vel ſermonẽ doctrine quo paſcũtur anime: vel operũ exemplũ quo vita infoꝛmetur. AUG. de que. euã. Menſurã aũt dicit ꝓpter modũ capacitatis quoꝛũcunq₃ audientiũ. ISIDO. Additũ eſt etiã in tempoꝛe ꝙ beneficiũ nõ ſuo tpe datũ reddit' caſſum: ⁊ nomẽ beneficij perdit. Idem eſt panis eſurienti quidẽ appetibilis: ſaciato aũt nõ multũ. De hui' aũt ſerui diſpenſatoꝛis ꝑmio ſubdit dicens: Beatus ille ſeruus: quẽ cum venerit dominus: inuenerit ſic faciẽtẽ. BASI. Nõ dicit agẽtem a caſu: ſed ſic facientẽ. nõ eni vincere ſoluꝫ conuenit: ſed etiã certare legitime. hoc aũt eſt ſic ſingula exequi: ſicut recipimus in mandatis. CIR. Sic ergo fidelis ſeru' ⁊ prudẽs: oppoꝛtuno tpe diſtribuens prudenter cibaria famulis: hoc eſt ſpiritales eſcaſ beat' erit: iuxta dcm̃ ſaluatoꝛis: in hoc. ſ. ꝙ obtinebit adhuc maioꝛa: ⁊ merebit' premia familiarib' debita. vnde ſequitur: Uere dico vobis quia ſuper omnia que poſſidet conſtituet illum. BED. Quanta eni inter bonos auditoꝛes ⁊ bonos doctoꝛes eſt meritoꝛũ diſtantia: tanta eſt etiã ꝑmioꝛũ. hos eniꝫ adueniens cum vigilãtes inuenerit faciet diſcumbere: illos aũt cum fideliter prudenterq₃ diſpẽſantes inuenerit: ſuper omnia que poſſidet conſtituet. i. ſuper omnia celeſtis regni gaudia: nõ vtiq₃ ut hoꝛũ ſoli dominiũ teneant: ſed ut eoꝛũ abundantius ceteris ſanctiſ eterna poſſeſſiõe fruantur. THE. Uel ſuper omnia bona ſua conſtituet eum: nõ ſolum ſuper ſuã familiã: ſed ut tam terrena q̃ celeſtia ei obediant: qualis fuit ieſus naue ⁊ helias: alter ſoli: alt' nubib' mandans: ⁊ omnes ſancti quaſi dei amici rebus dei vtunt'. Quicunq₃ etiam vitam virtuoſe ꝑagit: ⁊ ſeruos ſuos. i. iram ⁊ concupiſcentiã recte diſpoſuit: exhibens tempoꝛibus ſingulis menſurã frumenti: ire quideꝫ ut afficiat in habẽtes odio deum. ꝯcupiſcentie vo ut neceſſario vtatur carnis ꝓuiſione: oꝛdinãs eam in deũ. Talis inquã conſtituet' ſup omnia que poſſidet dominus: dignus omnia per ſpeculatiuũ intellcm̃ intueri. CHRY. Dominus aũt nõ ſolum ex honoꝛe bonis reſeruato: ſed ex minis pene in malos coꝛrigit auditoꝛẽ. vnde ſequitur Quod ſi dixerit ſeruus ille in coꝛde ſuo: moꝛã facit dñs meus venire. BED. Nota inter vitia ſerui mali aſcriptum: ꝙ tardum domini ſui reditum putauerit. Non autem inter boni virtutes annumeratũ: ꝙ hunc citũ ſperauerit: ſ₃ tñ fideliter miniſtrauerit. Nil ergo melius eſt: q̃ ut patienter ſuſtineam' ignoꝛare quod ſciri nõ poteſt: ſed tñ laboꝛemus ut idonei inueniamur. THE. Ex eo ãt

ꝙ nõ conſideraſ hoꝛa finis multa peccata eueniunt: naꝫ ſi cogitarem⁹ ꝺ ſim venire: ⁊ preſto eſſe terminū vite noſtre: minus vtiqꝫ peccarem⁹. vnde ſequit: Et ceperit percutere pueros: ⁊ ancillas: ⁊ edere: ⁊ bibere: ⁊ inebriari. BED. In hoc ſeruo cunctoꝝ pſulū maloꝝ narratur damnatio: qui neglecto domini timoꝛe: nõ modo ipſi luxurie vacant: ſed etiam ſubditos iniurijs ſtimulant: ꝙuis ⁊ typice poſſit intelligi pueros ⁊ ancillas percutere: coꝛda infirmoꝝ prauo exemplo vitiare. Edere aūt: bibere: ⁊ inebriari facinoꝛibus ⁊ ſeculi illecebꝛis que hominē dementant occupari: de eius aūt pena ſubdit: Ueniet dominus ſerui illius die qua non ſperat. ſ. iudicij vel moꝛtis. Et diuidet eum. BAS. Non quidem diuidet coꝛpus ut hoc quidem exponat toꝛmentis: illud vero dimittatur. nam fabuloſum eſt hoc neqꝫ iuſti iudicij cum deliquerit totuꝫ dimidiū pati penam. nec anima ſecaſ tota criminoſaꝫ cõſcientiam poſſidenſ. ⁊ cum coꝛpoꝛe mala cooperans: ſꝫ diuiſio eius eſt perpetua alienatio aīe a ſpū. Nunc enim ⁊ ſi non ſit gratia ſpūs indignis: videſ tamen vtcunqꝫ adeſſe conuerſionē eoꝝ expectans ad ſalutem: tunc vͦo totaliter amputabit ab anima. Spūs ergo ſanctus ⁊ bꝛauiuꝫ eſt inuitoꝝ: ⁊ pꝛima condemnatio peccatoꝝ: qm̄ eū indigni amittent. BED. Uel diuidet eum a fideliuꝫ cõſoꝛtio ſegregando: ⁊ eis qui nunꝙ ad fidem pertinuerant ſociando. vnde ſequit: Partemqꝫ eius cum infidelib⁹ ponet. quia qui ſuoꝝ ⁊ domeſticoꝝ curam nõ habet: fidē negauit: ⁊ eſt infideli deterioꝛ ut ait apl's. THE. Recte etiam infidelis diſpenſatoꝛ cū infidelibus partē accipiet quia vera caruit fide.

**Ille aūt ſeruus qui cognouit voluntateꝫ domini ſui: ⁊ non ſe pꝛeparauit: ⁊ nõ fecit ſcd'm volūtatem eius plagis vapulabit multis: qui auteꝫ nõ cognouit ⁊ fecit digna plagis vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum eſt: multuꝫ queretur ab eo: ⁊ cui commendauerunt multuꝫ: plus petent ab eo.**

THE. Hic nobis dñs maius aliquid ⁊ terribilius oñdit. nõ enim ſolū diſpenſatoꝛ infidelis accepta ꝓbabitur gratia ut nihil eum iuuet ad vitandū ſupplicia: ſed magis fiet ei damnatiõis cauſa dignitatis imenſitas. vnde dicit: Ille aūt ſeruus qui cognouit voluntatē domini ſui: ⁊ nõ fecit ſm voluntatē ei⁹ plagis vapulabit multis. CHRY. Nõ enim ſi'r in oībus omnia iudicant: ſꝫ maioꝛ cognitio fit maioꝛis pene materia. vnde ſacerdos eadem peccās cum populo: multa grauioꝛa patiet. CIR. Homo eniꝫ perſpicax qui turpioꝛib⁹ ſuam voluntatem inclinauit: inexcuſabile pctm̄ cõmiſit: quaſi ꝓpter maliciam recedenſ a domini voluntate: ſed homo ruſtican⁹ rõnabilius implozabit veniam vindicantis. vnde ſubditur: Qui au. nõ co. ⁊ fe. dig. pla. vapu. paucis. THE. Hic obijciūt aliq̄ merito puniſ qui ſciens voluntatē domini nõ ꝓſequitur Sed cur punitur ignoꝛans: quia cum ipſe ſcire potuiſſꝫ noluit: ſed pigritans ipſe fuit ignoꝛātie ſue cā. BASI. Sed dices: ſi hic quidē multa ſuſtinet verbera: hic auteꝫ pauca: qualiter dicunt quidā ꝙ nõ imponit finem ſupplicijs: Sed ſciendū eſt ꝙ hoc qd' hic dr̄: non numerū penarum: ſed differentiā indicat. poteſt enim aliquis eē dign⁹ inextinguibili flāma: vel remiſſioꝛi vel intenſioꝛi: ⁊ indeficiente verme: vel mitius toꝛquente vel foꝛtius. THE. Oſtendit autem ꝯſequenſ quare doctoꝛibus ⁊ ſcientibus intenſioꝛ pena debeatur cum dr̄: Omni au. cui mul. da. ē mul. que. ab eo: ⁊ cui cõmen. mul. plus pe. ab eo. Daſ quidem doctoꝛib⁹ grā faciendi miracula: ſed cõmendaſ eis ſermonis ⁊ doctrine gratia: ſed in dato quidem nõ dicit aliquid plus petendū: ſed in cõmēdato ſiue depoſito: nā gratia verbi incremento eget: ⁊ a doctoꝛe requirit amplius. nõ enim decet eum toꝛpere: ſed augere verbi talentū.

BED. Uel aliter: Multū ſepe datur etiam quibuſdaꝫ pꝛiuatis quibus etiam cognitio dñice voluntatis ⁊ exequendi que cognoſcunt facultas impendit. Multum aūt commēdat illi: cui cum ſua ſalute dominici quoqꝫ gregis paſcendi cura cõmittitur: maioꝛi ergo gratia donatos ſi deliquerint: maioꝛ vindicta ſequeſ. Mitiſſima auteꝫ omniū pena erit eoꝝ qui pꝛeter pctm̄ quod oꝛiginalit traxerunt nullū inſuper addiderūt: ⁊ in ceteris qui addiderūt tanto q̄libet ibi tolerabilioꝛē habebit damnationē: ꝙto hic minoꝛem habuit iniquitatem.

**Ignem veni mittere in terraꝫ: ⁊ quid volo niſi ut accendatur. Baptiſmo autem habeo baptiꝫari: ⁊ quomodo coartoꝛ vſqꝫ dum perficiatur. Putatis quia pacem veni mittere in terraꝫ: Nõ dico vobis: ſed ſeparationē. Erunt enim ex hoc quinqꝫ in domo vna diuiſi: tres in duos: ⁊ duo in tres diuidentur: pater in filium: ⁊ filius in patrem ſuum: mater in filiā: ⁊ filia in matrē: ſocrus in nurum ſuam ⁊ nurus in ſocrum ſuam.**

AM. Diſpēſatoꝛib⁹. i. ſacerdotib⁹ pꝛemiſſa videntur eſſe pꝛepoſita: ꝙ ſciant ſibi graue in futuram penam eſſe ſubeundā: ſi familiam domini gubernare neglexerint. ſꝫ quia exiguus eſt ꝓfectus metu ſupplicij ab erroꝛe reuocari: ideo dominus ad querendā cupiditatē diuinitatis inflammat dicens: Igneꝫ ve. mitte. in terram. Non vtiqꝫ illum ꝯſumptoꝛē bonoꝝ: ſed bone voluntatis auctoꝛeꝫ qui aurea dominice domus vaſa melioꝛat: fenū vͦo cõſumit ⁊ ſtipulam. CI. Mos eſt aūt ſacre ſcripture ignē quādoqꝫ dicere ſacros ⁊ diuinos ſermones. Sicut enim qui auꝝ ⁊ argentū purgare nouerūt: per ignem ꝯſumūt eoꝝ ſoꝛdiciem: ſic ſaluatoꝛ ꝑ euangelica documēta in vͦtute ſpūs abſtergit intellcm̄ eoꝝ qui credunt in eum. Hic eſt igitur ignis ſalubꝛis ⁊ vtilis: quo habitatoꝛes terre frigidi quodāmodo ⁊ extincti ꝓpter pctm̄ incaleſcunt ad pietatē vitam. CHRY. Terram enim ad pꝛeſens vocat: non eā quā pedibus terim⁹ ſed plaſmatā manibus eius. ſ. hominē: cui domin⁹ ignē ingerit ad conſumptionē peccatorū ⁊ innouationē animaruꝫ. TYTUS. Eſt aūt intelligendū eum de celo veniſſe: non eniꝫ ſi de terra veniſſet in terram diceret: Igneꝫ veni mittere in terram. CIR. Huius aūt ignis dominus accelerabat incendiū. vnde ſequitur: Et quid volo: niſi ut accendatur: Credebant eni iam quidā ex iſrael: quoꝝ exoꝛdiuꝫ fuerant venerandi diſcipuli. ſed ignis ſemel in iudea accenſus totū oꝛbem occupare debebat: conſummata tamen paſſionis eius diſpēſatione. vnde ſequitur: Baptiſma autē habeo baptiꝫari. Nam ante venerabilē cruceꝫ: ⁊ eius reſurrectionē a moꝛtuis: in ſola iudea fiebat mentio ꝑdicationis ⁊ miraculorū ipſius. poſtꝙ aūt pꝛincipem vite inſanientes occiderūt tunc apoſtolis pꝛecepit dicens: Euntes docete oēs gentes. GRE. ſuper ezechielē. Uel aliter: ignis in terrā mittitur: cū per ardoꝛē ſancti ſpūs afflata: terrena menſ a carnalibus ſuis deſiderijs crematur: ſuccenſa autem ſpiritali amoꝛe malum quod fecit plangit: ⁊ ſic terra ardet: quādo accuſante ſe conſcientia coꝛ peccatoꝛis in doloꝛe penitentie crematur. BED. Addit autem: Baptiſmo habeo baptiꝫari. i. ſanguinis pꝛoprij tinctione pꝛius habeo perfundi: ⁊ ſic coꝛda credentiū igne inflāmari. AM. Tanta autem eſt domini dignatio: ut infundende nobis deuotionis ⁊ cõſummande perfectionis in nobis: ⁊ maturande pꝛo nobis paſſionis ſtudium ſibi ineſſe teſtetur. vnde ſequitur: Et quō coartoꝛ vſqꝫ dum ꝑficiatur. Quidam codices habent: Et coagoꝛ. i. contriſtoꝛ. Cum enim in ſe nihil habet quod doleret: noſtris tamen angebatur erumnis: ⁊ tempoꝛe moꝛtis meſticiā pꝛetendebat: quam nõ ex metu moꝛtis ſue ſed ex moꝛa noſtre redēptionis aſſumpſerat. Qui eni vſqꝫ ad perfectionē angiſ de ꝑfectiõe ſecur⁹ eſt

ſecurus eſt: qꝛ eū ꝯdicio coꝛpōis affectus non foꝛmidoꝛis offendit: nam qui coꝛpus ſuſcepit: oīa debuit ſubire que coꝛpis ſunt: ut eſuriret: ſitiret: angeret: ⁊ ꝯtriſtaretur. diuinitas aūt ꝑ hos affectus neſcit cõmutari. Simul etiam oſtendit: ꝙ in certamine paſſiõis moꝛs coꝛpis: abſolutio anxietudinis: nõ coaceruatiua ſit doloꝛis. BEDA. Quō aūt poſt baptiſma ſue paſſiõis poſt ignis ſpiritalis aduentū terra ſit arſura declarat ſubdens: Putatis quia pacē veni dare in terram: nõ dico vobis: ſꝫ ſeparationē. CIR. Quid dicis domine: Non veniſti pacē daturus: qui fact⁹ es nobis pax: pacificans per crucē celeſtia ⁊ terreſtria: qui dixiſti: Pacem meā do vobis. Sed manifeſtū eſt ꝙ vtilis quidem eſt pax: quādoqꝫ autē damnoſa: ⁊ ſeparans ab amoꝛe diuino: per quā. ſ. ꝯſentiunt his qui a deo diſſident: ⁊ ob hoc federa terrena docuit vitare fideles. vnde ſequit: Erunt enim quinqꝫ ex hoc in domo vna diuiſi: tres in duos: ⁊ duo in tres diuidenſ: pater in filiū. AM. Cum ſex ꝑſonarū videaſ facta ſubiectio patris ⁊ filij: matris ⁊ filie: ſocrus ⁊ nurus: quinqꝫ tn̄ ſūt: qꝛ eadem mater que ſocrus accipi põt: que eni eſt mater filij: ſocrus eius vxoꝛis eſt. CHRY. Per hoc aūt futuꝝ euentū ꝓtulit. Cõtingebat enim in eadē domo aliqueꝫ eē fidelē: cuius pater vellet eum ad infidelitatē ꝓtrahere: ſꝫ intantū ꝓualuit virtus doctrine chꝛiſti: ut filij patres dimitterent: matreſqꝫ filie: ⁊ liberos parentes. Libuit enim fideles chꝛiſti non ſolum contemnere ꝓpꝛia: ſed ⁊ cūcta ſimul pati: dūmodo cultu fidei nõ careant. Si autem purus homo eſſet: vnde ſuppeteret ei hoc poſſe meditari: ꝙ a patribus plus amaret ꝙ filij: ⁊ a filijs pluſꝙ patres: et a viris pluſꝙ ꝯiuges: ⁊ hoc non in vna domo aut centū ſed vbiqꝫ terrarū. ⁊ nõ ſolum hoc ꝑdixit: ſed etiam opere cõſummauit. AM. Myſtica aūt interꝑtatiõe dom⁹ vna: homo vnus eſt. duos aūt legimus frequenter: aīam ⁊ coꝛpus. ꝙ ſi duobus ꝯuenerit: efficit vtraqꝫ vnū. aliud eſt qd' ſeruit: aliud cui ſubijcit. Tres aūt anime affectiões ſunt: vna rõnabil': alia concupiſcibilis: tertia impetibilis Duo ergo in tres: ⁊ tres in duo diuiduntur. Etenim per aduentū chꝛiſti homo qui erat irrõnabilis: rõnabilis fact⁹ eſt. Eramus carnales terreni: miſit deus ſpm̄ ſuum in coꝛda noſtra: facti ſumus filij ſpūales. Poſſumus etiaꝫ dicere ꝙ in hac domo ſunt alij quinqꝫ. i. odoꝛ: tactus: guſtus viſus: ⁊ auditus. Si ergo ſm ea que audim⁹ aut legimus ſenſu viſus atqꝫ audit⁹ excludamus ſuperfluas voluptates coꝛpoꝛis: que guſtu tactuqꝫ ⁊ odoꝛe percipiunſ: duo in tres diuidim⁹: eo ꝙ mentis habitus vitioꝝ non capiatur illecebꝛis: aut ſi quinqꝫ ſenſus acceperim⁹ coꝛpoꝛales: vitia iam coꝛpoꝛis ⁊ peccata ſe ſeparant. Poſſunt ēt caro videri atqꝫ anima ab odoꝛe tactu guſtuqꝫ luxurieſceparata: foꝛtioꝛ enim rõnis ſexus velut virilis fertur affectus: hec mollioꝛeꝫ ſtudet tenere rõnem. Ex his itaqꝫ diuerſarū cupiditatū motus inoleuit. ſed vbi in ſe anima rediit degeneres abiurat heredes. Caro quippe cupiditatibus ſuis quas ſibi ipſa generauit: tanꝙ ſentib⁹ mūdi doluit eſſe ꝯfixā. Sed velut coꝛpoꝛis quedā atqꝫ aīe nurus voluptas motui praue cupiditatis inubit. Ergo quādiu manſit in vna domo ꝯſpirantibus vitijs indiuidua ꝯſenſio nulla videbat eſſe diuiſio. vbi vͦo chꝛiſtus ignem quo delicta coꝛdis exureret: vel gladiū quo ſecreta penetrantur miſit in terras: tunc caro atqꝫ aīa regenerationis innouata myſterijs: copulam poſteritatis eliminat: ut diuidātur parētes in filios: dum intemperās motus intemperātiā abdicat: ⁊ aīa declinat in ꝯſoꝛtiū culpe. Filij quoqꝫ in parentes diuiduntur: dum renouati hoīes vitia vetuſta declinant: voluptaſqꝫ adoleſcentioꝛ ſerioſe domus refugit diſciplinā. BED. Uel aliter: Per tres ſignificanſ qui fidem trinitatis habent: ꝑ duo infideles qui a fidei vnitate diſſentiūt. Pater aūt diabolus eſt: cuius filij imitando eram⁹: ſed poſtꝙ venit ignis ille celeſtis: nos ab inuiceꝫ ſeparauit ⁊ oſtendit alterū patrē qui eſt in celis. Mater ſynagoga: filia eſt eccleſia ꝑmitiua: que ⁊ eam de qua gen⁹ ducit ſynagogam fidei perſecutricem ſuſtinuit: ⁊ ipſa eidem ſynagoge fidei veritate ꝯtradixit. ſocrus ſynagoga: nurus eccleſia de gentibus: quia ſponſus eccleſie chꝛiſt⁹ filius eſt ſynagoge ſm carnē. Synagoga ergo in nurū ⁊ in filiā eſt diuiſa: que credētes de vtroqꝫ ꝑplo ꝑſequit: ſed ⁊ ille in ſocrū ⁊ in matrem ſunt diuiſe: quia volunt carnalē circumciſionem ſuſcipere.

**Dicebat aūt ad turbas: Cum videritis nubē oꝛientem ab occaſu ſtatim dicitis nymbus venit ⁊ ita fit. ⁊ cum auſtrum flantem dicitis: quia eſtus erit: ⁊ ita fit. Hypocrite faciem celi ⁊ terre noſtis pꝛobare. hoc autem tempus quomodo non pꝛobatis: Quid autem ⁊ a vobiſipſis non iudicatis quod iuſtuꝫ eſt.**

THE. Cum de ꝑdicatiõe diſceptaſſet: ⁊ eam noīaſſet gladiū: poterant audientes turbari neſcientes quid diceret. ⁊ ideo dñs ſubdit: ꝙ ſicut aereas diſpoſitiões ꝑ quedam ſigna cognoſcūt ſic deberent eius aduentuꝫ cognoſcere. ⁊ hoc eſt quod dicit: Cum videritis nubem oꝛientem ab occaſu: ſtatim dicitis: Nymbus venit: ⁊ ita fit. ⁊ cū auſtrū flantē dicitis: quia eſtus erit: ⁊ ita fit quaſi. d. Uerba mea ⁊ opa mea me indicant ꝯtrariuꝫ vobis. poteſtis igiſ cõiectare qꝛ nõ veni pacem dare ſed imbꝛem ⁊ turbinem. Ego enim ſum nubes ⁊ venio ab occaſu. i. ab humana natura pꝛidem multa induta peccatoꝝ caligine. Ueni etiam ponere ignē. i. eſtum incitare. Sum enim auſter ventus calidus ⁊ oppoſitus boꝛeali frigiditati. BED. Uel qui ex elementoꝝ imutatiõe ſtatum aurarū quia voluerunt: facilime ꝑnoſcere potuerunt. Poſſent etiā ſi vellent tempus aduentus domini ex dictis intelligere ꝓphetarū. CIR. Pꝛophete eni multiphariē ꝑnūciauerūt chꝛiſti myſteriuꝫ. Dicebat ergo ſi pꝛudentes eſſent ad futura pꝛoſpectum intendere: nec ignoꝛare futuras tempeſtates poſt vitā pñtē valerent. erit eni ventus ⁊ pluuia: ⁊ ſupplicium futurū per ignem: ⁊ hoc ſignificat cum dr̄: Nymb⁹ venit. debebat etiā ſalutis tp̄s nõ ignoꝛare: ſcꝫ aduentuꝫ ſaluatoꝛis: per quē ꝑfecta pietas intrauit mundū. Et hoc ſignificat cum dicitur: Dicitis quia eſtus erit. vnde in eorum repꝛehenſionē ſubdit: Hypocrite: faciē celi ⁊ terre noſtis ꝓbare. hoc aūt tp̄s quō nõ ꝓbatis: BASI. Eſt aūt notandū ꝙ neceſſarie ſunt humane vite ſiderū cõiecture dummō q̄s vltra menſurā nõ ꝑquirat eoꝝ indicia. Eſt. n. nõnulla de pluuijs futuris ꝑcipere. plura quoqꝫ de eſtibus ⁊ impetu ventoꝝ vel ꝑticularib⁹ vel vniuerſalib⁹ vel violentis vel leuib⁹. Quāta vͦo cõmoditas ex eoꝝ cõiectura vite ꝑſteſ quis neſcit: Intereſt eni naute ꝓnoſticari ꝓcellarū ꝑicula: viatoꝛi mutationē aeris: colono fructuū copiā. BED. Sed ne aliqui de turba ſe ꝓpheticе lectionis ignaros tempoꝝ curſus ꝓbare nõ poſſe cauſarētur vigilanter adiungit. Quid aūt ⁊ a vobis ipſis non iudicatis qd' iuſtum eſt. Oſtendēs eos ⁊ ſi lr̄as neſciant: naturali tn̄ ingenio poſſe dinoſcere eum qui opera fecit q̄ nullus alius feciſſet ſupꝛa hominē ⁊ deum eſſe. vnde p⁹ huius ſeculi iniuſticias: iuſtū creatoꝛis iudiciū eſſe venturū. ORI. Niſi autē eſſet nobis natura inſitum id quod iuſtum eſt iudicare: nunquā ſaluatoꝛ hoc diceret.

**Cum autem vadis cuꝫ aduerſario tuo ad pꝛincipem in via da operam liberari ab illo ne foꝛte trahat te apud iudicem. ⁊ iudex tradat te exactoꝛi. ⁊ exactoꝛ mittat te in carcereꝫ. Dico tibi nõ exies inde donec etiaꝫ nouiſſimū minutū reddas**

THE. Poſtꝙ oñdit dñs laudabilē diſcoꝛdiam: ex hic docet laudabilē pacem cum dicit: Cum aūt va. cū aduerſario ad pꝛin. in via da ope. li. ab illo. q. d. cum trahit te aduerſarius ad iudiciū da operam. i. oībus modis excogi

tes ut abſoluaris ab illo. Uel da operā .i. ſi nihil habeas: mutuū accipe: ut abſoluaris ab illo: ne te corā iudice cōueniat. vnde ſequit̃: Ne forte trahat te apud iudicē: ⁊ iudex tradat te exactori: ⁊ exactor mittat te in carcerē.

CIR. In quo anguſtias patieris donec etiam nouiſſimū aſſem exigent. Et hoc eſt qđ ſubdit: Dico tibi: non exibis inde donec ē nouiſſimū minutū reddas. CHRY. Uidet̃ mihi de pñtib⁹ iudicib⁹ dicere: ⁊ de itinere ad pñs iudiciū ⁊ de carcere huius mūdi. ꝑ hec eñi que apparēt ⁊ in ꝓmptu ſunt irrōnabiles hoies ſe corrigere ꝯſueuerūt frequenter eñi nō ſolum ex futuris bonis vel malis commonet: ſed etiā ex pñtib⁹ ꝓpter groſſiores auditores.

AM. Uel aduerſarius noſter diabolus eſt qui ſerit illecebras delictoꝝ: ut habeat in ſupplicio ꝑticipes: quos habuit in errore ꝯſortes. Aduerſari⁹ etiaꝫ nobis eſt ois viciorū vſus. Denicꝫ aduerſaria eſt nobis mala ꝯſcia: q̄ nos ⁊ hic afficit: ⁊ in futurū accuſabit ⁊ ꝓdet. Dem⁹ igit operā ut dū in hoc ſum⁹ vite curriculo ꝯſtituti: tāq̄ a malo aduerſario: ita ab improbo liberemur actu: ne dū imus cum aduerſario ad magiſtratū in via noſtrū ꝯdēnet errorem. Quis aūt eſt magiſtratus: niſi penes quē ois ptās ē Hic aūt magiſtratus tradit reū iudici: ei .ſ. cui viuoꝝ ⁊ mortuorū tribuit ptātē .ſ. ieſu chriſto per queꝫ occulta redarguunt̃: ⁊ improbi operis pena mandat̃. Ipſe exactori tradit: ⁊ in carcerē mittit. dicit enim: Tollite ⁊ mittite illū in tenebras exteriores: ⁊ exactores ſuos monſtrat eē angelos: de quib⁹ dicit̃: exibunt angeli ⁊ ſeparabūt malos de medio iuſtorū: ⁊ mittent eos in caminū ignis. Sed ſubditur: Dico tibi: nō exies donec etiam nouiſſimū minutum reddas. Sicenim qui pecuniam ſoluūt non prius euacuant fenoris nomen q̄ totius ſortis vſcꝫ ad minimuꝫ quocunqꝫ ſolutiōis genere quātitas vniuerſa ſoluatur: ſic cōpenſatōe charitatis actuūcꝫ reliquorū vl' ſatiſfactione q̄cunqꝫ peccati pena diſſoluitur. ORI. Uel aliter: Quattuor perſonas hic ponit: aduerſarij: ꝑncipis: exactoris: ⁊ iudicis. apud mathēū vero perſona ꝑtermiſſa eſt principis: ⁊ ꝓ exactore miniſter incertus. Diſcrepant etiā q2 ille quadrantē iſte minutū poſuit: vtercꝫ autem dixit nouiſſimū. Cunctis autem hominibus duos āgelos adeſſe legimus: malū qui aduerſa exhortat̃: bonū qui optima ꝑſuadet. Ille aūt aduerſari⁹ noſter quotienſcuꝫ peccam⁹ exultat: ſciens qm̄ habet poteſtatem apud principem ſeculi huius: qui ſe miſerat exultandi ⁊ gloriandi. Cum articulo aūt in greco eum poſuit: ut ex pluribus vnū monſtraret: quia vnuſquiſcꝫ ſub ſue gentis eſt principe. Da ergo operā ut libereriſ ab aduerſario tuo: ſiue a ꝑncipe ad quē te aduerſarius trahit: habendo ſapientiā iuſticiā: fortitudinē: ⁊ temperantiā. Si aūt dederis operā eſto in eo qui dicit: Ego ſum via: alioqn trahet te aduerſarius ad iudicem. Dicit autem: Trahit. ut oñdat nolentes ad condēnationē compelli. Judicem autem alium neſcio niſi dñm nr̄m ieſum chriſtum: qui tradit exactori. Singuli exactores ꝓprios habemus: dominantur exactores ſi debuerimus aliquid. ſi omnib⁹ vniuerſa reddidero: nemo exactor eſt: ⁊ intrepida mente reſpondeo: Nihil tibi debeo. Quod ſi debitor fuero: mittet me exactor in carcerem: nec patietur exire niſi debitū omniū perſoluero. nō eniꝫ habet exactor poteſtateꝫ: ut mihi ſaltem quadrantem cōcedat: qui donauit debitori quingentos denarios: ⁊ aliū quinquaginta dñs erat. iſte qui exactor eſt dominus nō eſt: ſed a domino ad exigenda debita ꝑpoſitus. Nouiſſimū aūt minutū dicit gracile ⁊ tenue: peccata enim noſtra aut pinguia ſunt aut tenuia. beatus igit̃ eſt qui non peccat. Secundo aūt ſi tenue peccatuꝫ habeat: inter ipſa q̄cꝫ tenuia diuerſitas eſt: alioquin non diceret: donec nouiſſimū redderet minutū. Si eniꝫ parū debet: nō egredit̃ niſi ſoluat minimū quadrantē. qui autem magno debito fuit obnoxius: infinita ei ad reddendum ſecula numerabuntur. BEDA. Uel aliter. Aduerſarius noſter in via: eſt ſermo dei contrarius noſtris carnalibus deſiderijs in ꝑſenti vita: a quo liberatur qui preceptis eius ſubditur. alioquin tradetur iudici: quia ſermone domini contempto peccator reus tenebitur in examine iudicis: quē iudex exactori tradet .i. maligno ſpiritui ad vitionem qui mittitur in carcerem .i. in infernū. vbi quia ſemper ſoluere penas patiendo ſed nunq̄ ꝑſoluendo: veniā ꝯſequi non poterit nunq̄ exinde exibit: ſed cū terribiliſſimo ſerpente diabolo perpetuas penas luet.

## CA. XIII.

Aderant aūt quidam ipſo in tempore nūciantes illi de galileis: quorū ſanguineꝫ pilatus miſcuit cum ſacrificijs eoruꝫ. Et reſpondens dixit illis: Putatis q2 hi galilei ꝑ omnibus galileiſ peccatores fuerint: q2 talia paſſi ſūt Non dico vobis: ſꝫ niſi penitentiā habueritiſ omnes ſimiliter peribitis ſicut illi deceꝫ ⁊ octo ſupra quos cecidit turris in ſyloa ⁊ occidit eos. Putatis quia ⁊ ipſi debitores fuerint: preter omneſ homines habitantes in hieruſaleꝫ. Non dico vobis ſed ſi non penitentiam egeritis: omnes ſimiliter peribitis.

GLO. Quia de penis peccantiū fecerat mentionē: opportune nunciat̃ quorundā peccantiū pena: ex cuius exemplo etiam alijs peccatorib⁹ penā cōminatur. vnde dicitur: Aderant quidam ipſo in tempore nunciantes illi d' galileis: quorū ſanguinē miſcuit pilatus cum ſacrificijs eorum. CIR. Erant enim ſequaces dogmatū iude galilei: cuius mentionē lucas in actib⁹ aploꝝ fecit: qui dicebat: nō oportet quēq̄ vocari dominū. vnde q̄ plures eorum: q2 ceſarē nō fatebant̃ dñm a pilato puniti ſunt. Dicebāt etiam nō oportere alias a ſtatutis victimis in lege moyſi offerre deo. vnde ꝓhibebāt ſtatutas a pplo victimas ꝓ ſalute imperatoris: ⁊ ppli romani offerre. pilatus ergo indignatus in galileos iuſſit inter ipſas victimaſ q̄s ritu legis ſe offerre putabāt occidi: ita q2 ſanguis offerentiū oblatis victimis miſceretur. Credente aūt vulgo iuſtiſſime ꝑdictos talia paſſos eſſe quaſi ſcandala ſeminātes in pplo: incitantes ꝑncipes in odiū ſubditorū: narrauerūt hec ſaluatori: volentes ꝑcipere quid ei ſuꝑ hoc videret̃. Ipſe aūt peccatores hos eſſe ponit: non tñ hic aſſerit talia paſſos eſſe: tanq̄ peiores nō patientibus. vnde ſequit̃: Et reſpondens dixit illis: putatis q2 hi galilei pre oibus galileis peiores fuerūt: q2 talia paſſi ſunt: nō dico vobis. CHRY. Punit eñi deus quoſdā peccatoꝝ amputans eorū nequiciā: ⁊ penā illi ſtatuens leuiorē: ⁊ plene ſemouens eos ab alijs ⁊ viuentes in malitia corrigens per horū dampnationē. Rurſus alios hic nō punit ut ſi ſibi cauerint penitētes: pñtem penā effugient ⁊ futurū ſuppliciū. Si vo ꝑſeuerauerint: maius patiant̃ tormentum.

TYTUS. Manifeſtat ⁊ hic quia quecūqꝫ ex iudicijs accidūt in reorū ſuppliciū: nō ſolū iudicantiū ꝑtāte: ſꝫ et nutu dei ꝯtingūt. vñ ſiue iuſta ꝯſcia puniat iudex ſiue aliud intendēs ꝯdemnet: cōmēdādū eſt negociū diuine cenſure. CIR. Remouēs ergo populares ab inteſtinis inſidijs occaſiōe religionis cōcitatis ſubiungit: Sed niſi penitentiā habueritis: ⁊ niſi ceſſaueritis ꝯſpirare ꝯtra principes: q2 nutu diuino nō agitis. Omnes ſimul vel ſimiliter peribitis: ⁊ veſter ſanguis veſtriſ victimis coniungetur. CHRY. In hoc autem oſtendit q2 illoſ permiſit talia pati: ut viuentes alienis periculis territi fierent regni heredes. Quid igitur dices ut melior ego fiam: ille punitur: non ideo: ſed punit̃ quidem ꝓpter propria crimina. Fit vero ex hoc videntibus ſalutis materia. BED. Sꝫ quia pniam non habuerūt .xl. dñice paſſionis anno venientes romani: quos deſignabat pilatus ad eoꝝ gentes ꝑimēs: ⁊ incipiētes a galilea. vñ dñica ꝑdicatio ceperat: radicitus impiā gentē deleuerūt: ⁊ nō ſolū atria templi quo ſacrificia deferri ꝯſueuerāt: ſed interiora dom⁹ humano ſanguine fedarūt. CHRY. Iterū aūt alij deceꝫ ⁊ octo obruti fuerāt a quadā turre: de quibus eadē ſubdit dicēs: Sicut illi .xviij. ſuꝑ quos cecidit turris in Siloa ⁊ occidit eos: putatis q2 ⁊ ipſi debitores fuerūt ꝑter oēs hoies habitātes i hieruſalē: nō dico vobis. Non .n. hic oēs punit dās alijs inducias penitēdi. nec tñ cūctos future punitioni reſeruat ne plures ꝓuidentiā abnegarēt TYTUS. Una aūt turris cōparat̃ toti ciuitati vt pars totū ꝑterreat. vñ ſubdit: Sꝫ ſi ñ pniam egeritis: oēs ſimiliter peribitis. q. d. Tota ciuitas paulopoſt occupabit̃ ſi ꝑſeuerauerit indigine in infidelitate. AM. Myſtice autē ſ illis quoꝝ ſanguinē pilatus miſcuit cū ſacrificijs eoruꝫ figura quedā vr: eos tangēs: q̄ coactu diabolico ñ pure offerunt ſacrificiū: quoꝝ oratio ē in peccatū ſicut de iuda ſcriptū ē q̄ ꝓditionē ſanguis dñici īter ſacrificia poſitus cogitabat. BE. Pilatus .n. q̄ interpretat̃ os malleatoris diabolū ſignificat: ſemꝑ cedere paratū. ſanguis peccatū: ſacrificia bonas actiones exprimunt: pilatus ḡ ſanguinē galileoꝝ cū ſacrificijs eoꝝ miſcet: qñ diabolus elemoſynā ⁊ cetera bona fideliū vel carnis delectatione vl' humane laudis ambitione vel qualibet alia peſte cōmaculat. illi etiā hieroſolymite a ruina turris oppreſſi ſignificant iudeos q̄ penitere noluerūt cū menibus ſuis eſſe ꝑituros ne fruſtra .xviij. q̄ numerus apđ grecos .xii. hoc ē eiſdē lrīs q̄bus nomē ieſu incipit exprimit̃. Significat aūt iudeos hic maxie ꝑituros q2 nomē ſaluatoris recipere noluerūt: illa turris ſignificat illū q̄ ē turris fortitudinis que merito ē in ſiloa que īterpretat̃ miſſus: ſignificat enim eū q̄ miſſus a patre venit in mūdū qui omnes ſuꝑ quos cecidit conteret.

Dicebat āt ⁊ hāc ſimilitudineꝫ. Arborē fici hēbat qdā plātatā in vinea ſua: ⁊ venit querēs fructū in illa: ⁊ nō iuenit. Dixit aūt ad cultorē vinee. Ecce āni tres ſūt exquo venio querēs fructū i ficulnea hac: ⁊ ñ iuenio Succide ergo illā. Ut qd ēt terraꝫ occupat: At ille rñdens dixit illi. Dñe dimitte illā ⁊ hoc anno vſqꝫ dū fodiā circa illā ⁊ mittā ſtercora. Et ſi quidē fecerit fructū: ſin āt i futurū ſuccides eam.

TYTUS. Jactabāt ſe iudei ex eo q2 .xviij. ꝑierāt ipi vo oēs remāſerūt illeſi. vñ ꝓponit eis fici ꝑabolā. Dicit eñi. Dicebat aūt hāc ſimilitudinē: arborē fici hēbat q̄daꝫ plātatā i vinea ſua. AM. Uinea dñi ſabaoth erat: quā dedit i rapinā gētiū. Apta aūt ſynagoge arboris iſtius cōparatio ē: q2 ſicut iſta arbor redūdat folijs fluctibus: ſpeꝫ poſſeſſorib⁹ ſuis caſſa ſperatorū ꝓuentuū expectatione deſtituit: ita etiā i ſynagoga dū doctores ei⁹ operibus īfecūdi: vbis tñ velut folijs redūdātibus gloriat̃: inanis vmbra legis exuberat. Hec ēt ſola arbor ab initio germinat poma ꝓ floribus ⁊ poma decidūt. vt poma ſuccedāt: manēt tñ aliqua ꝑoꝝ pata nec decidūt. Eteni ꝑmū ſynagoge ppls velut inutilis decidit fruct⁹: vt de pinguedine religionis antique nouus eccleſie ppls emergeret: primi tñ ex iſrael groſſi matureſcētis exēplo pulcherrimoꝝ gr̄a fructuū ceteris ꝑſtiterūt: q̄bus dr̄: Sedebitis ſuꝑ .xij. thronos. Nōnulli tñ ficū iſtā nō ſynagoge ſꝫ malitie ⁊ improbitatis figurā putāt: hi tñ in nullo diſtāt: niſi q2 ꝓ ſpecie genus eligūt. BE. Ipſe aūt dñs ſynagogaꝫ ꝑ moyſen iſtituit. in carne nat⁹ apparuit: ⁊ crebrius i ſynagoga docēs fructū fidei q̄ſiuit: ſed i phariſeoꝝ mēte ñ iuenit. vñ ſequit̃: Et venit fructū querēs i illa: ⁊ nō iuenit AM. Querebat aūt dñs: non q2 fructū ficulnee deeſſe neſciret: ſꝫ vt oñderet i figura: q2 fructū ſynagoga iā habere deberet. Denicꝫ ex ſequētibus docet non ſe añ tps veniſſe: q̄ ꝑ trienniū venit. Sic .n. habes. Dixit aūt ad cultorē vinee. Ecce āni tres ſunt exquo venio querēs fructū i ficulnea hac: ⁊ nō inuenio. Uenit ad abrahā: venit ad moyſen: venit ad mariā. hoc ē venit in ſignaculo: venit ī lege: venit ī corpore. aduētuꝫ eius ex beneficijs recognoſcim⁹. Alibi purificatio: alibi ſanctificatio: alibi iuſtificatio ē. Circūciſio purificauit: lex ſanctificauit: gr̄a iuſtificauit ergo ppls iudeoꝝ necꝫ purificari potuit: q2 circūciſionē corporis nō animi hūit: necꝫ ſanctificari: q2 ṽtuteꝫ legis ignorās: carnalia magis q̄ ſpiritualia ſequebat̃. necꝫ iuſtificari: q2 delictoꝝ ſuoꝝ pniaꝫ ñ gerēs: gr̄aꝫ neſciebat Merito ḡ nullus fruct⁹ i ſynagoga inuentus ē: ⁊ ideo iubet excidi. Sequit̃ .n. ſucci. ḡ illā: vt qd etiā terrā occupat Bon⁹ aūt cultor: ⁊ fortaſſis ille i quo eccleſie fundamētū ē ꝑſagiēs: alterū ad gētes: ſe aūt ad eos q̄ ex circūciſiōe ſūt eē mittēdū. religioſe ne excidat̃ iteruenit: fretus vocatione ſua: ēt pplm iudeoꝝ ꝑ eccleſiā poſſe ſaluari. vñ ſequit At ille rñdēs dixit illi. Dñe dimitte illā ⁊ hoc āno. Cito duritiam ſupbiācꝫ iudeoꝝ cās eſſe ſterilitatis agnouit. Itacꝫ venit excolere q̄ nouit vitia repbēdere. vñ ſubdit Uſqꝫ dū fodiā circa illā. Pollicet̃ dura corda eoꝝ aplicis ligonib⁹ eē fodiēda: ne radicē ſapie: terraꝝ aceruus obruat ⁊ abſcōdat. Subdit aūt ⁊ mittā ſtercora .i. humilitatis affectū ꝑ quē in euāgeliū xp̄i ēt iudeus fore exiſtimat fructuoſus. vñ ſubdit: Et ſiquidē fecerit fructū. bñ .ſ. erit. Sin aūt i futuꝝ ſuccides illā. BE. Qđ quidē ꝑ romanos factū ē a quibus gēs iudea ſucciſa ⁊ a terra ꝓmiſſionis expulſa ē. AV. de ver. do. Uel aliter: Totū arbor ficulnea gen⁹ humanū ē. ꝑm⁹ eñi hō q̄ peccauit folijs ficulnee pudēda velauit: hoc ē membra vñ nati ſumus.

THEO. Sꝫ ⁊ quiſcꝫ noſtrū ficus ē i vinea dei: hoc ē i eccleſia vel i hoc mūdo plātata. GRE. in ho. Tertio āt dñs ad ficulneā venit: q2 naturā generis hūani ante legē ſub lege: ſub gr̄a: expectādo: admonēdo: viſitādo requiſiuit. Sꝫ tñ i trib⁹ ānis fructū ſe nō iueniſſe ꝯqueritur: q2 quorūdā prauoꝝ mētes nec iſpirata lex nālis corrigit: nec ꝑcepta erudiūt: nec incarnationis ei⁹ miracula ꝯuertūt. THE. Tertio aūt natura nr̄a fructū petita nō tribuit: ſemel q̄dē cū i ꝑadiſo ꝑuaricati ſum⁹ ꝑceptū: ſcđo cū i lege vitulū ꝯflauerūt: tertio cū ſaluatorē rēnuerunt: Sed in triēniū itelligēdū ē ꝓ trib⁹ etatib⁹. puerili: virili ⁊ ſenili. GRE. i ho. Sꝫ cū magno timore audiēdū ē qđ dr̄: Succi. ergo il. vt q̄d etiā terrā occupat. Unuſq̄ſcꝫ .n. iuxta modū ſuū ingtū locū vite pñtis tenet: ſi fructū bone opationis nō exibet: velut ifructuoſa arbor terrā occupat: q2 i eo loco i quo ipe ē: ⁊ alijs opandi occaſioneꝫ negat. BA. Propriū eñi ē diuine ꝓpiciationis nō ſilenter penas īfligere: ſꝫ ꝑmittere minas reuocādo ad pniaꝫ. ſicut niniuitis fecit ⁊ nūc cultori dicit: Succide eā: ꝓuocās quidem ipm ad curam ei⁹: ſuſcitās vo ſterilē aiam ad ꝓducēdos debitos fructus. GRE. naçan. Igit nec nos feriam⁹ ſubito: ſꝫ ꝑualeam⁹ miſericordia: ne ſecem⁹ ficū potentē adhuc fructū facere: quā forſitā curabit periti cuſtodis ſtudium. vnde ⁊ hic ſubdit: Et ille rñdēs dixit illi: dimitte illam hoc anno vſqꝫ dū fodiam circa illaꝫ. GRE. i ho. Per cultorē vinee ꝑpoſitoꝝ ordo exprimit̃ qui ꝑſunt eccleſie: dñice vinee curā gerunt. THE. Uel paterfamilias deus pr̄ ē: cultor vo xp̄s qui ficum amputari vt ſterilem nō ꝑmittit: quaſi ad prēꝫ diceret: Si ꝑ legē ⁊ ꝓphetas fructū pnie nō dederūt: meis eos irrigabo paſſionibus ⁊ doctrinis: ⁊ forſitan dabunt obedientie fructum. AV. de ver. dñi: Uel colonus qui intercedit eſt omnis ſanctus qui intra eccleſiā orat ꝓ eis qui ſunt extra eccleſiā dicēs: Dñe: dimitte illā hoc āno. i. tpe iſto ſub gr̄a vſqꝫ dū fodiā circa illā: Circūfodere ē humilitatem ⁊ patientiam docere. Foſſa enim eſt humilis terra ſtercus aūt in bono intellige: ſordes ſunt ſꝫ fructum dāt: ſordes cultoris dolor eſt peccatoris. Qui aūt agunt penitentiaꝫ: in ſordibus agant ⁊ veraciter agāt. GRE. i ho.

Uel peccata carnis ſtercora vocãt:ex ſtercore igit ad fructū reuiuiſcit arbor:q2 de ↄſideratione peccati ad bona ſe opa reſuſcitat animus. Sȝ ſunt pleriq; q̄ icrepationes audiūt:⁊ tñ ad pniam redire cōtēnunt. ꝓpter qḋ ſubdit: Et ſiquidem fecerit fructū. AVG. de ver. do. Bñ. ſ. erit Sin aūt i futuꝝ ſuccides eā. qñ. ſ. i iudicio venies iudicare viuos ⁊ mortuos: interim mō parcit. GRE. in ho. Qui aūt nūc nō vult ad fecūditatē pingueſcere:ꝑ icrepationē illic cadit:vñ iā reſurgere ꝑ pniam nō valet.

Erat aūt docēs in ſynagoga eorū ſabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat ſpm̄ infirmitatis annis decē ⁊ octo:⁊ erat inclinata:nec oino poterat ſurſuȝ reſpicere. Quā cū videret ieſus vocauit eā ad ſe:⁊ ait illi: Mulier:dimiſſa es ab infirmitate tua Et ipoſuit illi manus:⁊ cōfeſtim erecta ē:⁊ glorificabat deū. Rñdēs aūt archiſynagogus idignās q2 ſabbatis curaſſet ieſus:dicebat turbe. Sex dies ſunt in quibus oȝ opari. In his ergo venite ⁊ curamini:⁊ nō in die ſabbati. Rñdit aūt ad illuȝ dñs ⁊ dixit. Hypocrite vnuſquiſq; veſtrum ſabbato nō ſoluit bouē ſuū aut aſinū a pſepio ⁊ ducit adaquare: Hāc aūt filiā abrae quaȝ alligauit ſathanas ecce decē ⁊ octo ānis:nō oportuit ſolui a vīculo iſto die ſabbati: Et cū hec diceret erubeſcebāt oēs aduerſarij eius: ⁊ ois ppl's gaudebat in vniuerſis que glorioſe fiebant ab eo.

AM. Cito qḋ de ſynagoga dixerat indicauit:ad ipſaȝ vtiq; arborē veniſſe ſe mōſtrat:q̄ in eadē predicabat. vñ di: Erat aūt docēs i ſynagoga eoꝝ ſabbatis. CHRY. Docet quideȝ nō ſeorſum:ſȝ i ſynagogis ſecure in nullo dubitās:nec aliqd ↄtra legē moyſi ſtatuēs. ſabbato autē q2 tūc iudei legi vacabāt. CIRYL. Ad expugnationem aūt corruptiōis ⁊ mortis ⁊ iuidie diaboli ↄtra nos: prodijt icarnatione v̄bi. ⁊ hic apparet ex ipſis euētibus. Sequit. n. Et ecce mulier q̄ hēbat ſpm̄ ifirmitatis ānis. xviij Dicit aūt ſpm̄ infirmitatis q2 mulier hec patiebat atrocitate diaboli:derelicta a deo ꝑꝑ ꝓpria crimina vl' ꝑꝑ trāſgreſſionē ade:ob quā hūana corpora ifirmitatē ⁊ mortē incurrerūt. Dat aūt ſuꝑ hoc deus diabolo ptāteȝ:vt homine mole aduerſitatis depreſſi:velit ad meliora trāſire Genus aūt ifirmitatis oñdit dicēs: Et erat iclinata: nec oio poterat ſurſuȝ reſpicere BA. Brutoꝝ ſiquidē caput humi deflexū ē:terrā cernit. Caput hois erectū ē in celuȝ oculi ſupna ↄſpiciūt. ↄuenit eni ei q̄rere ſupna: tranſcendere trena itnitu. CI. Oñdens aūt dñs aduentū ſuuȝ i hūc mūdū diſſolutiuū eē hūanaꝝ paſſionū: mulierē ſanauit vñ ſequit: Quā cū vidiſſet ieſus vocauit ad ſe ⁊ ait illi. Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. Uox aptiſſima deo plena maieſtate ſupna. Fugat eni morbū iperatorio motu:q̄ etiā man' illi iponit. Sequit. n. Impoſuit illi manus ⁊ ↄfeſtiȝ erecta ē ⁊ glorificabat deū i quo oportet ꝑpēdere ſacrā carnē induiſſe v̄tutē diuinā. Erat eni ipſius dei caro:nō aūt alicui' alteri'. quaſi ſepatim exñte filio hois a filio dei:ſicut falſo aliquib' viſum ē. Sȝ ingrate ſynagoge pſul:poſtq̄ vidit feminā humi repētē ſolo tactu erectā:⁊ diuina referentē magnalia ardens dñi gloria irretitur inuidia arguitq; miraculū quaſi videret ſolicitari ꝑ ſabbato. vñ ſequit: Rñdēs aūt archiſynagogus indignans q2 ſabbato curaſſet hoiem ieſus dicebat turbe: Sex dies ſunt in qb' oȝ operari:in his venite ⁊ curamini ⁊ nō i die ſabbati. Hortat ceteris dieb' diſpſos ⁊ ꝓprijs vacātes opibus nō ſabbato videre ⁊ mirari prodigia dñi. ſed dic:lex ꝓhibuit ab ope manuali die ſabbati abſtinere:nunquid ab eo q̄ v̄bo ⁊ ore fit. Ceſſes ergo comedere ⁊ potare ac loqui ⁊ pſallere in ſabbato. Et ſi nec legē legis: cur tibi ſabbatū: Ceteꝝ ſi manuale opus lex ꝓhibuit:quō manuale opus i feminā v̄bo pōt erigere:

AM. Deniq; ⁊ deus ab opibus mūdi qeuit:nō ab operib' quib' ſempiterna ⁊ iugis opatio ē:ſic filius ait: Pr meus vſq; mō operat:⁊ ego operor. vt ad ſimilitudinē dei ſecularia nr̄a opa nō religioſa ceſſarēt. vñ dñs ſpecialit ei rñdit. Sequit eni: Rñdit aūt ad illum dñs ⁊ dixit Hypocrita vnuſquiſq; vr̄m i ſabbato nō ſoluit bouē ſuū aut aſinū a pſepio:⁊ ducit adaquare: BA. Hypocrita ē qui i theatro aſſumit alienā pſonā:ſic ⁊ i vita pñti quidā alia gerūt in corde:⁊ alia ſupficialiter oñdūt hoibus.

CHRY. Bñ igit dic̄ hypocritā pncipē ſynagoge: q2 faciē hēbat legis cultoris. Mēs v̄o ei' erat v̄ſuti ⁊ iuidi nō. n. turbat ꝑꝑ ſabbatū q2 violat:ſȝ ꝑꝑ xp̄ȝ q2 glorificat Tu tñ attēde q̄ vbi quidē opus fieri iuſſit:ſicut cū paralytico iuſſit grabatū tollere trāſtulit ſmonē ad mai' ↄuincēs eos ꝑ dignitatē pris cū dic̄: Pr me' vſq; mō opat. ⁊ ego operor. hic aūt vbi totū faciēs v̄bo:nihil aliud adijcē ex his q̄ ipſi faciebāt:calūniam ſoluit. CI. Arguit aūt archiſynagogus vt hypocrita:dū bruta quidā adaquat i ſabbato. mulierē v̄o nō magis genere q̄ fide filiā abrae nō dignā putat ſolui ab egritudinis vinculo. vñ ſubdit: Hāc aūt filiā abrae quā alligauit ſathanas:ecce. xviij. annis ñ oportuit ſolui a vīculo iſto die ſabbati: Mallebat ſiquidē mulierē tanq̄ quadrupedia cernere terram: quā homiȝ ſtaturā recipe: dūmō xp̄s nō magnificaret. Non aūt erat eis quid rñderēt:ſed ipſi ſibiipſis erāt irrefragabilis rephēſio. vñ ſequit: Et cū hec diceret erubeſcebāt oēs aduerſarij eius. ſȝ ppl's quaſi cōmoda ex miraculis ↄñs letabat de ſignis. vñ ſequit: Et ois ppl's gaudebat in vniuerſis q̄ glorioſe fiebāt ab eo. Nā claritas opeꝝ oēȝ qōneȝ ſoluebat apud eos:q̄ nō q̄rebāt mētib' ꝑuerſis GRE. i ho. Myſtice aūt hoc ſignificat ficulnea ifructuoſa:qḋ mulier iclinata. humana eni nā ad peccati ex voluntate corruēs:q2 fructū obedientie ferre noluit:ſtatū rectitudinis amiſit. ⁊ hoc ſignifica' ficulnea reſuata: quod mulier erecta. AM. Uel ficus ſynagogā figurat. Deniq; i muliere ifirma q̄ſi eccleſie figura ſuccedit:q̄ cū menſurā legis ⁊ reſurrectionis ipleuerit:i illa q̄ete ꝑpetua i ſublime erecta faſtigium iclinationeȝ noſtre infirmitatis ſentire non potuit. nec aliter curari potuiſſet hec mulier:niſi quia legem ipleuit ⁊ grām:nam in decem verbis legis ꝑfectio ē:in octauo numero reſurrectionis plenitudo. GRE. in home. Uel aliter. Sexto die hō factus eſt:atq; eodē ſexto die opa cuncta dñi perfecta ſuut. Senari' at numerus i trigonū ductus. xviij. facit. q2 g̃ hō qui ſexto die factus ē:perfecta opa hēre noluit:ſȝ ante legem:ſub lege:atq; i exordio inchoantis grē infirm' extitit. xviij. annis mulier curua fuit. AV. de ver. domini. Quod ergo ſignificauit triēnium in arbore: hoc. xviij. anni i illa muliere:q2 ter ſeni. xviij. faciūt. Curua aūt erat ſurſuȝ aſpicere non poterat:q2 ſurſum corda ſine cauſa audiebat. GRE. in ho. Ois enim peccator terrena cogitans:celeſtia non requirens:ſurſum reſpicere non valet:q2 dū deſideria interiora ſequit:a mentis ſue rectitudine curuat: ⁊ hoc ſemꝑ videt ⁊ ſine intermiſſione cogitat. Uocauit eam dñs:⁊ erexit: q2 illuminauit ⁊ adiuuit. Uocat enim qñq;:ſed nō erigit:q2 plerūq; videmus q̄ agenda ſunt:ſȝ opera nō iplemus. viſitata eni culpa obligat mentem:vt nequaq̄ ſurgere poſſit ad rectitudinē. Conatur ⁊ labitur quia vbi diu ſponte perſtitit:ibi cum noluerit cadit.

AM. Opus aūt ſabbati ſignuȝ futuri ē:q̄ vnuſquiſq; pfunctus lege ⁊ grā: ꝑ miſericordiā dei corpore fragilitatis moleſtijs exuetur. Cur autem aliud animal indicauit:niſi vt oſtenderet futurum:vt iudaicus ⁊ gentilis populus:ſitiȝ corporis eſtuſq; mūdi hui' dñici fōtis vbertate deponat:⁊ ſic ꝑ euocationē duorum populorum eccleſiam ſaluam futuram. BEDA. Filia autem abrae ē anima quecūq; fidelis:vel eccleſia ē vtroq; populo ad fidei vnitatē collecta. Idem ergo myſtice ē boueȝ vel aſinum ſolutum a pſepio potum duci:qḋ ē filiaȝ abrae a vinculo noſtre inclinationis erigi.

Dicebat ergo: cui ſimile ē regnū dei: ⁊ cui ſimile eſtimabo illud: Simile ē grano ſynapis:qḋ acceptū hō miſit i hortū ſuum ⁊ creuit:⁊ factū eſt i arborē magnā ⁊ volucres celi requieuerūt in ramis eius. Et iterū dixit: cui ſimile eſtimabo regnū dei: Simile eſt fermento quod acceptum mulier abſcondit in farine ſata tria: donec fermentaretur totum.

GLO. Erubeſcētibus aduerſarijs ⁊ populo gaudēte d̄ his que glorioſe fiebāt a xp̄o: ꝓfectum euangelij ↄſequēter ſub quibuſdam ſimilitudinibus manifeſtat. vñ dicit Dicebat ergo: Cui ſimile ē regnū dei:⁊ cui ſimile eſtimabo illud: ſimile ē grano ſynapis. AM. Alio loco granū ſynapis legit vbi ↄfertur. ergo ſi regnū celoꝝ ſicut granū ſynapis ē:⁊ fides ſicut granū ſynapis: fides ē vtiq; regnū celoꝝ: qḋ intra nos ē. Granū quidē ſynapis res ē vilis ⁊ ſimplex:ſi teri ceperit. vim ſuā fundit. Et fides ſimplex primo vi:ſed ſi atterat aduerſis:grām ſue virtutis effundit. Grana ſynapis martyres ſunt. habebāt odorē fidei: ſed latebāt. Uenit pſecutio: ↄtriti ſunt gladio:ꝑ toti' mūdi t̄minos grana ſui ſparſere martyrij. Ipe etiā dñs granū ē ſynapis. Teri voluit: vt diceremus chriſti bonus odor ſumus: ſeminari voluit velut granum ſynapis: qḋ acceptū homo miſit i hortū ſuum. In horto eniȝ xp̄s captus ⁊ ſepult' ē. vbi etiaȝ reſurrexit ⁊ factus eſt arbor. vñ ſequit: Et factū ē i arborē magnā. Dñs. n. noſter granū ē cū ſepelit i terra:arbor cū eleuat in celū. Eſt etiā arbor mundū obumbrās. vñ ſequit: Et requieuerūt volu. celi i ramis eius. Ptātes celoꝝ ⁊ quicūq; ſpiritalibus factis euolare meruerūt. Ramus ē petrus. Ram' ē paulus:in quoꝝ ſynus ⁊ quoſdā diſputationū receſſus:qui eram' lōge aſſumptis virtutū remigijs aduolam'. g̃ ſemina i horto tuo xp̄m: hortus vtiq; loc' ē plenus floruȝ i quo grā tui opis efflorecat:⁊ multiplex odor varie virtutis exalet. Ibi ergo xp̄s: vbi fructus ē ſeminis. CIRY. Uel aliter: Regnū dei ē euāgeliū ꝑ qḋ acquirimus poſſe regnare cū xp̄o. Sicut igit ſynapis ſemē ſuperat: quideȝ quātitate a ſeminibus olerū alioꝝ. Creſcit aūt adeo vt pluriū fiat vmbraculū auiū:ſic ⁊ ſaluatoris doctrina penes paucos erat i pricipio. ſed poſtea recepit augmentū

BE. Hō aūt chriſtus ē:hortus ē eccleſia: eius diſciplinis colenda. qui bene dicitur granum accepiſſe:q2 dona q̄ nobis cū patre tribuit ex diuinitate:nobiſcum accipit ex hūanitate. Creuit aūt euāgelij ꝑdicatio cunctū diſſeminata ꝑ orbem. Creſcit ⁊ in mente cuiuſq; credentis:q2 nemo repēte fit ꝑfectus. Creſcendo aūt nō herbaꝝ que velociter areſcūt:ſȝ arborū inſtar exurgit: Rami huius arboris dogmatū ſunt diuerſitates:in quibus aie caſte virtutū pēnis ad ſupna tendentes nidificāt ⁊ requieſcūt THE. Uel homo q̄libet granū ſynapis. i. euāgelicū ſermonē accipiēs. ⁊ i horto aie ſue ſerēs arborē magnā facit vt ⁊ ramos producat:⁊ celi volatilia. i. qui terrenis ſupeminent:in ramis predicationis. i. in expanſis cōſiderationibus requieſcūt. Paulus. n. quaſi granum modicum accepit ananie rudimentum:ſed plantans illud in viridario ſuo: produxit multas ⁊ bonas doctrinas in quibus habitant qui ſunt intellectu excelſi: puta dionyſius hierotheus ⁊ alij q̄plures. Deinde ſimile dicit fermēto regnū dei. Sequit eni. Et iterū dixit: Cui ſimile eſtimabo illud ſimile ē fermento. AM. Pleriq; fermentū chriſtum putant: quia fermentum ex farina v̄tute nō ſpecie generi ſuo preſtat:ſic ⁊ xp̄s ex patribus equalis corpore ſed dignitate icompabilis preeminebat. igitur ſancta eccleſia typum mulieris figurat, de qua ſubditur: Qḋ acceptū mulier abſcondit in farine ſata tria donec fermentaretur totum. BEDA. Satum eſt genus menſure iuxta morem prouincie paleſtine: vnum ⁊ dimidium modium capiēs AM. Farina huius mulieris nos ſumus: que dominū Ieſum in interioribus noſtre mentis abſcōdit donec noſtra ſecreta penetralia calor ſapiētie celeſtis obducat. Et q2 i tribus mēſuris abſconditum dicit eſſe fermentuȝ:cōgrue viſum eſt vt dei filium crederemus abſconditum in lege: ac opertum in prophetis: euangelicis predicationibus adimpletum: me tamen ſequi iuuat quod ipſe dñs docuit: fermentum eſſe ſpiritalem doctrinam eccleſie. Eccleſia autem renatum hominem in corpore ⁊ anima ⁊ ſpiritu fermento ſpiritali ſanctificat. cum tria hec pari quadam cupiditatum lance conſentiunt: ⁊ equalis aſpirat concordia voluptatum. Itaq; ſi in hac vita tres menſure i eodem manſerint: donec fermententur ⁊ fiant vnū: erit in futurum diligentibus chriſtum incorrupta cōmunio. THEO. Uel pro femina intelligas animam: tria vero ſata trinam partem eius: rationabilem: iraſcibilem ⁊ concupiſcibilem. Si igitur aliquis i hac trina parte cōdiderit verbum dei: faciet hoc totum ſpiritale: vt nec rationale peccet in documentis: nec ira aut concupiſcētia enormiter ferantur: ſed conformentur verbo dei. AV. de ver. do. Uel tria ſata farine: genus humanum eſt: qḋ de tribus noe filijs eſt reparatuȝ. Mulier que abſcōdit fermentum: dei ſapientia eſt. EVSE. Uel aliter: Fermētum dominus nominat ſpiritumſanctum: quaſi virtuteȝ procedentem ex ſemine. i. verbo dei. Tria autem ſata farine: ſignificant notitiaȝ patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti: quā mulier. i. diuina ſapientia ⁊ ſpiritusſanctus largitur. BEDA. Uel fermentum dilectionem dicit: que feruere facit ⁊ excitat mentem. Abſcondit ergo mulier. i. eccleſia fermentum dilectionis in ſata tria: quia precepit vt diligamus deū ex toto corde: ex tota anima ⁊ ex tota virtute. Et hoc donec fermentetur totum ideſt donec charitas totaȝ menteȝ in ſui perfectione commutet quod hic inchoatur: ſed in futurum perficietur.

Et ibat ꝑ ciuitates ⁊ caſtella docēs ⁊ iter faciēs i hieruſalē. Ait āt illi qdā: Dñe ſi pauci ſūt q ſaluentur. Ipſe aūt dixit ad illos: Cōtendite itrare ꝑ anguſtā portā: q2 multi dico vobis querēt intrare ⁊ nō poterūt. Cū āt itrauerit paterfamilias ⁊ clauſerit oſtiū icipietis foris ſtare: ⁊ pulſare ad oſtiū dicētes. dñe aperi nobis: ⁊ rñdēs dicet vobis: Neſcio vos vnde ſitis. Tūc icipietis dicere māducauim' corā te ⁊ bibim' ⁊ in plateis noſtris docuiſti Et dicet vobis. Neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite a me oēs operarij iniqtatis. Ibi erit flet' ⁊ ſtridor dentiū. cū videritis abraā iſaac ⁊ iacob: ⁊ omēs ꝓphetas i regno dei vos aūt expelli foras. Et venient ab oriente ⁊ occidēte ⁊ aqlone ⁊ auſtro ⁊ accūbent i regno dei: Et ecce ſunt nouiſſimi q erant primi: ⁊ ſunt primi qui erant nouiſſimi.

GLO. Premiſſis ſimilitudinibus de multiplicatione euangelice doctrine: eius diffuſioni vbiq; predicando itēdit. vnde dicitur: Et ibat per ciuitates ⁊ caſt. do. ⁊ iter faciens in hieru. THEO. Non enim ſola parua loca viſitabat: ſicut faciunt qui ſimplices fallere volunt. neq; ſolas ciuitates vt oſtentatores faciunt: ⁊ gloriā querentes: ſed ſicut communis dominus ⁊ pr̄ omnibus ꝓuidēs omnia circuibat. Nō aūt viſitabat municipia: vitās hieruſalē: ac ſi timeret legiſperitorum rephēſiones aut mortem que poterat inde contingere. vñ ſubdit: Et iter faciēs in hieruſalem. Nam vbi plures erant egroti: ibi ſe medicus magis ingerebat. Sequit: Ait autȝ quidā illi: dñe ſi

pauci ſunt qui ſaluant. GLO. Que quidē q̄ſtio ad hoc ptinere vī de quo ſupra agebat. nā ī pmiſſa ſimilitudine dixerat: q̄ requieuerūt volucres celi ī ramis eī: p qḋ itelligi pōt multos eē qui ſalutis requiē ɔſequerent. Et qꝛ ille vn⁹ p oīb⁹ queſierat: dn̄s nō ſingulariter ei r̄ndet. vn̄ ſequit: Ipe aūt dixit ad illos: Cōtēdite itra. p angu. poꝛ. BA. Sicut. n. ī via trena exitus arecto multā latitudinē hꝫ: ſic q̄ egredit a tramite ducēte ad regnū celoꝝ ī multa latitudine erroꝛis repitur. Rectū aūt iter ē anguſtū q̄lꝫ declinatiō ē piculoſa exn̄te: ſiue dextroꝛſuꝫ ſiue ſiniſtroꝛſum: ſicꝰ ī pōte a quo vtrinq̄ diuertens flumini imergit. CIRYL. Anguſta etiā poꝛta erumnam ⁊ patientiā ſanctoꝝ ſignificat. Sicut eni pugnarū victoꝛia atteſtatur militis ſtrenuitatē: ſic preclarū efficiet valida ppenſio laborū ⁊ tentationum. CHRY. Quid ē ḡ qḋ dn̄s alibi dicit Jugū meū ſuaue ē: ⁊ onus meū leue? Nō quidē ɔtradicitur ſed hoc dictū ē ppter tentationū natura: illud v̄o pp affectū tranſeuntiū. Eſt eni moleſtū aliqd nature facilere putari qn̄ id affectanter amplectimur. Si etiam via ſalutis anguſta erit ī troitu: tn̄ p eaꝫ puenit ad latitudinē: ecōtrario v̄o lata deducit ad interitū. GRE. xi. mo. Dicturus aūt anguſte poꝛte introitū pmiſit: contendite qꝛ niſi mentis ɔtentio ferueat: vnda mundi nō vincit: p quā aīa ſemp ad ima reuocat. CIRYL. No vī aūt dn̄s ſatiſfacere quereti vtrū pauci ſint qui ſaluēt: duꝫ declarat viaꝫ per quā quiſq̄ pōt fieri iuſtus. Sꝫ dicēdū: q̄ mos erat ſaluatoꝛis nō r̄ndere interrogantibus ſm q̄ eis videbat quotiēs inutilia querebāt: ſed reſpiciēdo qḋ vtile audientibus foret: Quid aūt cōmodi pueniret audiētibus: ſcire an multi ſint qui ſaluent: an pauci? Neceſſarium autē magis erat ſcire modū quo aliquis peruenit ad ſalutem Diſpenſatiue ergo ad queſtionis vaniloquiū nihil dicit: ſꝫ tranſfert ſuū ſmonē ad rē magis neceſſariam. AV. de v̄. do. Uel aliter: Confirmauit dn̄s qḋ audiuit. ſ. q̄ pauci ſunt qui ſaluant. qꝛ per anguſtā poꝛtam pauci intrāt. Alio aūt loco hoc idē ipſe ait: Arta ē via que ducit ad vitā: ⁊ pauci ſunt qui ingrediūt per illā. vnde ſubdit Quia mul. di. vo. querūt itrare. BED. Salutis amoꝛe puocati. Et nō poterunt: itineris aſperitate deterriti. BA. Uacillat eni aīa: quādoquidē ɔſiderat eterna eligēdo v̄tutē: qn̄ pn̄tia r̄ſpicit: pferēdo illecebꝛaſ. h̄ īmet ocia carnis: illic ſubiectionē ipſi⁹. h̄ ebꝛietateꝫ illic ſobꝛietatē hic diſſolutos riſus: illic copiā lachꝛymaꝝ. hic coꝛeas: illic oīones. hic fiſtulas: illic fletus. hic luxuriā: illic caſtimoniā. AV. de ver. do. Nō aūt ɔtrarius ſibi ē dominus q̄ dixit q̄ pauci ſunt q̄ intrant p anguſtā poꝛtā: Et alibi dicit: Multi ab oꝛiēte ⁊ occidēte veniēt. pauci ſūt ī cōparatione pditoꝝ: multi in ſocietate angeloꝝ. Uix videnť grana qn̄ area triturať: ſed tanta maſſa pceſſura eſt de area hac: vt ipleat hoꝛreum celi. CI. Qḋ aūt deteſtabiles ſint: qui itrare nō poſſunt p euidēs exemplū declarauit ſubdēs: Cū aūt intra. paterfa. ⁊ clau. oſtiū: icipietis fo. ſta. ⁊ pulſare oſtiū dicētes. Dn̄e aperi nobis. Sicut ſi pr̄familias qui multos ad ɔuiuiū vocauit ingreſſo cū cōuiuis: ⁊ oſtio recluſo poſtmodū pulſantes adueniant.

BEDA. Eſt aūt paterfamilias xp̄s: qui cum vbiq̄ ex diuinitate ſit: illis iā intus eē dicit: quos in celo pn̄s ſua viſione letificat: ſed quaſi foꝛis ē his quos ī hac pegrinatione certātes occultus adiuuat. Intrabit vero cū totaꝫ eccleſiā ad ſui ɔtemplationē pducet. Claudet oſtiū: cum repꝛobis locū penitentie tollet: qui foꝛis ſtantes pulſabūt i. a iuſtis ſegregati: miſericoꝛdiā quā contēpſerūt fruſtra iploꝛabūt. vn̄ ſeqt: Et reſpōdēs dicet vobis: neſcio vos vn̄ ſitis. GRE. ij. moꝛ. Neſcire dī ipꝛobare ē: ſicut ⁊ neſcire mentiri. Uir verax dicit q̄ labi p mendaciuꝫ dedignat: non q̄ ſi mentiri velit neſciat: ſed qḋ falſa loqui veritatis amoꝛe contēnat. Ueritatis igitur lumen tenebꝛas quas repꝛobat ignoꝛat. Sequit: Tunc incipietis dicere manducauimus coꝛam te: ⁊ bibimus: ⁊ in plateis noſtriſ docuiſti. CI. Hoc iſraelitis ɔuenit q̄ ſm ritū legis offerētes deo victimas edebāt ⁊ gaudebāt. Audiebant quoq̄ ī ſynagogis libꝛos moyſi: qui in ſuis ſcriptis nō que ſua ſunt: ſꝫ q̄ dei: dei tradebat. THE. Uel ſimpliciter ad iſraelitas dī: eo q̄ ex eis chꝛiſtus ſm carnē natus ē: ⁊ cū eo comedebāt ⁊ bibebāt: ⁊ eū predicantem audiebant. Sed ⁊ chꝛiſtianis hec ɔgruēt. nos eni comedim⁹ coꝛpus chꝛiſti: ⁊ bibimus ſanguinē eius quotidie: ad menſā myſticā accedētes: docetq̄ ī plateis aiaꝝ noſtrarū. BE. Uł myſtice manducat coꝛam dn̄o ⁊ bibit q̄ vbi pabulū audit ſuſcipit. vn̄ quaſi exponēdo ſubdit: In plateis noſtriſ docuiſti. Scriptura. n. in obſcurioꝛibus cibus ē: qꝛ quaſi exponēdo frāgit: ⁊ māducando glutit. potus ē i aptioꝛibus: vbi ita ſoꝛbet ſicut iuenit. Nō aūt ſcit̄uitatū epulatio iuuat: quē fidei pietas nō cōmēdat: n̄ ſcientia ſcripturaꝝ notū deo facit: quē opeꝝ iniquitas idignū oñdit. vn̄ ſubdit: Et dicet vobis: neſcio vos vn̄ ſitis. Diſcedite a me operarij iniquitatis. BA. Illis foꝛſitan loquit quos deſcribit apl̄s in ppꝛia pſona dicēs: Si linguis hoīuꝫ loquar ⁊ angeloꝝ. ⁊ hēam oēm ſciam: ⁊ diſtribuero oēs facultates meas in cibos paupeꝝ: charitatem aūt nō habuero nihil mihi pdeit. Quod eni non fit diuini amoꝛiſ intuitu. ſed ad acquirendā ab hominibus audē: non inuenit laudem apud deū. THEO. Attēde etiā q̄ deteſtabiles ſunt illi: in quoꝝ plateis dn̄s docet. vn̄ ſi docentem eū audierimus: nō in plateis ſꝫ in anguſtijs ⁊ humilibus coꝛdibus: non erimus deteſtabiles. BE. Duplex autem oſtenditur gehenne pena. ſ. frigoꝛis ⁊ feruoꝛis: vnde ſequitur: Ibi erit fletus ⁊ ſtridoꝛ deniū. Fletus. n. ō ardoꝛe: ſtridoꝛ dentiū de frigoꝛe ſolet excitari. Uel ſtridoꝛ dentiū pdit indignantis affectum: q̄ qui ſero penitet: ſero ſibi iraſcatur. GLO. Uel ſtridebunt dentes qui hic de edacitate gaudebant: flebunt oculi qui hic per concupiſcentias vagabantur. Per vtrunq̄ aūt veram impioꝛū reſurrectionē deſignat. THE. Pertinet etiam hoc ad iſraelitas cū quibus loquebať: qui ex hoc maxie pcelluntť q̄ gētiles cū patribus requieſcūt: ipi v̄o excludūt: vn̄ addidit: Cum videritis abꝛaam iſaac ⁊ iacob ⁊ oēs pꝛophetas in regno dei: vos autem expelli foꝛas. ⁊ venient ab oꝛiente ⁊ occidente ⁊ ab aquilone ⁊ auſtro ⁊ accumbent in regno dei. EVSE. Pꝛedicti enim patres añ tpa legis: ſm euangelicam foꝛmā erroꝛem multoꝛum deoꝛū derelinquētes: aſſūpſerūt ſublimis dei notitiā: quib⁹ patres facti ſunt multi gētiliū: ob ſimilem vitam. filij aūt eoꝛū alienationē ſunt paſſi ab euāgelica diſciplina. vn̄ ſeqt Et ecce ſunt nouiſſimi qui erant pꝛimi: ⁊ ſūt pꝛimi q̄ erāt nouiſſimi. CIRY. Judeis enim qui pꝛimum locum tenebant pꝛelate ſunt gentes. THE. Nos autem vt videtur pꝛimi ſumus: q̄ ab ipſis cunabulis rudimēta accepimus: ⁊ foꝛſitan erimus nouiſſimi reſpectu gentiliū: qui circa finē vite crediderūt. BE. Multi etiā pꝛius feruentes poſtea toꝛpēt: multi pꝛius frigidi ſubito inardeſcunt: mlti in ſeculo deſpecti in futuro ſunt gloꝛificandi. Alij apō homines gloꝛioſi in fine ſunt damnandi.

In ipa die acceſſerūt qdā phariſeoꝝ dicētes illi. Exi ⁊ vade hic qꝛ herodeſ vult te occidere. Et ait ill. Ite ⁊ dicite vlpi illi. Ecce eiſcio dmōia ⁊ ſanitates pficio hodie et cras. ⁊ tertia die cōſumoꝛ Uerūtn̄ oꝫ me hodie ⁊ cras ⁊ ſequēti die ambulare. qꝛ n̄ capit pphetā pire extra hieruſalē. Hierlꝫ hieruſalem q occidis pphetas ⁊ lapidas eos q mittūť ad te. Quotiēs volui ɔgregare filios tuoſ quēadmodū auis nidū ſuum ſub pēnis: ⁊ noluiſti. Ecce relinqueť vobis domus veſtra deſerta. Dico aūt vobis: qꝛ n̄ videbitis me donec veniat cum dicetis: benedictus qui venit ī noīe dn̄i.



CIRY. Pꝛedicta dn̄i v̄ba: phariſeoꝝ aīos puocauerūt ad irā. videbāt. n. pplos iā ɔtritos fidē ei⁹ arripere itaq̄ quaſi pdētes oſſm populis pſidendi: ⁊ deficientes ī lucro ſimulātes ſe eū diligere: ſuadēt illi vt inde diſcederet. vn̄ dī: In ipa die acceſ. qui. pha. di. illi. Exi ⁊ va. h̄ qꝛ hero. vult occi. te. Xp̄s aūt q̄ renes ⁊ coꝛda ſcrutatur eis lenit ⁊ figuraliter r̄ndet. vn̄ ſeqt: Et ait illis: Ite ⁊ dicite vulpi illi. BE. Pꝛopter dolos ⁊ iſidias herodē vulpē appellat: qḋ plenū fraudis ē aial: i fouea pp iſidias latēs: odoꝛe fetēs: nūq̄ rectis itineribus incedēs: que oīa hereticis ɔueniūt quoꝝ typū herodes tenet: q̄ xp̄ꝫ. i. humilitatē chꝛiſtiane fidei i credētib⁹ conanť extinguere.

CI. Uel aliter vī hic ſmo mutatus eē ⁊ nō ſpectare ad pſonā herodis: vt aliqui putauerūt: ſed magis ad phariſaicas fictiones pene. n. ipm phariſeū oñdit ppc manē tē dum dixit: Ite ⁊ dicite vulpi huic: ſicut in greco hētur vn̄ hoc hcepit dicēdū qḋ poterat vrgere phariſeoꝝ turbā. Ecce inquit eijcio demonia: ⁊ ſanitates pficio hodie ⁊ cras: ⁊ tertia die ɔſumoꝛ. Hoc ſe pmittit operaturum qḋ iudeis diſplicebat. ſ. q̄ imundis imperet ſpiritib⁹: ⁊ eriperet a moꝛbis ifirmātes: vſq̄ dū ppꝛia ſponte ſuſtineret crucis patibulū. Quia v̄o phariſei credebāt q̄ menū trepidaret herodis: q̄ dn̄s erat v̄tutū: hoc excludit dicēs: Uerūtn̄ opoꝛtet me hodie ⁊ cras ⁊ ſequēti die ambulare. Qḋ dicit Opoꝛtet: nequaq̄ ſibi neceſſitatē ingruentē oñdit: ſed magis arbitrio ppꝛie voluntatis pergere quo volebat: quouſq̄ finē venerāde crucis ſubiret: cui⁹ iā xp̄s iminē tps oñdit: cū dixit: Hodie ⁊ cras. THE. Ac ſi dicat: Quid ō moꝛte mea cogitatis: ecce fiet poſt modicū. Qḋ aūt dī: Hodie ⁊ cras. hoc multos dies ſignificat. ſicut ⁊ nos in communi ſermone ſoliti ſum⁹ dicē. Hodie ⁊ cras fit hoc qḋ fiat i tanta diſtātia tpis. Et vt euāgelicū ſmonē euidētius exponamus: nō itelligas: q̄ opoꝛtet me hodie ⁊ cras ābulare: ſed ſiſtas hodie ⁊ craſ deinde ſic iungas: ⁊ ſequēti die ambulare: ſicut ⁊ pluries numerādo ɔſueuim⁹ dicē die dn̄ica: ⁊ ſecūda feria ⁊ tēia, egrediar. q. ɔputādo duas: vt tēia denoteť: ſic ⁊ dn̄s quaſi computādo dicit: Opoꝛtet me hodie ⁊ cras: ⁊ poſtea tertio die ire hieruſalē. AV. de q̄. euā. Uel myſtice ab illo hec dicta itelligūt. vt referant ad coꝛpus ei⁹ qḋ ē eccleſia. Expellunť eni demonia cū relictis illis ſupſtitionibus credūt i eū gētes ⁊ pficiūt ſanitates cū ſꝫ hcepta ei⁹ poſteaq̄ fuerit diabolo ⁊ huic ſeculo renūciatū vſq̄ i finē reſurrectionis: qua tāq̄ tertia ɔſumabit: hoc ē ad plenitudinē angelicā. p coꝛpoꝛis etiā imoꝛtalitatē pficiet eccleſia. THE. Sed qꝛ illi dicebāt ei: Exeas hinc: qꝛ herodes te querit occidere: i galilea loquētes vbi regnabat herodes: oñdit q̄ nō in galilea: ſꝫ i hieruſalē p̄oꝛdinatū fuerat ei pati vn̄ ſequit: Quia nō capit pphetā pire extra hieruſalē. Cū audis. Nō capit. i. nō decet extra hieruſalē pphetā iteremi: nō putas viaꝫ coactiuā iudeis iductā ſꝫ quātū ad eoꝝ affectū ſanguinis auidū ɔuenienter hoc dicit: velut ſiqs p̄donē atrociſſimū ivideiſ dicat. Nō opoꝛtet hāc viā i qua p̄do inſidiať viatoꝛibus imunē eſſe a ſāguine: ſic ⁊ nō opoꝛtebat alibi q̄ vbi moꝛabanť p̄dones pire dn̄ꝫ pphetaꝝ: nā aſſueti pphetaꝝ ſanguinib⁹ occidēt ⁊ dn̄ꝫ. vn̄ ſequit: Hieruſalē hieruſalē que occidis pꝛophetas ⁊ lapidas eos q̄ mittūtur ad te. BE. Hieruſalē nō ſaxa ⁊ edificia ciuitatis. ſed habitatoꝛeſ vocat: quaꝫ patris plangit affectu. CHRY. Geminatio eni v̄bi miſerantis ē aut nimiū diligētis: nā tāq̄ ad amicā negligentem amatoꝛē ⁊ ideo puniēdā dn̄s loquitur. GRECVS. Sed ⁊ noīs geminatio vehemētē rephenſionē oñdit. nā que nouit deū: quō dei miniſtros pſequitur. CIRYL. Qḋ aūt eēnt imemoꝛes diuinoꝝ bonoꝝ oñdit ſubdēs. Quotiēs volui ɔgregare filios tuos: quēadmodū auis nidū ſuū ſub pēnis ⁊ noluiſti. Manuduxit eos per ſapiētiſſimum moyſen: monuit p pphetas. voluit ſub alis. i. ſub tegmine ſue v̄tutis illos habere: at illi caruerūt tam deſiderabilibus bonis ingrati exiſtentes. AV. in enchi. Dicit aūt: Ego volui ⁊ tu noluiſti. q. d. Illud aggregaui mea volūtate ſemp efficace: te nolente feci: qꝛ igrata ſp fuiſti. BEDA. Pulchꝛe aūt q̄ herodē de ſua nece tractātem vulpem vocauit: ſeipm aui ɔparat: qꝛ vulpes fraudulenter ſemp auibus inſidias intendit. BA. Filios etiaꝫ hieruſalē pullis in nido ɔparauit: ac ſi dicat aues que ſaltū ɔſueuerūt volare excepte ſūt a nocumētis iſidiantiū: tu tn̄ eris vt pullus egēs alieno ſuffragio. Matre igitur auolāte auferceriſ a nido: quaſi ipotēs ad tutelā: ⁊ debilis ad fugā vn̄ ſequit: Ecce relin. do. ve. deſerta. BE. Ipam ciuitatem quam nidum vocauerat etiā nūc domū iudeoꝝ appellat. Occiſo eni dn̄o venerūt romani: ⁊ q̄ſi nidū vacuū diripiētes: tulerūt eoꝝ locū gētē ⁊ regnū. THE. Uel dom⁹ vr̄a. i. templū: ac ſi dicat: q̄diu virtuſ erat i vob: templum erat meū: ſꝫ poſtq̄ feciſtis ipꝫ ſpeluncā latronū: n̄ ē ō cetero dom⁹ mea ſꝫ vr̄a. Uł domū dīc totā gētē iudeoꝝ: iuxta illud: Dom⁹ iacob bn̄dicite dn̄o. p qḋ oñdit q̄ ipe erat q̄ gubernabat eos ⁊ eripiebat ab hoſtiū manib⁹. Seqt: Dico aūt vobis: qꝛ non videbitis me donec veniat: cū dicatis: Bn̄dict⁹ q̄ ve. in no. do. AV. de cō. euā. Huic narrationi lucē n̄ vī aduerſari q̄ turbe dixerūt: Ueniēte dn̄o ī hieruſalē: bn̄dict⁹ q̄ venit ī noie dn̄i: qꝛ nō dū illuc venerat: ⁊ nō dū dictū erat. CI. Diſceſſerat eni dn̄s a hieroſolymis tanq̄ indignos exn̄tes ſui pn̄tia deſerēs: deinde mltis miraculis factis: rurſuꝫ hieroſolymā redit: vbi ei turba occurrit dicēs: Oſāna filio dauid. Benedict⁹ q̄ venit ī noie dn̄i. AV. de cō. euan. Sꝫ qꝛ nō dicit lucas quo inde tūc acceſſit dn̄s: vt nō veniret niſi eo tēpoꝛe quo iā illud diceret: Perſeuerat quippe in itinere ſuo donec veniat hieruſaleꝫ. De illo ſuo aduentu quo in claritate venturus ē hoc ſignificat. THE. Tūc eni ⁊ inuiti ɔfitebunť eū ſaluatoꝛē ⁊ dn̄m: qn̄ nullus erit eis inde pfectus. Dicēs aūt: Nō videbitis me donec veniat ⁊c̄. non ſignificat illā hoꝛā: ſed tēpus crucis. q. d. poſtq̄ crucifixeritis me: n̄ amplius videbitis me: donec iterum veniā. AV. de cō. euā. Intelligēdus eſt ḡ lucas velle p̄occupaſſe anteq̄ ei⁹ narratio dn̄ꝫ pduceret hieruſalē aut eidē ciuitati iā appꝛopinquātē talia r̄ndiſſe monētib⁹ vt caueret herodē: qualia matthe⁹ dīc eē locutuꝫ cū iā pueniſſet hieruſalē. BE. Uel dicit: non me videbitiſ. q. d. niſi pniam egeritis ⁊ confeſſi fueritis me filiuꝫ omnipotentis patris: in ſecundo aduentu faciem meam non videbitis.

CA. XIIII.

Et factū ē cū intraret ieſus in domū cuiuſdā p̄ncipis phariſeoꝛū ſabbato māducare panē: ⁊ ipi obſeruabāt eū Et ecce hō quidā hydropicus erat ante illū. Et r̄ndens ieſus dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos: Si licet ſabbato curare. At illi tacuerūt. Ipſe vero appꝛehēſum ſanauit eū ac dimiſit. Et r̄ndēs ad illos dixit: Cuius vr̄uꝫ aſinus aut bos ī puteū cadet: ⁊ nō cōtinuo extrahet illum die ſabbati. Et non poterant ad hec reſpondere illi.

CIRYL. Quāuis dn̄s maliciā phariſeoꝝ cognoſceret: n̄ eoꝛum fiebat conuiua vt pdeſſet pn̄tibus p verba ⁊ miracula. vn̄ ſubdit: Et fa. eſt cū intra. in do. cu. pꝛinci. pha. ſab. mā. pa. ⁊ ipi obſer. eū. ſi. ſ. reuerētiā legiſ contēneret. ⁊ an quicq̄ phibitoꝛum faceret in die ſabbati. Itaq̄ hydropico veniente in mediū: interrogatōe rephēdit inſolentiam phariſeorum: eū arguere volētiū. vn̄ dicit. Et ecce homo quidē hydropicus erat ante illum. Et reſpondēs ieſus dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos: ſi licet ſabbato curare. BE. Quod dicitur reſpondiſſe ieſus: ad hoc reſpicit qḋ pmiſſū ē: Et ipi obſ. eū. Dn̄s. n. nouit.

cogitationes boiuz. THE. In ſua aūt interrogatiōe deridet eos ſicut amētes: deo. n. bñdicēte ſabbatū: ipſi ꝓhibēt opari bona i eo. dice aūt ꝙ bonoꝝ operā nō admittit: maledicta ē. BE. Sz merito interrogati tacēt: q2 ↄtra ſe dictū ꝗcqd dixerit vidēt. Nā ſi lz ſabbato curare: ꝗre ſaluatorē an curet obſeruāt: ſi nō lz: quare ipſo ſabbato pecora curāt. vñ ſequit: At illi tacuerūt. CI. Neglectis igit iudeoꝝ inſidijs: liberat a morbo hydropicū: ꝗ metu phariſeoꝝ remediū ñ poſtulabat ꝓpter ſabbatū: ſz ſolū aſtabat vt ex aſpectu miſerꝰ eiꝰ ſaluaret eū. Qḋ dñs cognoſcēs nō poſtulat ab eo ſi vellet ſaluꝰ fieri: ſz ꝓtinꝰ eū ſanauit. vñ ſequit: Ipſe vo app. ſana. eum ac dimiſit. THE. In quo nō hoc ꝓſpexit dñs: ne ſcādaliçaret phariſeos: ſz vt bñfaciat egēti remedijs: docet. n. nos cū magna reſultat vtilitas nō curare ſi ſtulti ſcādaliçent. CI. Sz q2 phariſei inepte tacuerūt: ſoluit chriſtus inflexibilē eoꝝ īprudētiā ↄſiderationibꝰ ſerijs ad hoc vtēs. vnde ſequit: Et rñ. ad il. dixit: Cu. ve. aſi. aut bos i pu. ca. ⁊ nō cō. ex. il. die ſabbati. THEO. q. d. Si ꝓhibuit lex miſereri in ſabbato: ne curā habeas filij tui periclitātis i ſabbato: ſz ꝗd dico filij qñ nec bouē ꝑteris ſi periclitātē videris? BE. In quo ſic obſruatores ſuos phariſeos conuicit: vt eoſdē ēt auaritie ↄdēnet: ꝗ i liberatōe aialis ſue auaritie ↄſulebāt. Quāto ꝰ magis xp̄s hoiez qui multo melior ē pecore debuit liberare. AV. de cō. euā. Cōgruenter aūt hydropicū aiali qḋ cecidit i puteum ↄparauit: hu more. n. laborabat: ſicut illā mulierē quā alligatā dixerat ⁊ ipſe ſoluebat ↄparauit iumēto qḋ ſoluit vt ad aquam ducat. BE. Cōpetēti ꝰ exemplo ſoluit qōem: vt oſtendat eos violare ſabbatū in opere cupiditatis qui eū violare argueīūt in ope charitatis. vñ ſeqt: Et nō po. ad hoc rñ. illi: Myſtice āt hydropicꝰ ↄpat ei quē fluxꝰ carnaliū voluptatum exuberās aggrauat. hydropicus. n. morbꝰ ab aquoſo hūore vocabulū trahit. AV. de q̄. euā. Uel hydropicū recte ↄpamꝰ diuiti auaro ſic. n. ille ꝗto magis abūdat humore inordinato: tāto amplꝰ ſitit: ſic ⁊ iſte ꝗto ē copioſior diuitijs ꝗbus nō bene vtit: tanto ardentiꝰ talia ↄcupiſcit. GREGO. xiiij. mo. Recte ergo hydropicus ante phariſeum curatur: quia per alterius egritudinem corporis in altero exprimitur languor ſeu egritudo cordis ⁊ mētis. BED. Bene autem i exēplo bouem ⁊ aſinū noiat: vt vel ſapiētes ⁊ hebetes: vl vtrūq3 ꝑplm ſignificet. ſ. iudeū iugo legis ꝑſſum: ⁊ gentilē nulla rōne domitum: omnes. n. a puteo ↄcupiſcentie demerſos dominus extrahit

Dicebat aūt ⁊ ad inuitatos parabolā: intendens quō primos accubitus eligerēt: dicens ad illos: Cū inuitatus fueris ad nuptias nō diſcūbas i primo loco: ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo: ⁊ veniēs is q te ⁊ illū vocauit dicat tibi: Da huic locū: ⁊ tūc icipias cū rubore nouiſſimū locū tenere. Sz cū vocatꝰ fueris: vade recūbe i nouiſſimo loco. vt cū venerit qui te inuitauit dicat tibi. Amice aſcēde ſupius. Tūc erit tibi gloria corā ſimul diſcūbentibus. q2 ois qui ſe exaltat humiliabit: ⁊ qui ſe humiliat exaltabitur.

CIRY. Per duos. n. exn̄tes in vno lecto videt deſignare diuites quieſcētes in mūdanis delicijs: lectus nāqꝫ ſignū quietis ē: nō aūt q̄cūqꝫ diuitijs affluunt ſunt ipij: ſed aliquis ē probus ꝛ in fide electꝰ. hic igit aſſumet: alter vo q talis nō exiſtit dimittet. Deſcēdēt. n. dn̄s ad iudiciū mittent angelos ſuos qui ceteros in terra derelictis penam paſſuris ſanctos ꝛ iuſtos ei adducent: ſm̄ illud apoſtoli: Rapiemur in nubibus obuiā xp̄o in aera. AM. Vel ex vno ſtrato infirmitatis humane vnus relinquit. i. improbat: alter vero aſſumit. i. rapitur obuiā xp̄o i aera. Seqt: Due erūt molen. in vnū: vna aſſumet: ꝛ altera relinquet. CIRY. Per molētes innuere vident pauperes ꝛ preſſos laboribus: ad ꝙ ēt ptinet quod ſubdit: Duo in agro vnus aſſumet: ꝛ alter relinquet. In his. n. nō modicū differt: nā hi ſarcinā paupertatis viriliter ſuſtinēt: vitā agentes honeſtā ꝛ humileꝫ q aſſumētur. hi vero ſūt ad propbana pmptiſſimi qui relinquētur. AM. Vel p molētes ſignificari vident q ex occultis alimenta querūt. ꝛ in apertū ex interioribꝰ pferūt. Et fortaſſe mūdꝰ iſte priſtinū ē: aīa aūt nr̄a velut quodā carcere icludit corporali. In hoc ḡ piſtrino vl̄ ſynagoga: vl̄ aīa obnoxia delictis triticum molēdo male ſcm̄ ꝛ graui humore corruptū nō pōt iteriora ab exterioribꝰ ſeparare: ꝛ idō relinquit: qꝛ eius ſimilago diſplicuit. At vo ſancta eccleſia vel aīa nullis maculata ꝯtagijs delictoꝝ que tale triticū molit. qd̄ ſolis eterni calore ꝯtorridū bonā ſimilaginē de penetralibus hoīum deo offert Qui ſūt āt agricole: poſſumus reperire: ſi aduertamus duas mētes eē in nobis: vnā exterioris hoīs q̄ corrumpit: aliā interioris q̄ per ſacramētū renouat. Iſti igit ſūt operātes in agro noſtro: quaꝝ altera bonū fructū diligētia dat: altera amittit incuria. Vel duos populos interpretemur in hoc mundo qui agro ꝯparant: quoꝝ alter qui fidelis ē aſſumitur: alter qui infidelis ē relinquit. AVG. de que. euan. Vel tria genera hoīuꝫ hic videtur ſignificari: vnū eoꝝ q ociū ꝛ quietē eligunt: q neqꝫ negocijs ſecularibus neqꝫ eccleſiaſtis occupati: q illoꝝ quies lecti noīe ſignificata ē. alteꝝ eoꝝ q in plebibus ꝯſtituti regunt a doctoribus: agentes ea q̄ ſunt huius ſeculi: quos ꝛ feminaꝝ noīe ſignificauit: qꝛ conſilijs prelatoꝝ regi ijs expedit ꝛ molētes dixit: qꝛ tēporaliū orbē negocioꝝ atqꝫ circuitū vertūt. q̄ſi tñ i vno molentes dixit: inquātū de ſuis rebus ꝛ negocijs ſuis p̄bent vſibus eccleſie. Tertiū genus ē eoꝝ qui operantur i ec: l ē myſterio tāꝙ i agro dei. In his ḡ tribꝰ generibꝰ bina ſunt rurſus genera hoīuꝫ in ſingulis: quoꝝ aliqui in eccleſis pmanēt q aſſumunt: alij cadūt q relinquūt. AM. Nō n. iniquꝰ ē deꝰ: vt pares ſtudijs i ſocietate viuēdi: atqꝫ idē ſcreta actuū q̄litate meritoꝝ remūeratōe diſcernat. Nō āt merita hoīuꝫ copule vſus exequat: qꝛ nō oēs ꝙ adoriūt efficiunt: ſed q pſeuerauerit vſqꝫ in finē: hic ſaluus erit.

CIRY. Quia ergo dixit ꝙ q̄daꝫ aſſumerētur: vtiliter ꝛ bene iquirūt diſcipuli: quo aſſumerētur. vnde ſequitur. Rn̄dentes



Reſpondentes dicunt illi: Vbi dn̄e? BE. Duo aūt ſaluatori interrogatus vbi. ſ. ſint boni aſſumēdi: ꝛ vbi mali relinquēdi vnum dixit: aliud ſubintelligēdum reliqt. vnde ſeqtur: Qui dixit eis: Vbicūqꝫ fuerit cor. il. ꝯgre. ꝛ aquile CIRY. q. d. ſicut deiecto cadauere aues quaꝝ pabulū ſunt carnes ad illud ꝯueniūt: ita cū venerit filiꝰ hoīs: tūc oēs aqle. i. ſancti ꝯcurrēt ad eū. AM. Iuſtoꝝ. n. aīe aqlis ꝯparantur: eo ꝙ alta petāt humilia derelinquāt: ꝛ lōgeuam ducere ferunt etatē: de corpore aūt dubitare nō poſſumus maxime ſi meminerimus ꝙ a pilato ioſeph corpus accepit: Nōne tibi videtur aqle circa corpus mulieres apſtoloꝝ q ꝯuenerunt circa dn̄i ſepulturā? Nōne tibi vident aqle circa corpus qn̄ veniet in nubibꝰ ꝛ videbit eū ois oculus? Eſt ēt corpus de quo dictū ē. Caro mea vere ē cibus. Circa hoc corpus aqle ſunt: que circūuolāt ſpiritalibꝰ alis. Sūt ēt circa corpus aquile q̄ credūt ieſum xp̄m in carne veniſſe. Eſt ēt eccleſia in q̄ p baptiſmi grāꝫ ſpiritu renouamur. EVSE. Vel p aqlas mortua aīalia depaſcētes p̄ncipes huius ſeculi denotauit: ꝛ eos qui tūc tpis ſanctos dei pſeqūt penes q̄s reliquunt aſſūptiōis idigni: q corpꝰ vel cadauer dicūtur: vel punitrices vtutes q̄ facture ſūt impioꝝ hic p aquilas denotant. AVG. de con. euā. Hec aūt q̄ lucas hic ponit: nō i eo ſmone i quo mattheꝰ vl̄ recordat p̄occupādo vt p̄us ꝯmemoraret: q̄ poſt a dn̄o dicta ſūt: vel his a dn̄o dicta facit intelligi. CA. XVIII.

Icebat aūt ꝛ pabolā ad illos qm̄ oꝫ ſemp orare ꝛ nō deficere: dicens: Iudex q̄dā erat in quadā ciuitate: q deū nō timebat: ꝛ hoīeꝫ nō reuerebat. Vidua aūt q̄dam erat i ciuitate illa ꝛ veniebat ad eum dicens: Vindica me de aduerſario meo. Et nolebat p multū tps. Poſt hec aūt dixit intra ſe. Et ſi deum nō timeo nec hoīem reuereor tñ qꝛ moleſta ē mihi hec vidua vidicabo illā: ne i nouiſſimo veniēs ſugillet me. Ait aūt dn̄s: Audite qd iudex iniquitatis dicit. Deus aūt nō faciet vidictā electoꝝ ſuoꝝ clamātiū ad ſe die ac nocte: ꝛ patiētiā hēbit i illis? Dico aūt vobis: qꝛ cito faciet vindictam illoꝝ. Veruntamē filius hominis veniens putas inueniet fideꝫ in terra.

THEO. Poſtꝙ erumnarū ꝛ periculoꝝ dn̄s meminit ſubdit hoꝝ remediū: qd̄ ē orō iugis ꝛ premeditata: vn̄ dr̄ Dicebat aūt ꝛ para. ad illos: qm̄ oportet ſemp orare: ꝛ nō deficere. CHRY. Qui te redemit: quid te facere voluit demonſtrauit. Nō vult te ceſſare a precibus: vult te bn̄ficia meditari dum petis. vult te rogādo accipere qd̄ benignitas deſiderat impertiri. Nec nunꝙ oranti beneficia denegat: qui vt orantes nō deficiāt: ſua pietate iſtigat: hortamenta dn̄i libenter admitte qd̄ p̄cipit velle debes: nolle ſi ipſe dn̄s ꝓhiberet: Deniqꝫ cōſidera quāta ē tibi cōceſſa felicitas: orationibus fabulari cū deo: qd̄ deſideras poſtulare: q ꝛ ſi verbis ſilet tñ beneficijs ridet. nō aſpernat quod petis. nō tedet niſi forte tacueris. BE. Dicendū eſt aūt euꝫ ſemp orare ꝛ nō deficere: q canonicis horis rogare nō deſiſtit: aut oia que iuſtus ſm̄ deum gerit ꝛ dicit: ad orationem ſunt reputāda. AVG. de que. euā. Parabolas aūt dn̄s aut ſm̄ ſimilitudinē ponit: ſicut de feneratore qui cuꝫ duobus debitoribus donaſſet quod debeant: ab eo plus dilectus ē cui plus donauit. aut de ipſa ſimilitudine aliquid ꝓbat: veluti ē illud: qd̄ ſi fenuꝫ agri qd̄ hodie ē: ꝛ cras in clibanū mittitur deus ſic veſtit: quātomagis vos modice fidei. Hic ḡ iniquꝰ iudex nō ex ſimilitudie ſꝫ ex diſſimilitudie adhibitꝰ ē. de q ſubdit: Iudex q. erat i ci. qua. qui deū nō time. ꝛ ho. nō reue. THE. Vide ꝙ impudenteꝫ erga hoīes eē grauioris ē mali indiciū. Dei. n. ꝙplures nō timent: attñ humano cohibent pudore: ꝛ idō minus peccāt. Cū vero ſit aliquis ipudens. ēt quo ad homines: tūc excreſcit cumulus vicioꝝ. Sequit: Vidua aūt que. erat in illa ciui. AVG. Iſta vidua pōt habere ſimilitudinē eccleſie que deſolata videt donec veniat dn̄s: qui nūc in ſecreto curā eius gerit. Sꝫ qꝛ ſequit: Et venie. ad eū dicēs: vindica me de aduer. meo ꝛ nole. p multuꝫ tps. Hic monet cur electi dei ſe vindicare deprecētur: quod ēt in apocalypſi ioannis de martyribus dicit. cū apertiſſime moneamur vt p noſtris inimicis ꝛ pſecutoribus oremus. Intelligendū ē aūt eā vindictaꝫ eē iuſtorū vt oēs mali pereāt. Pereūt aūt duobus modis: aut conuerſione ad iuſticiā: aut amiſſa per ſuppliciū poteſtate. Itaqꝫ ſi omnes hoīes ꝯuerterentur ad deū: diabolus tñ remaneret in ſeculi fine damnandus: quē finē cū iuſti videre deſiderant nō abſurde vindictā deſiderare dicunt. CIRYL. Vel aliter. Quotiens nobis ab aliquibus irrogātur offenſe: tunc glorioſaꝫ eſſe putabimus obliuionē maloꝝ: quotiēs vero aliquid ad ipſaꝫ dei gloriā peccant ꝯtra dogmatis diuini miniſtros bellantes tūc deū adimus poſtulantes ſubſidiū ꝛ exclamātes ꝯ impugnātes gloriā eius. AVG. de que. euan. Apud iniquiſſimū ergo iudicē: vſqꝫ ad effectuꝫ implendi deſiderij valuit trahere pſeuerātia deprecantis. vnde ſequit: Poſt hec au. di. intra ſe: Etſi deū nō timeo: neqꝫ ho. reuereor: tñ qꝛ moleſta ē mihi hec vidua: vindicabo illā: ne in nouiſ. veni. ſugillet me. Multo igit certiores eē debēt: qui deū perſeuerāter rogāt: fontem iuſticie atqꝫ miſericordie. Unde ſequit: Ait au. do. Au. qd iu. iniqui. dicat: deus aūt nō faciet vindi. ele. ſuo. clamā. ad ſe die ac nocte: ꝛ patiaꝫ hēbit in illis. THE. q. d. ſi iudicē imbutū quolibet ſcelere demulſit aſſiduitas: quanto magis patrē miſericordie deū flectemus ad pietatē orando. vnde ſequit: Dico aūt vobis: qꝛ cito faciet vindictam il. Tētauerūt aūt q̄dā ſubtilius hanc indagare parabolā dicūt. n. viduā eē quālibet aīaꝫ: que priſtinū viꝝ. ſ. diabolum excludit: ob hoc ei aduerſantē: q accedit ad deū iuſticie iudicē: qui neqꝫ deū timet: nā ipſe ſolus ē deus. ſꝫ nec veretur hoīeꝫ: nō ē eniꝫ apd̄ deū pſonaꝝ acceptio. Huiꝰ igitur vidue. i. aīe ſupplicantis iugiter ſibi contra diaboluꝫ miſeret deus: demulcente eū iſtantia eius. Poſtꝙ dn̄s docuit ꝙ vtēdū ſit in tpe ꝯſummatōis oratione ꝓtūc futuris pículis ſubdit. Verūtamē filius hoīs veni. pu. inue. fideꝫ in ter. AVG. de ver. do. Dicit aūt hoc dn̄s de fide: q̄ pfecta ē. Ipſa. n. vix inuenit in terra: Ecce plena ē eccleſia dei: quis huc accederet: ſi nulla eēt fides: q̄s nō montes transferret ſi plena eſſet fides? BE. Cū aūt oīpotens ꝯditor in forma filij hoīs apparuerit: tāta erit raritas electoꝝ vt nō tā ob clamorē fideliuꝫ ꝙ torporeꝫ alioꝝ totiꝰ mundi ſit acceleranda ruina: quod aūt dn̄s hic quaſi dubitatiue dicit non dubitat ſed arguit: naꝫ ꝛ nos aliquādo de rebus quas certas habemus: increpatiue verbū dubitationis ponimus: vt ſi dicat ſeruo: Conſidera: forſitan dn̄s tuus ſum. AVG. de ver. do. Hoc aūt dn̄s adicit: vt oñdat ꝙ ſi fides deficit: oratio perit: ergo vt oremus credamus: vt ꝛ ipſa fides nō deficiat oremus. Fides fundit orationē: fuſa oratio fidei impetrat firmitatem.

Dixit aūt ꝛ ad quoſdā q i ſe ꝯfidebāt tāqꝫ iuſti ꝛ aſpnabātur ceteros parabolā iſtā dicens: Duo hoīes aſcenderūt in tēplū vt orarēt: vnus phariſeus ꝛ alter publicanus. Phariſeus ſtans hec apd̄ ſe orabat. Deus gratias ago tibi: qꝛ nō ſum ſicut ceteri hominū: raptores: iniuſti: adulteri: velut ēt hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do oium que poſſideo. Et publicanus a lōge ſtās nolebat nec oculos ad celum leuare: ſꝫ pcutiebat pectus ſuū dicēs: Deꝰ ꝓpitius eſto mihi peccato

ri. Amē dico vobis deſcēdit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo:q2 omnis qui ſe exaltat humiliabitur:⁊ qui ſe humiliat exaltabitur.

AVG. de ver. do. Quia fides non eſt ſuperboꝝ ſed humiliū:ꝑmiſſis ſubiecit parabolā de humilitate:⁊ ꝯ ſupbiā. vñ dī. Dixit aūt ⁊ ad quoſ. q̄ in ſe cōfidebāt tāq̄ iuſti ⁊ aſpernabant cete. para. iſtā. THEO. Quia.n. ſuperbia plus q̄ alie paſſiōes vexat hoīuȝ mētes:iō crebrius de hac monet. Eſt aūt ſupbia dei ꝯtēptus:quotiēs .n. aliquis nō deo:ſȝ ſibi aſcribit bona q̄ facit:qd ē aliud q̄ dei negatio:cū igit ꝯfidētiū in ſeipſis nō aūt totū attribuētiuȝ deo:ſȝ ob hoc ē ceteros ꝯtēnētiū:parabolā ꝓponit:oñdēs q̄ iuſticia q̄uis hoīeȝ approximet deo:ſi tñ aſſumat ſupbiā ad infimū deiecit hominē. vñ ſeq̄t: Duo. ho. aſcē. in tēp. vt ora. vnus phariſeus ⁊ alter publicanus. GRECVS. Diligentiā quidē orōnis docuit nos p viduā ⁊ iudicē:hic aūt p phariſeū ⁊ publicanū docet nos: quō ſint ei dirigēda precamina:ne ſit infructuoſū orōnis negociū. Cōdēnatus ē aūt phariſeus cū incaute oraret. nā ſeq̄tur. Phariſeus aūt ſtās hec apud ſe orabat. THEO. Per hoc q̄ dicit Stans:elatū eius aīum notat:ipſo.n. habitu ſupbiſſimus videbat. BASI. Dicit aūt. Apud ſe orabat q̄ſi nō apud deū:q2 ad ſeipſm redibat p peccatuȝ ſupbie. Seq̄tur.n. Deus grās ago tibi. AVG. de v̄. do. Nō reprehēdit:q2 deo grās agebat:ſȝ q2 nihil ſibi addi cupiebat. Ergo iaȝ plenus es:iā abundas. nō ē q̄re dicas. Dimitte nobis debita nr̄a. Quis ē igit qui impie obpugnat grām ſi reprehēdit qui ſupbe agit grās? Audiāt q̄ dicunt. Deus me hoīeȝ fecit:ego me iuſtū facio. O peior ⁊ deteſtabilior phariſeo q̄ ſupbe iuſtū ſe dicebat: ſȝ tñ inde grās deo agebat. THEO. Attēde aūt ſeriē orōnis phariſei. Prio nāq3 dixit q̄ ei aberāt: deinde ſubiungit q̄ hēbat. Seq̄t n. Quia nō ſuȝ ſicut ceteri hoīuȝ: raptores:iniuſti:adulteri. AVG. de v̄. do. Diceret ſaltē ſicut multi hoīes. Quid ē ceteri hoīes:niſi oēs preter ipm? Ego inquit iuſtus ſum ceteri peccatores. GRE. xxiiij. mo. Quattuor quippe ſūt ſpecies q̄bus oīs tumor arrogantiū demōſtrat:cū bonū aut a ſemetipſis hēre ſe eſtimāt:aut ſi ſibi datū deſup credūt p ſuis ſe hoc accepiſſe meritis putāt:aut certe cū iactant ſe hēre qd nō hñt:aut deſpectis ceteris ſingulariter videri appetunt habere qd hñt. vñ ⁊ phariſeus hic bonoꝝ ſibi operꝝ merita ſingulariter tribuit. AVG. de ver. do. Ecce aūt ex vicino publicano maioris erat ei tumoris occaſio. Seq̄tur.n. Uel vt ēt hic publi. q. d. Ego ſolus ſuȝ. Iſte de ceteris eſt. CHRY. Nō.n. ſaciauerat contemptū eius tota humana natura:ſȝ ⁊ publicanū aggreſſus ē. moderatius aūt peccaſſet ſi publicanū excepiſſet. Nūc aūt vno verbo ⁊ abſentes inuadit:⁊ vulnera p̄ñtis laceſſit. Nō ē aūt gratiaꝝ actio inuectiua alioꝝ. Si regratiaris deo ipe tibi tñ ſufficias:nec te ad hoīes trāſferas:nec ꝓximū ꝯdemnes. BASI. Diſcrepat aūt elatus a conuiciatore ſola habitudine. Is.n. in alios vtitur cōuitijs:hic aūt ſe mētis temeritate extollit. CHRY. Qui āt alijs ꝯuiciat:ſibi ⁊ alijs multa mala facit. pmo.n. audiētem reddit peiorē: q2 ſi ſit peccator:fit letior criminis inuēto collega: ſi ſit iuſtus extollit:p aliena crimina inductus de ſe magna putare. Secūdo coītateȝ eccleſie ledit nō.n. oēs audiētes vituperant eū ſolū q̄ peccauit:ſed ritu chriſtiano ꝯtumelias innectūt. Tertio dei gloriaȝ blaſphemare facit:ſicut.n. recte agentibus nomē dei glorificat:ſic nobis peccātib9 blaſphematur. Quarto eū qui audiuit obprobria ꝯfundit īprudentiorē eū ⁊ aduerſariū faciēs. Quinto ſtatuit ſe pene obnoxiū:rebus ꝓlatis q̄ ſibi nō cōueniūt. THE. Expedit āt nō ſolū declinare a malo:ſed ēt agere bonū. Et iō cū dixiſſet: Nō ſuȝ ſicut adulteri:ſubiungit p oppoſitū Ieiuno bis in ſabbato: Sabbatū hi dicebāt hebdomadaȝ ad vltimā diē q̄etis. Ieiunabāt.n. phariſei ſecūda ⁊ q̄nta feria ſic igit ieiunia obiecit ꝯ paſſionē adulterij. nā ex voluptate ē laſciuia. Rapacibus vero ⁊ iniuſtis oppoſuit decimarū ſolutionē. Seq̄t.n. Decimas do oīum q̄ poſſideo. q. d. Adeo rapinas ⁊ neq̄cias refugio:vt ēt mea cōtribuam. GRE. xix. mo. Ecce ciuitatē cordis ſui inſidiātibus hoſtibus p elationē apperuit:quā fruſtra p ieiunium ⁊ elēos clauſit: Incaſſuȝ munita ſūt cetera:cū locus vnus de quo hoſti patet aditio munitus nō eſt. AVGV. de ver. do. Quere aūt in verbis eius:nihil inuenies qd deū rogauerit. aſcendit quidem orare:noluit deū rogare:ſed ſe laudare:⁊ rogāti inſultare. publicanū aūt cordis conſcientia remouebat:ſed pietas applicabat. vñ ſeq̄tur: Et publicanus a lōge ſtans nole. nec oculos ad celū leuare. THE. Quāuis aūt publicanus ſtetiſſe dicat:diſtabat tñ a phariſeo tā verbis q̄ habitu:necnō ⁊ corde ꝯtrito. naȝ verebatur oculos leuare in celū:cēſens indignos viſionis ſuperne eos qui maluerūt bona terrena ſpectare ⁊ querere: necnō ⁊ pectus tundebat. vñ ſequit: Sȝ percutiebat pectus ſuū: cor quodāmodo pungens ꝓ cogitationū prauaruȝ necnō ⁊ excitās vt dormitans. vñ nō aliud q̄ deū ꝓpitiationeȝ petebat. Seq̄t.n. Dicēs: Deus propitius eſto mihi peccatori. CHRY. Audiuit q2 nō ſuȝ velut hic publicanus:nec indignatus ē ſed ꝯpunctus: detexit ille vulnus querit hic medicinā. Nemo igit illud frigidū ꝓferat verbū: Nō audeo:pudoroſus ſum nō poſſuȝ apire os. Talis reuerentia eſt diabolica. Uult.n. diabolus obſerare tibi fores acceſſus ad deum. AVG. de ver. do. Quid igit miraris ſi deus ignoſcit:qñ ipſe agnoſcit: de lōginquo ſtabat:deo tñ appropinquabat:⁊ eū dñs de ꝓpe attēdebat. Excelſus.n. dñs ⁊ humilia reſpicit:nec oculos ad celū leuabat vt reſpiceret:tremebat cōſcientia ſpem ſubleuabat percutiebat pectus ſuū:penas de ſeipſo exigebat:propterea dñs ꝯfitenti pcebat. Audiſti ſuperbū accuſatorē:audiſti humilē reum. audi nunc iudicē dicētem: Amē dico vobis:deſcendit hic iuſtificatus in do. ſuā ab illo. CHRY. Geminos aurigas ⁊ duas bigas in ſtadio poſitas ſermo preſens ꝓponit in altera quidē iuſticiā cū ſupbia. i altera peccatū ⁊ humilitatē. ⁊ vides bigā peccati ſuperare iuſticiam:nō proprijs v̄tutibus:ſed humilitatis ꝯiuncte. Illā vero deuictā nō fragilitate iuſticie ſed mole ⁊ tumore ſuperbie. nā ſicut humilitas p ſui eminentiaȝ peccati pōdus ſuperat:⁊ ſaliens attingit deuȝ:ſic ſuperbia ob ſui molem de facili iuſticiā deprimit. ſi ergo plura facta ſtrenue geras:putas aūt te poſſe ꝑſumere tota caruiſti oratione. ſi vero mille feras in conſciētia faſſes reatuū: ⁊ hoc ſolum de te credas q̄ es infimus oīum:multā obtinebis añ deū fiduciam. Et iō ſue ſnie cām aſſignans ſubdit: q2 oīs qui ſe exaltat humi. ⁊ qui ſe humi. exalta. Humilitatis nomē multiplex ē. Eſt.n. quedā virtus humilitas:iuxta illō. Cor contritū ⁊ humiliatum deus non deſpicias. Eſt ⁊ humilitas ab erumnis:iuxta illud: Humiliauit in terra vitā meā. Eſt ⁊ humilitas a peccatis ⁊ ſupbia ⁊ inſaciabilitate diuitiaꝝ. Quid.n. humilius his qui ſe ſubmittūt in diuitijs ⁊ potentatu ⁊ hec reputant magna. BASI. Similiter ēt ⁊ exaltari laudabiliter contingit:qñ. ſ. non humilia cogitas ſed mens tua eſt per magnanimitateȝ i virtute erecta. Talis aūt ai celſitudo ē eminentia in triſticijs: terrenoꝝ contemptus:conuerſatio in celis:⁊ videtur huiuſmodi mentis ſublimitas eandem habere differentiam ad elationē quam arrogātia parit:quaȝ hȝ corpulentia corporis bñ diſpoſiti ad inflationē carnis cum ex hydropoſi tumet. CHRY. Hec igitur faſtus inflatio ab ipſis celis poteſt deprimere nō cauentem:humilitas vero ⁊ ab ipſa abyſſo reatuū hominē ſublimare. hec eniȝ pre phariſeo publicanum ſaluauit. latronem ante apoſtolos duxit. illa vero ēt in corpoream ingreſſa ē poteſtatem. Ceterum ſi iuxta delicta humilitas tam facile currit vt ſuperbiā iuſticie tranſeat. ſi iuſticie coniunxeris eā:quo nō ibit? aſſiſtet ipſa tribunali diuino in medio angeloꝝ cū fiducia multa. Rurſus ſi faſtus cōiunctus iuſticie eā deprimere potuit ſi coniunctus ſit peccato:in quantam gehennam detrudet? hoc dico nō vt negligamus iuſticiā:ſed vt faſtum vitemus.

THE. Sȝ forſitan mirabitur aliquis:quō phariſeus cū pauca verba ſue laudis ꝓtulerit cōdēnat. Iob vero cū plurima fuderit coronat. Eo.ſ. q̄ phariſe9 talia dicebat criminādo alios:nulla rōne cogente: iob vero vrgētibus eū amicis ⁊ preſſuris premētibus coactus ē ꝓprias virtutes referre ad dei gloriā:ne hoīes deſiſterēt a profectu v̄tutis. BE. Typice aūt phariſeus ē populus iudeoꝝ q̄ ex iuſtificationib9 legis extollit merita ſua:publicanus vero gentilis ē q̄ longe a deo poſitus ꝯfitet peccata ſua:quoꝝ vnus ſuperbiendo receſſit humiliatus: alter lamentādo appropinquare meruit exaltatus.

Afferebant aūt ad illuȝ infantes:vt eos tāgeret. Qd cū viderēt diſcipuli increpabāt illos. Ieſus āt conuocās illos dixit: Sinite puulos venire ad me ⁊ nolite vetare eos. Taliū ē.n. regnum dei. Amen dico vobis quicunq3 non acceperit regnum dei ſicut puer:non intrabit in illud.

THEO. Poſt predictaȝ humilitatē dñs docet p ea q̄ fecit:nō repellēs:ſȝ gratāter puulos admittēs. vñ dī: Afferebāt āt ad illū īfātes vt eos tāgeret. AVG. d v̄. do. Cui afferūtur tangendi niſi ſaluatori:ſed ſi ſaluator ē: ſaluādi offerunt illi qui venit ſaluū facere qd perierat: vbi iſti perierāt:quantū ad ipſos ptinet inocētes. Sed ſcḋm apoſtolum p vnū hoīeȝ intrauit peccatū in orbem terraꝝ. Ueniant ꝗ puuli vt languidi ad medicū:perditi ad redēptoreȝ. AM. Duꝝ aūt aliquibus videri pōt q̄ diſcipuli dñi ⁊ infantulos adire prohibebāt. Seq̄tur.n. Qd cū vide. diſci. increpabāt illos. Ubi vel myſteriū intelligas vel affectū. Neq3.n. hoc inuidie aut in pueros mentis aſperitate faciebant:ſed ſedule ſeruitutis obſequia dño deferebant: ne ꝯprimeret a turbis. Reſpuenda quippe ē vtilitas noſtra vbi diuinitatis iniuria ē. In myſterio aūt q2 prius ſaluari populū iudeoꝝ ex quo ſcḋm carnem nati fuerāt geſtiebāt. Sciebāt q̄dem myſteriū q̄ vtriſq3 populis vocatio deberetur. Nā ⁊ pro chananea muliere ſupplicarūt ſȝ fortaſſe adhuc ordinē neſciebāt. vñ ſeq̄tur. Ieſus aūt conuo. eos di. Sini. par. veni. ad me:⁊ nolite vetare eos: Taliuȝ eſt eni re ei. Nō etas prefert etati:alioqn obeſſet adoleſcere. Cur ꝗ pueros dicit aptos eē regno celoꝝ? fortaſſe quia malicia neſciāt:fraudare nō nouerint:referre nō audeant ſcrutari ignorēt:opes:honorē:ambitionē nō appetāt: ſȝ nō ignorare iſta virtus ē:ſed contēnere. Nō.n. virtus eſt nō poſſe peccare ſed nolle. Nō igit puericia ſed emula puerilis ſimplicitatis bonitas deſignat. BE. Uñ ſignanter dixit Taliū:nō Iſtoꝝ:vt oñderet nō etatē regnare ſȝ mores:⁊ his qui ſimilē haberēt innocētiā ⁊ ſimplicitatē premia repromitti. AM. Deniq3 hoc ſaluator expreſſit dicens. Amē di. vo. q̄cunq3 nō acceperit re. dei ſicut puer: nō intrabit in il. Quis puer imitandus eſt apoſtolis xp̄i: niſi de quo Yſaias dicit: Puer natus ē nobis:q̄ cū malediceret:nō maledixit. Itaq3 in puericia ē quedā venerabilis moꝝ ſenectus ⁊ in ſenectute inocēs puericia. BASI. Suſcipiemus aūt regnū dei vt puer:ſi diſpoſiti fuerim9 erga doctrinā dñi:vt puer in diſciplina nequaq̄ ꝯ dicēs: nec diſputās cū magiſtris:ſed credibiliter ⁊ obedienter imbibens documēta. THE. Gentiliū ergo ſapiētes querentes ſapiam in myſterio qd ē regnū dei:nec volentes hoc abſq3 fide ſyllogiſtice probationis admittere: merito excluſi ſunt ab hoc regno.

Et īterrogauit eū q̄dā princeps dicēs. Mgr̄ bone:qd faciēdo vitā eternā poſſidebo? Dixit āt ei Ieſus: Quid me dicis bonū? Nemo bon9 niſi ſolus de9: Mādata noſti: Nō occides:nō mechaberis nō furtū facies:nō falſū teſtimoniū dices:honora patrem tuuȝ ⁊ matrē tuā. Qui ait: Hec oīa cuſtodiui a iuuētute mea. Quo audito ieſus:ait ei. Adhuc vnū tibi deeſt. Oīa quecunq3 habes vende ⁊ da pauperibus:⁊ habebis theſauꝝ in celo: ⁊ veni ſequere me. His ille auditis contriſtatus ē: q2 diues erat valde.

BEDA. Audierat princeps quidē a dño tm̄ eos q̄ puerorꝝ vellent eē ſimiles:regnū dei intraturos:atq3 iō poſcit ſibi nō p parabolā:ſed palā q̄bus operꝝ meritis vitā eternā ꝯſequat exponi. vñ dicit: Et inter. eū qui. prin. di. Mgr̄ bo. qd faci. vi. eter. poſſidedo. AM. Tentator princeps iſte magiſtrū bonū dixit q̄ deū bonum dicere debuiſſet. Nā lȝ in diuinitate bonitas ſit ⁊ ī bonitate diuinitas tñ addendo Magiſter bone:in portione bonū dixit: nō ī vniuerſitate. nā de9 in vniuerſitate bonus: homo ex pte. CIRY. Putauit aūt ſe xp̄m capere duȝ vituperaret moſaicū preceptū: introduceret vero ſua ſtatuta: accedit ergo ad magiſtruȝ ⁊ bonū eū nuncupans: dicit ſe velle doceri q2 ꝗ tētatiue q̄rebat q̄ apprehendit ſapiētes in aſtutia ſua ꝯuenienter ei rñdet. nā ſequit: Dixit aūt ei ieſus: qd me dicis bonū:nemo bonus niſi ſolus deus. AM. Nō bonū ſe negat:ſed deū deſignat:bonus quidē nō ē: niſi plenus bonitatis: q̄ ſi quē moueat:q2 nemo bon9: moueat ⁊ illō niſi de9. q̄ ſi a deo fili9 non excipit:vtiq3 nec a bono xp̄s excipit. nā quō nō bonus ex bono natus: arbor.n. bona fruct9 bonos fac: Quō nō bon9 cū bonitati ſua ſubſtātia ex pře aſſūpta nō degnāuit ī filio q̄ ñ degnāuit ī ſpū: Spiritus tuus inq̄t bonus deducet me in terrā rectā. q̄ ſi bonus ſpiritus q̄ excepit a filio:bonus vtiq3 ⁊ ille qui tradidit. Itaq3 q2 legiſperitus eſt iſte qui tētat: ſicut ī libro alio demonſtrat. Et bene dixit. Nemo bonus niſi vnus deus vt admoneret q2 ſcriptū ē. Nō tentabis dñm deū tuuȝ: ſȝ magis confiteretur dño qm̄ bonus. CHRY. Uel aliter Auerū quidē dicere hūc pricipē nō verbor:nā hoc chriſtus ei improperat:tentatorē autē minime. TY. Ergo cū dicit:magiſter bone qd faciēdo ⁊c̄. q. d. Bonus es dignare me reſponſo in eo q̄ quero doctus ſum vetus teſtamētum:te tñ p̄ſtantiorē video nō ꝓmittentē terrā ſed predicantē regnū celoꝝ. Dic ꝗ mihi qd faciendo vitaȝ eternā potero poſſidere? Intentionē igitur attēdens ſaluator q2 fides ē via ad opera:cū dixiſſet ille Quid faciā: hac queſtione omiſſa in notitiam fidei eum ducit. velut ſiquis interrogaret medicū qd comedā: ille oñderet q̄ deberēt cibū precedere:⁊ iō eū ad patreȝ remittit dicens. Quid me dicis bonū:nō q̄ ipſe bonus non eēt:erat.n. bonū ex bono patre germen:bonus boni filius. AVG. de con. euā. Pōt aūt videri diſtare aliquid q̄ ſcḋm mattheum dicitur. quid me interrogas de bono? quod ad illud magis referri pōt:quod ait ille querēs. Quid boni faciam? Ibi.n. ⁊ bonū noīauit:⁊ īterrogatio ē. commodiſſime intelligitur vtrunq3 dictū qd me dicis bonuȝ:⁊ quid me interrogas de bono:qd ad illud magis referri pōt. TY. Deniq3 poſt q̄ docuit cognitionē dei ſubiungit: Mandata noſti. q. d. qñ prius deū noueris:tūc optime q̄res qd faciē. CHR. Expectante aūt principe audire xp̄m dicente. Recedas a mandatis moſaicis ⁊ meis attende:ad moſaica eū mittit vñ ſequit: Nō occides:non mechaberis. THE. Primo quidem lex ea corrigit ad que facilius labimur:vt mechari:cuius incentiuū ē intrinſecum ⁊ naturale:⁊ occidere:q2 immanis belua furor. Sed furtū ⁊ falſi teſtimonij culpaȝ raro contingit incurrē:ſed ⁊ grauiora illa exiſtunt. ⁊ ideo ſecūdario furtum ⁊ falſuȝ teſtimoniū ponit:vt rarius fallentia ⁊ leuiora. Sequit.n. Non furtū facies. non falſum teſtimoniū dices. BASI. Nō ē aūt intelligendū fures eē ſolum burſaꝝ inciſores:vel latrocinātes in balneis. Sȝ ⁊ ſi qui duces legionuȝ ſtatuti vel commiſſo ſibi regimine ciuitatū aūt gentium:hoc quidē furtim tollunt:hoc vo

vl ac publice exigunt. TY. Sed videas in non agendo
precepta cõſiſtere:qm̃ ſi mechatus nõ fueris: caſtus es.ſi
nõ furtis:beniuolus.ſi falſo nõ teſteris:veridicus. Atte-
de virtutẽ tam facilẽ ꝑ bonitatem ſtatuentis. Nã mali fu-
gam ingerit:nõ boni exercitiũ:quelibet aũt quies quoli-
bet ẽ facilior opere. THEO. Sed q2 in parẽtes ↄmitte-
re,quãq̃ magnũ ſit crimen raro tñ accidit. Poſt oĩa poi ſ:
Honora patrẽ tuũ ⁊ matrẽ. AM. Eſt aũt honor nõ ſolũ
bonorificẽtie:ſed ⁊ largitatis. Honor.n. ẽ deferre ꝑ me-
ritis.paſce patrẽ tuũ:paſce matrẽ: ⁊ ſi paueris:adhuc nõ
reddidiſti dolores ⁊ cruciatus quos ꝑ te mater paſſa ẽ.
Illi debes qd̃ habes:cui debes qd̃ es:quãtũ iudicium ſi
paſcat eccleſia quos tu paſcere nolis. Sed dices: Quod
erã parentibus collaturus:eccleſie mallẽ conferre. Non
querit deus donũ de fame parentũ:ſed vt paſcendos ſcri
ptura dicit parentes:ita pp deũ relinquendos: ſi impedi-
ant deuote mentis affectum. Seqtur. Qui ait: Hec omia
cuſto. a iuuentu. mea. HIE. Mentit adoleſcens. Si.n.qd̃
poſtpoſitũ ẽ in mandatis: Diliges ꝓximum tuum ſicut te
ipſuʒ:opere cõpleſſet:quõ poſtea audiens: Vade ⁊ vẽde
oĩa que habes: ⁊ da pauperibus triſtis abſceſſit. BE. Ut
nõ ẽ putandus eẽ mẽtitus:ſed ſimpliciter vt vixerit.ſ.ex-
terius eẽ confeſſus:alioquin nequaq̃ marcus diceret: ꝙ
ieſus intuitus eũ dilexit eum. TY. Oñdit aũt conſequẽ-
ter dñs ꝙ ſi aliquis vetus teſtamẽtũ ꝑegerit: ꝑfectus nõ
eſt:ſed deeſt ei ſequi xp̃m.vñ ſubditur. Quo audito ieſus
ait ei:adhuc vnũ tibi deeſt:oĩa quecũq̧ habes vẽde ⁊ da
pauperibus: ⁊ habebis theſauꝝ ĩ celo.q.d. Queris quõ
ſit poſſidenda vita eterna:ſparge facultates pauperibus
⁊ obtinebis illã. Parua ſunt q̃ impendis:magna que reci
pis. ATHANA. Nõ.n.mundũ deſpicientes putem⁹
grandia qdem abdicaſſe:q2 tota terra ẽ in ↄparatione ce-
li breuiſſima:⁹quapp ſi toti terre dñinaret:ei abrenunciã
tes:nihil dignuʒ eſſet in ↄparatione regni celorum. BE.
Quicunq̧ ergo ꝑfectus eẽ voluerit:oportet vendere que
habet:nõ ex ꝑte ſicut ananias fecit ⁊ ſaphira: ſed totum.
THEO. vñ dicens: Oĩa que habes.ſummã pauptatẽ
ſuadet. Siqd.n.reſtiterit:illius ſeruus ẽ. BASI. Nõ tñ
docet facultates vendere:eo ꝙ nãliter ſint praue: alioqui
creatura dei nõ eẽnt.vñ eas non tãq̃ malas abijcere: ſed
diſponere monuit. ⁊ ↄdemnatur aliquis:nõ q2 eas poſſi-
det:ſed q2 eis abuſus ẽ:quo fit vt facultatũ ſꝫm mandata
dei diſpenſatio: ⁊ crimina deleat ⁊ regnum cõferat.vñ ſub
dit: Et da pauperibus. CHRY. Poterat quidẽ deus ale
re pauperes: ⁊ ſine hoc ꝙ nos miſeremur eoꝝ:ſꝫ vult dã
tes dilectione aſtringi accipientibus. BASI. Dicẽte aũt
dño. Da pauperibus puto non expedire cuiq̃ negligent
gerere:ſed oĩa diligenter diſponere:ꝑcipue ꝑ ſeipm:ſi ex
parte ſe hẽat:ſin autẽ ꝑ eos de quibus cõſtat ꝙ fideliter
⁊ prudenter diſponãt:maledictus.n.qui negligenter perfi
cit opera dñi. CHRY. Sed illud querit quõ erogare cũ
cta pauperibus perfectionis eẽ videt: paulus aũt abſq̧
dilectione hoc aſſerit eſſe imperfectũ:ſed valde conſonat
qd̃ ſubiunxit. Et veni ſequere me.quod oñditur ex dile-
ctione eſſe. In hoc.n.cognoſcẽt oẽs ꝙ mei eſtis diſcipuli
ſi dilectionẽ habueritis adinuicẽ. THE. Cum pauper-
tate.n.ceteras quoq̧ virtutes hoĩem habere oportet.ob
hoc ait: Et veni ſequere me.i.in ceteris eſto meus diſci-
pulus:iugiter me ſequaris. CIRY. Princeps aũt ille vi
ni recentis capax non fuit:vetus vter exiſtẽs: ſed triſticia
ruptus ẽ.vñ ſeqtur: His ille auditis cõtriſtatus ẽ:quia di-
ues erat valde. BASI. Mercator non triſtatur in nundi-
nis paciſcendo q̃ poſſidet:acquirẽdo ſibi oportuna. Tu
vero triſtaris puluerẽ dans:vt acquiras vitam beatam.

Uidens aũt ieſus illum triſtẽ factũ dixit. Quod
difficile qui pecunias hñt in regnũ dei intrabunt.
Facilius ẽ enim camelum ꝑ foramen acus tranſi-
re:q̃ȝ diuitẽ intrare ĩ regnum dei. Et dixerunt qui
audiebãt: Et quis põt ſaluus fieri? Ait illis. Que
ĩpoſſibilia ſũt apd̃ hoĩes:poſſibilia ſũt apd̃ deuʒ.
Ait ãt petr⁹. Ecce nos dimiſim⁹ oĩa ⁊ ſecuti ſumus
te. Qui dixit eis: Amẽ dico vobis:nemo ẽq̧ reliq̃
rit domũ aut ꝑentes:aut fratres aut vxorẽ aut fili
os aut agros pp regnum dei: ⁊ nõ recipiat multo
plura ĩ hoc tp̃e: ⁊ ĩ ſeculo futuro vitã eternã.

THE. Quoniã diues audita opum abiectione triſte
tus fuit:dñs admiranter locutus ẽ. Dicitur.n. Uidẽs au.
ie.il.tri.fa.dixit. Quam difficile q̃ pecu. hñt in re.dei in
tra. Nõ dicit impoſſibile ẽ eos intrare:ſed Difficile. Põt
enim per diuitias adipiſci ſuperna:ſed difficile ẽ:q2 viſco
ſiores ſũt viſco diuitie: ⁊ vix euellitur animus occupat⁹
ab eis:ſed ſubſequenter vt impoſſibile hoc indicat cum
dicit. Facilius ẽ.n.camelũ per foramen acus tranſire:q̃ȝ di
uitẽ intrare in regnũ dei. Nomẽ qd̃ in greco ponitur equi
uocuʒ ẽ ad animal qd̃ camelus dicitur: ⁊ ad rudentẽ quo
cunq̧ ergo modo intelligas impoſſibile eſt. Quid igit di
cendum ẽ.primo quidẽ ꝙ reuera ita ſe habet. Aliud .n.ẽ
diues:aliud economus.nam diues eſt qui ſibi reſeruat
diuitias. Economus vero ſiue diſpenſator qui ad opus
alioꝝ has tenet. CHRY. Abraã quidẽ poſſidebat opes
pauperibus: ⁊ qui iuſte eas poſſident.quaſi ſuſcipientes
a deo diſpenſant in diuinis mandatis.qui vero contra
deum acquiſierunt: ⁊ in expendendo faciunt illud idẽ.me
retricib⁹ ⁊ paraſitis dantes:vel humi abſcondentes:ege
nis vero nihil ĩpendentes. Nõ ergo ꝓhibet ditari:ſꝫ opi
bus famulari.vult vt neceſſarijs vtamur eis:nõ vt cuſto-
diamus:nam famuli ẽ cuſtodire:ſed domini diſpenſare:
ſi conſeruari eas vellet:non tradidiſſet eas hominibus:
ſed ſineret in terra iacere. THEO. Porro attendas illd̃
ꝙ diuitẽ quidem impoſſibile dicit ſaluari: poſſidentẽ vo
diuitias difficile:quaſi dicat:diues qui captus ẽ a diuitijs
⁊ famulatur eis non ſaluabitur:habens vero illas .ſ. qui
eis dominatur vix ſaluabitur cã humane fragilitatis. Co
natur.n.nos diabol⁹ ſupplãtare:quoadusq̧ poſſidem⁹ di
uitias ⁊ difficile ẽ aufugere decipulas eius.idq̧ bonuʒ ẽ
paupertas ⁊ quaſi tẽtatione carens. CHRY. Nulla eni
ẽ diuitiaꝝ ↄmoditas aĩa patiente penuriã:nec leſio pau-
pertatis:aĩa diuitijs affluente. Si aũt diteſcentis indiciũ
ẽ nullius egere: ⁊ paupaſcentis indigere.palã ẽ ꝙ magiſ
eẽ pauperẽ facit magis diteſcere. Facili⁹ ẽ.n.ꝙ quis ĩ pau
pertate q̃ȝ in diuitijs opes contẽnet:neq̧.n.talis ẽ ambi-
tus vt per magis habere fedet. Sed per hoc ↄſueuit ma
gis accendi:ſicut ignis qñ maiorẽ ſuſcipit eſcã:q̃ aũt ma
la vident eẽ iopie cõta ſũt:q̃ vero diuitiaꝝ ꝓpria ſũt eaꝝ
AVG. de que.euan. Diuitẽ g̃ hic appellat cupidũ rerũ
temporalium: ⁊ de talibus ſuperbiẽtẽ.his diuitibus con
trarij ſũt pauperes ſpiritu quoꝝ ẽ regnũ celoꝝ. Myſtice
aũt facilius ẽ xp̃m pati ꝑ dilectoribus ſeculi: q̃ȝ dilecto-
res ſeculi ad xp̃m poſſe conuerti. Cameli.n.nomine ſe in
telligi voluit q2 ſponte humiliatus infirmitatis nr̃e onera
ſuſtulit:ꝑ acũ aũt punctiones ſignificat: per punctiones
dolores in paſſione ſuſceptos:foramẽ aũt acus dicit an
guſtiam paſſionis. CHRY. Hic aũt ſermo quaſi grauis
tranſcẽdebat diſcipuloꝝ virtutẽ.vñ ſequitur. Et dixerũt
qui hec audiebãt: Et qs põt ſaluus fieri? Hoc dixerũt di-
ſcipuli nõ de ſe ſed de toto mundo timentes. AVG. de
que.euan. Cũ ãt incõparabiliter maior ſit turba paupeꝝ
que diuitibus perditis põt ſaluari:intellexerunt oẽs q̃ di
uitias amãt:ẽt ſi adipiſci nequeãt in diuitũ numero depu
tari. Sequit: Ait illis:que impoſſibilia ſunt apud hoĩes:
poſſibilia ſunt apud deum. Quod non ita intelligendum
eſt quaſi diues cũ cupiditate ⁊ ſuperbia in regnuʒ dei ſit
intraturus.ſed poſſibile ẽ deo vt a cupiditate ⁊ ſuperbia
ad charitatẽ ⁊ humilitatẽ conuertatur. THEOPHI.
Apud hoĩes ergo quoꝝ ſerpit intentio ad terrena: ĩpoſſi
bilis eſt

bilis eſt ſalus vt dicuʒ ẽ:apud deum vero poſſibilis eſt
Cum enim homo conſiliarium habet deuʒ: ⁊ inſtitutio
nes ⁊ doctrinas paupertatis imbiberit:necnõ eius auxi
liũ inuocet hoc fiet poſſibile. CIRY. Cõgrue aũt diues
cũ multa ↄtẽpſerit:recõpenſationẽ expectabit: qui vero
paruꝝ poſſidẽs ea abdicauit quid ei ſperandũ eet: q̃rere
decebat.vñ ſequitur: Ait aũt petrus:ecce dimiſimus oĩa
mathe9 addit:quid ergo erit nobis. BEDA. q.d. Feci-
mus qd̃ iuſſiſti:qd̃ igitur dabis nobis premij. Et q2 non
ſufficit dimittere oĩa iungit qd̃ perfectuʒ ẽ dicẽs: Et ſecuti
ſumus te. CIRYL. Illud aũt neceſſe ẽ dicere:ꝙ paucis
abrenunciantes q̃tũ ſpectat ad propoſitũ ⁊ obedientiã
pari lance cũ opulentis pendunt:paribus vtẽtes affecti-
bus:dũ reꝝ quas poſſidẽt abiectiõeʒ vltro inferũt. vñ ſe
quitur: Amẽ dico vobis. Nemo ẽ q̃ reli.do.aut parẽ. aut
fra.aut vxo. aut fi.aut agros pp regnũ dei ⁊ non recipiat
mul.plu.in hoc tp̃e ⁊ in ſecu.futu.vitaʒ eternam. Eleuat
ad acceptiſſimã ſpẽ oẽs audiẽtes iureiurãdo ꝓmittẽs:dũ
apponit ſermoni amẽ. Doctrina.n.diuina mundũ vocã-
te ad fidẽ xp̃i:forſitan aliqui reſpicientes parentes infide
les noluerũt eos turbare veniendo ad fidẽ. ⁊ ſimilis ẽra-
tio alioꝝ germanoꝝ. Deſerũt aũt quidã patrẽ ⁊ matrẽ:
⁊ totius parentele amorẽ deſpiciũt pp amorem xp̃i. BE.
Senſus igitur iſte ẽ:qui pp regnũ dei inquirẽdũ oẽs affe-
ctus contempſerit:oẽs ſeculi diuitias delicias riſuſq̧ cal
cauerit:multo plura in pñti recipiet.cuius ſnie occaſione
quidã iudaicã mille annoꝝ fabulã poſt reſurrectionẽ iu-
ſtoꝝ edificãt:qñ oĩa q̃ pp deũ dimittim⁹ multiplici nobis
ſint fenore reddẽda ⁊ inſuper vita eterna donãda. Nec vi
dẽt inexperti ꝙ ſi i ceteris digna ſit repromiſſio:in vxori-
bus tñ iuxta alios euangeliſtas centenis: appareat turpi
tudo:preſertim cũ dñs in reſurrectiõe non eẽ nubendam
teſtet: Et iuxta marcum ea que dimiſſa fuerint:in hoc tp̃e
cũ perſecutionibus accipienda confirmet: quaſi illis mil
le annis abeſſe dogmatiçant. CIRY. Hoc ergo dicimus
ꝙ omiſſis tp̃alib⁹ ⁊ carnalibus multo maiora ſibi aliq̃s
vendicabit:qm̃ ⁊ apoſtoli cuʒ pauca dimiſerint: obtinue
runt multiplicia dona charismatum : ⁊ celebres reputati
ſunt vbiq̧ : Erimus ergo ſimiles illis:ſi domum quis di
mittat:recipiet manſiones ſupnas:ſi patrẽ:patrẽ hẽbit ce
leſtem. Si a germanis receſſerit in fratrem hunc recipiat
xp̃s. Cũ dimiſerit ↄiugẽ:inueniet diuinã ſapiaʒ a q̃ ꝓcrea
bit ſpiritales fructus:inueniet hieruſaleʒ celeſtẽ q̃ ẽ mater
nr̃a. A fratrib⁹ ẽt ⁊ a ſororib⁹ ſui ꝓpoſiti glutino ſpiritali
colligatis multo ĩ hac vita gratioſiorẽ recipiet charitatẽ.

Aſſũpſit aũt ieſus duodeci ⁊ ait illis: Ecce aſcẽ
dimus hieroſolymã: ⁊ cõſũmabũt oĩa q̃ ſcripta
ſũt ꝑ ꝓphas de filio hoĩs. Tradet.n.gẽtibus ⁊ il
ludetur: ⁊ flagellabitur ⁊ conſpuetur. ⁊ poſtq̃ȝ fla
gellauerint occidẽt eũ: ⁊ die tertia reſurget. Et ipſi
nihil hoꝝ itellexerũt. Et erat verbũ iſtud abſcõdi
tuʒ ab eis: ⁊ nõ intelligebant que dicebantur:

THE. Preuidens ſaluator ex paſſione ſua diſcipuloꝝ ã
ĩos turbandos:eis longe ante ⁊ paſſiõis ſue penã: ⁊ re
ſurrectionis ſue gloriã predicit. vñ dicitur: Aſſumpſit aũt
ieſus.xij. ⁊ ait illis. Ecce aſcen.hiero. ⁊ conſum. omnia q̃
ſcrip.ſunt per prophe.de filio hoĩs. BE. Preuidẽs enim
quoſdam hereticos futuros qui xp̃m dicerẽt legi ꝓphe-
tiſq̧ docuiſſe ↄtraria:oñdit ꝙ per ꝓphetaꝝ preſagia ſue
paſſiõis ⁊ poſterioris glorie ſit celebrata ꝑfectio. CHR.
Seorſum aũt de paſſione cũ diſcipulis confert. Non eniʒ
oportebat hũc ſermonẽ pluribus diuulgari: ne turbaren
tur. Ob hoc aũt predicebat diſcipulis:vt exercitati ꝑ ex
pectationẽ facilius ſuſtinerẽt. CIRY. Et vt ſciant: quo-
niaʒ paſſionem prenouit: ⁊ ſpontaneus ad eã acceſſit ne
dicerent:qualiter in manus hoſtiũ incidit? qui nos ꝓmit-
tebat ſaluare. vñ ſeriatim ordinẽ paſſiõis enarrat ſubdẽs
Tradetur.n.gentibus: ⁊ illudetur ⁊ flagellabit ⁊ cõſpuet.
CHRY. Hoc iſaias predixerat dicẽs: Obtuli ſcapulas
meas ad verbera:genas meas ad alapas: ⁊ faciẽ meã nõ
diuerti a ſputorũ dedecore. Sꝫ ⁊ crucis patibulũ ꝑdixit
propheta cũ ait: Tradidit in mortem aĩam ſuã: ⁊ cũ ſcele
ratis reputatus ẽ.vnde ⁊ hic ſubditur. Et poſtq̃ȝ flagella-
uerint occident euʒ. Sed ⁊ reſurrectionem eius dauid ꝑ
dixit dicens. Non derelinques aĩaʒ meaʒ in inferno.vñ
hic ſubditur: Et tertia die reſurget. ISIDO. Admiror
aũt dementiam querentium cur chriſtus ante triduuʒ re
ſurrexit.ſi enim reſurgeret tardius q̃ȝ predixerat:impotẽ-
tie eſſet:celerius vero ẽ ſumme virtutis iudiciũ. Si quẽ
enim cum ſpoponderit ſuo creatori poſt triduum ꝑſolue
re debitum:eadem die ſatiſfacientem viderimus non fal-
lacem ſed potius vt veridicũ eum mirabimur. Dicã etiã
ꝙ non dixit ſe poſt tres dies reſurrecturꝝ: ſed die tertia.
Habes paraſceuen:habes ſabbatum vſq̧ ad ſolis occa-
ſum: ⁊ poſt ſabbatum reſurrexit. CIRY. Diſcipuli autẽ
nondum nouerant exquiſite qd̃ prophete ꝑdixerant:ſed
poſtq̃ȝ reſurrexit aperuit eis ſenſum:vt intelligerent ſcri-
pturas. vnde ſequitur: Et ipſi nihil horum intellexerunt.

BE. Quia enim diſcipuli eius vitã maxie deſiderabãt
eius mortem audire non poterant. Et quoniã non ſolum
hominem innocentem:ſed ⁊ deum verũ ſciebãt:hũc nul-
latenus mori poſſe putabant. Et quia parabolas eũ ſepe
loquentem audire conſueuerant quotiens aliquid de ſua
paſſione dicebat:ad aliud allegorice referendum eẽ cre-
debant. vnde ſequitur: Erat autem verbum iſtud abſcon-
ditum ab eis: ⁊ non intelligebant que dicebantur. Iudei
vero quia in eius necẽ conſpirauerãt: ꝙ de paſſione ſua
loqueretur dicens in ioanne: Oportet exaltari filium
hominis intelligebant. vnde dixerunt: Nos audiuimus
ex lege quia chriſtus manet in eternuʒ: ⁊ quomodo tu di
cis. Oportet exaltari filium hominis.

Factũ ẽ aũt cũ appropiquaret hierico:cec⁹ qdã
ſedebat ſecus viam mẽdicãs. Et cũ audiret turbã
pretereũtẽ: iterrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt
aũt ei:ꝙ ieſus naçarenus tranſiret. Et clamauit di
cẽs. Ieſu fili dauid miſerere mei. Et q̃ preibãt icre
pabant euʒ vt taceret. Ipſe vero multomagis cla
mabat:fili dauid miſerere mei. Stãs aũt ieſus iuſ
ſit illũ adduci ad ſe. Et cũ apropiquaſſet: iterroga
uit illum dicens: Quid tibi vis faciã? At ille dixit:
Dñe vt videã. Et ieſus dixit ei: Reſpice. Fides tua
te ſaluum fecit. ⁊ confeſtĩ vidit: ⁊ ſeq̃batur illũ:ma
gnificans deuʒ. Et omnis plebs vt vidit dedit lau
dem deo.

GRE. in hom. Quia carnales adhuc diſcipuli non vale
bant capere verba myſterij : venitur ad miraculum ante
eorum oculos cecus lumẽ recipit:vt eos ad fidẽ celeſtia
facta ſolidarẽt. vñ dicit: Fa.ẽ aũt.cũ appro.hie.ce.qui.ſe.
ſe.vi.mẽdicãs. THE. Et ne inceſſus dñi eẽt inutilis:in
via fecit ceci miraculũ:hoc documentum diſcipulis ſuis
dans:vt in oĩbus ſimus proficui: ⁊ nihil ſit ĩ nobis oci-
oſuʒ. AVG. de que.euã. Poſſemus de appropiquãtib⁹
hiericho ſic intelligere:vt iam inde egreſſi:ꝓpe tñ adhuc
eẽnt ad eã ciuitatẽ:qd̃ quidẽ minus vſitate dr̃. Sed tñ vi-
deri poſſet hoc dictum:qm̃ matheus egredientibus eis
ab hiericho dicit illuminatos duos cecos qui iuxta viã
ſedebãt. De numero quidẽ nulla eẽt qõ ſi alter euangeli-
ſtarum de vno tacuiſſet vnius reminiſcens.nã ⁊ marcus
vnũ ↄmemorat:cũ ⁊ egrediẽtib⁹ eis ab hiericho dicit illu
minatũ:cuius ⁊ nomẽ dixit ⁊ patreʒ vt intelligamus euʒ
fuiſſe potiſſimũ:alteꝝ ignotum:vt merito ille notus etiã
ſolus decẽter commemoraretur. Sed qm̃ que ſequũtur

in euangelio ſm lucam: apertiſſime oſtendunt illud qđ ipſe narrat adhuc venientibus ipſis hiericho factuȝ eē: nihil aliud reſtat itelligere: niſi bis eē factū hoc miraculū ſemel in vno ceco: cū adhuc veniret in illam ciuitatē: iteꝝ i duobus cū inde egrederentur: vt illud vnum lucas: alteꝝ mattheus enarrat. CHRY. Multus aūt erat populus circa chriſtum ⁊ cecus cū quidē non nouerat. ſentiebat aūt eſſe eū: ⁊ rapiebat p affectum: qđ nō hauſit aſpectus. vñ ſubditur. Et cū au. tur. ptē. inter. qđ hoc eēt. Et oculati qdem ſm opinionē loquebant. Sequit: Dixe. aūt ei. q ie. naȝa. tranſiret. Cecus vero vera clamabat: alia docet: ⁊ alia p̄dicat. Nā ſequit: Et cla. di. ie. fi. da. mi. mei. Quis te docuit hec o hō: nū plegiſti libros priuatus luminibus. Unde igit noſti luminare mundi: vere dominus illuminat cecoſ CIRY. In iudaiſmo aūt nutritus non ignorauit: q de p genie dauid deus ſm carneȝ naſceretur: ⁊ iđ ei vt deo loquitur dicens. Miſerere mei: hunc imitent qui in duo diuidunt xp̄m: hic. n. xp̄m tanq̄ deū adit: ⁊ filium dauid eū nominat. Mirent auteȝ inſtantiā confeſſionis eius. Quidam. n. eū confitentem fidē compeſcebant. Sequit: Et q̄ preī. increpa. eū vt tace. Sed p inhibitiones huiuſmodi non ipediebatur eius audacia. Nouit. n. fides oībus repugnare: ⁊ in oia triumphare. vtile. n. ē pro cultu diuino pudorē deponere: nā ſi cā pecunie ſunt impudentes: non nulli pro aīe ſalute nō decet bonam induere impudentiā vnde ſequitur. Ipſe vero multome. cla. fi. da. mi. mei. Sitit aūt xp̄m vox inuocātis in fide: ⁊ inuocātes in fide reſpicit. ⁊ ideo merito vocat cecū ⁊ accedere iuſſit. vñ ſeqt: Stans autē ieſus iuſſit illū adduci ad ſe: vt. ſ. q̄ pri⁹ fide eum tetigerat: appropinquaret ⁊ corpore. Appropinquanteȝ cecū dñs interrogat. Nā ſequit: Et cū app. inter. il. di. Quid tibi vis faciā: Diſpenſatiue interrogat: nō q̄ſi ignorās: ſed vt ſcirēt aſtantes q nō petebat pecuniā: ſȝ diuinā efficaciā: vt a deo. vñ ſeqt: At il. di. Do. vt vide. CHR. Uel q: calumniatores veritatis iudei poſſent dicere: vt i ceco nato: nō ē hic ſed ſimilis eius: voluit vt cecus prius oſtenderet defectū nāe: ⁊ tūc cognoſcat gratie maieſtateȝ at vbi petitionis modū cecus explicuit: tūc eum ſumma maieſtate precepit ei vt videret. vñ ſeqtur. Et dixit il. ie. Reſpice: qđ redūdabat in crimen pfidie iudeoꝝ: quis. n. pphetaꝝ talia dixit: Aſpice tñ quid aſſumat medic⁹ ab eo cui collata ē ſanitas: Sequit. n. Fides tua te ſaluū fecit Pro fide. n. vendunt beneficia: diffunditur. n. gratia quā ſuſcepit fides. Et ſicut ab aliquo fonte hi qdeȝ pūis vaſis modicū aque hauriunt: hi vero maioribus multū fonte non diſtinguēte menſuras: ⁊ ſm feneſtras que aperiūtur magis vel minus ſplendor ſolis infunditur: ita ſm capacitatē intentionis haurit gr̄a: vertitur aūt vox xp̄i in lucē languentis: erat. n. verbū vere lucis. vnde ſequit. Et cōfeſtī vidit. At cecus ⁊ ante beneficiū fidē oñdit feruidā: ⁊ poſt beneficiū beniuolētiā obſeruauit. Sequit: Et ſeque. il. magnifi. deū. CIRY. Ex quo patet q a duplici cecitate liberabat: corporali. ſ. ⁊ intellectuali. neqȝ. n. glorificaſſet vt deū niſi vere vidiſſet: ſed ⁊ aliis factus ē occaſio glorificādi deū. Seqt: Et ois plebs vt vi. de. lau. deo. BE. Nō ſolum pro īpetrato munere lucis: ſȝ ⁊ merito fidei impetrātis. CHRY. Hic aūt neceſſe ē querere cur xp̄s demoniacum quidē curatū ſequi volentē prohibet: cecū aūt illuminatū ſequētē nō phibet: ſed neutrū irrationale puto: illuȝ. n. mittit preconē: vt ex ſua cōſiſtentia bñfactorē p̄dicet erat. n. excellēs miraculū videre furioſum ſane mētis effectuȝ. Cecū vero pmittit ſequi: qñ hieroſolymā aſcēdebat p crucem pfecturus altuȝ myſteriū: vt recētē hñtes miraculi mētionē: nō exiſtimarēt eū infirmitate potius q̄ mia pati. AM. In hoc aūt ceco typus populi gentilis ē q̄ ſacramēto dñico recepit amiſſi luminis claritatē. Nihil āt intereſt: vtrū in vno ceco medicinā: an in duobus accipiat: qm̄ ex chaȝ ⁊ iaphet noe filiis originē ducēs i duob⁹ cecis duos generis ſui pretēdebat auctores. GRE. i ho. Uel cecū ē genus humanū: qđ i parente primo claritateȝ ſuperne lucis ignorans: damnatiōis ſue tenebras patit. Hiericho aūt interpretat luna: que dum mēſtruis momētis decreſcit: defectū nr̄e mortalitatis deſignat. Dū igitur conditor noſter appropinquat hiericho: cecus ad lumen redit: q: dū diuinitas defectū noſtre carnis ſuſcepit: humanū genus lumen qđ amiſerat recepit. Qui ergo eterne lucis claritatē neſcit cecus ē. Si aūt iam redemptorem credidit q̄ dixit: Ego ſum via: iuxta viam ſedet. Si vero credidit: ⁊ exorat vt eternū lumen recipiat: iuxta viaȝ ſedet ⁊ mendicat. Illi aūt qui ieſū venienteȝ precedūt: deſignāt carnaliū deſideriorꝫ turbas: tumultuſqȝ vitioꝝ: qui priuſq̄ ieſus ad cor noſtrū pueniat: diſſipāt cogitationeȝ nr̄am: ⁊ in ipſa nos nr̄a orone cōturbāt. Ipſe vero magis clamabat: q: quāto grauiori tumultu cogitationū premimur: tāto oroni inſiſtere ardētius debem⁹. Cū aūt adhuc turbas phantaſmatū in oratione patimur: ieſum aliquatenus trāſeuntem ſentimus. Cū vero orationi vehement inſiſtimus: deus in corde figitur: ⁊ lux amiſſa reparatur: vel tranſire humanitatis ē: ſtare diuinitatis. Cecū igit clamātē dñs trāſiēs audiuit: ſtās illuminauit: q: p humanitatē ſuā vocib⁹ nr̄e cecitatis cōpatiēdo miſertus ē: ſed lumē nobis grē p diuinitatis potētiā infudit. Ad hoc aūt requirit qđ velit vt cor ad oronē excitet: peti. n. hoc vult: qđ ⁊ nos petere ⁊ ſe cōcedere preoſcit. AM. Uel interrogauit cecū vt crederemus: niſi cōfitētē nō poſſe ſaluari. GRE. in ho. Cecus aūt a dño nō auꝝ: ſed lucē querit. Et nos nō falſas diuitias: ſȝ lucē queramus: quā videre cū ſolis angelis poſſimus: ad quaȝ lucē via fides ē. vñ recte ceco dī Reſpice: fides tua te ſaluū fecit. Qui videt ⁊ ſequit: q: bonū qđ intelligit operat. AVG. de que. euan. Si aūt hiericho lunā ⁊ ob hoc mortalitatem interpretemur: morti ppinquans dominus iudeis ſolis lumē euangelii iuſſerat predicari: quos ſignificauit ille vnus cecus quē lucas cōmemorat: a morte aūt reſurgens atqȝ deſcēdēs ⁊ iudeis ⁊ gentibus quos duos populos ſignificare vidētur duo ceci commemorati a mattheo. CA. XIX.

Et ingreſſus pambulabat hiericho. Et ecce vir noīe zacheus: ⁊ hic princeps erat publicanorū: ⁊ ipſe diues. Et querebat videre ieſuȝ quis eſſet: ⁊ nō poterat pre turba: q: ſtatura puſillus erat. Et pcurrēs aſcēdit i arboreȝ ſicomoꝝ vt videret eū: q: inde erat tranſiturus. ⁊ cū veniſſet ad locū: ſuſpiciens ieſus vidit illum: ⁊ dixit ad eum zachee feſtinans deſcende: q: hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit: ⁊ excepit illū gaudens. ⁊ cum viderēt oēs murmurabāt dicentes: q ad hoiem peccatorē diuertiſſet. Stās aūt zacheus dixit ad ieſum. ecce dimidiuȝ bonoꝝ meoꝝ do pauperibus: ⁊ ſiquid aliqueȝ defraudaui reddo quadruplū. Ait ieſus ad euȝ. Quia hodie ſalus domui huic facta ē: eo q ⁊ ipſe filius ſit abrae. Uenit enim filius hominis querere ⁊ ſaluū facere quod perierat.

AM. Zacheus in ſicomoro: cecus in via: quorum alterum dominus miſeratus expectat: alterū ſue manſionis claritate nobilitat. de quo dicitur: Et ingreſſus ieſus perambu. hie. ⁊ ec. vir noīe zache. ⁊ hic erat prin. publica. ⁊ ipſe diues. Et bene princeps inducit publicanoꝝ. Quis enim de ſe deſperet qñ iſte peruenit ad gratiam: cui cēſus ex fraude: ⁊ ipſe qdē diues: vt ſcias oēs diuites auaros. CIRY. Sed zacheus in his moram non traxit: ſed factus eſt dignus propitiatione dei: qui cecos illuminat: ⁊ longinquos vocat. TY. Pullulauerat aūt in eo ſemē ſalutis: q: cupiebat ieſuȝ videre. vñ ſeqt: Et querebat vidē ieſuȝ qs eēt. Uiro etē q̄ nūq̄ eū viderat: q: ſi vidiſſȝ: pridē iā receſſiſſet a neqcia publicana. Siqs. n. ieſuȝ videt: nō pōt nequiciis imorari. Duo aūt erant impedimenta huic viſioni: nā retardabat eum populus: non tam viroꝝ q̄ peccatorū: erat aūt paruus ſtatura. vñ ſequit: Et non poterat pre turba: quia ſta. puſillus erat. AM. Quid ſibi vult q nulli⁹ alteri⁹ ſtaturā quaȝ huius expreſſit vide ne forte malicia puſillus: aut adhuc puſillus fide. nōdū eniȝ pronus erat cū aſcenderet: nōdū viderat chriſtum. TY. Sed ille bonū adinuenit ingeniū: nā precurrens i arborē ſicomorū aſcendit: ⁊ tranſeuntē ieſuȝ deſideratum videbat. vnde ſequitur: Et precurrens aſcēdit in arborē ſicomorū vt videret illū q: inde erat tranſiturus. Hic ergo ſolā viſionē deſiderauit: ſȝ qui nouit plus facere q̄ querimus dedit ei ſupra id quod expectabat. vnde ſequitur. Et cū veniſſet ad locū ſuſpiciēs ieſus vidit illum. CIRYL. Uidit quidē hois aiaȝ pmptiſſime nitentē ad ſancte viuēdū: ⁊ eā ad pietatē conuertit. AM. Capit eū ſe inuitat⁹ inuitat. vñ ſequit: Et dixit ad eū: Zachee feſtinans deſcēde: q: hodie in domo tua oportet me manere. Sciebat. n. vberē hoſpitis ſui eē mercedē: ſȝ tñ ⁊ ſi nō vocē inuitantis audierat affectum. BEDA. Ecce aūt camelus depoſita ibi ſarcina per foramē acus tranſit: hoc ē diues ⁊ publicanus relicto amore diuitiarū: contēpto cenſu fraudū: benedictionē dñice ſuſceptiōis accepit. Seqtur: Et feſtinās deſcēdit: ⁊ accepit illū gaudēs. AM. Diſcāt diuites non in facultatib⁹ crimē hēre: ſed in his qui vti neſciūt facultatib⁹. Nā diuitie ſicut īpedimēta ſunt improbis: ita bonis ſunt adiumēta virtutis. CHRY. Sed conſidera nimiā ſaluatoris bonitatē. Inſons cū ſontib⁹ cōuerſat. fons iuſticie cū auaricia q̄ ē materia prauitatis igreſſus domum publicani nullā ex auaricie nebula iniuriā patit: ſed fulgore iuſticie auariciam delet. ſed mordaces ⁊ criminatiōis amatores inuehi tentāt in his q̄ ab eo fiebāt. Seqtur eni Et cū vide. om. murmu. dicent. q: ad ho. pec. diuertiſſet. Ipſe vō icuſ. ē⁹ vt epulo ⁊ publicanorū amic⁹ ſpernebat hec: vt cōſummaret ppoſitū: q: ⁊ medic⁹ niſi patiat ſanie egrotoꝝ: nō liberat a morbo: qđ ⁊ tūc cōtigit: qm̄ cōuerſus ē publicanus ⁊ factus eſt melior. Sequitur: Stās aūt zache⁹ dixit ad ieſuȝ: Ecce dimi. bo. meo. dñe do. pau. ⁊ ſiqd ali. defrauda. red. q̄druplū. Audi mirabile: Nōdum didicit: ⁊ obedit: Et ſicut ſol p radios infuſus in domum nō illuſtrat verbo ſed ope: ita ſaluator radiis iuſticie nequicie fugauit caliginē: nā lux in tenebris lucet. Quodlibet āt vnitū ē validū: diuiſuȝ aūt debile: ⁊ iđ bipartit ſubſtantiā Eſt aūt diligēti⁹ attēdēdū: q opes zachei nō ſolū erāt iniuſte: ſȝ ēt ex patrimonio fuerūt cōgregate alioqn quō poterat extorta iniq̄ reſtituere i quadruplū. Sciebat. n. legē iubētē reſtituere in quadruplū male ablata: vt ſi lex non terreat: dāna mitigēt. nō ḡ expectat zacheus legis cenſuram ipſe ſibi iudex effect⁹. THEO. Sȝ ſi ſubtili⁹ indagare velim⁹ nihil de propriis reſtabat facultatib⁹. Data. n. medietate bonoꝝ paupib⁹ ex reſiduo reddebat leſis in quadruplo: nec ſolū hoc promittebat: ſed faciebat. Nō enim ait: Dabo medietatē ⁊ reſtituā quadruplū: ſȝ do ⁊ reddo At chriſtus illi ſalutē anunciat. Sequit: Ait ie. ad eū. quia ho. ſa. huic do. facta ē. ipſuȝ zacheū ſignificans aſſecutuȝ fuiſſe ſalutē: per domū habitatorē ſignificās. Seqtur: Eo q ⁊ ipſe fili⁹ ſit abrae. Nō eniȝ vocaſſet abrae filiuȝ inanimatā fabricā. BEDA. Fili⁹ aūt abrae zache⁹ dī: nō quia de ei⁹ ſtirpe genit⁹: ſȝ q: ei⁹ ē fidē imitat⁹: vt ſicut ille terrā domūqȝ paternā deſeruit: ita iſte bona ſua partiendo paupib⁹ relinqueret. Pulchre aūt dicit: Et ipſe. vt nō ſolū eos q̄ iuſte vixerāt: ſȝ ⁊ eos q̄ ab iniuſticia reſipiſcūt: ad filios pmiſſionis pertinere declaret. THEO. Nō aūt dixit q fili⁹ erat abrae: ſȝ qm̄ nūc ē. nā pus qñ erat publicanorū pnceps nullā ſimilitudinē habēs ad abraā iuſtū: non erat abrae fili⁹. Sȝ q: murmurabāt quidā eo q moraret cū viro peccatore: ad compeſcendos illos ſubdit: Uenit eniȝ filius hominis querere ⁊ ſaluū facere quod perierat CHRY. q. d. Quid me criminamini ſi rectifico peccatores: ita eniȝ procul eſt a me odiū peccatorū: q eorū cā aduenerim. nam medicus veni: non iudex: ob hoc conuiuus ſio languentiū: patior qȝ fetorem: vt preſtē remedia. Queret aūt aliquis: quomodo paulus iubet: ſiquis frater fuerit procax aut auarus: cum huiuſmodi nec cibū eē ſumendum. Chriſtus aūt erat publicanorum conuiua: ſed nōdū pueni erāt iſti vt fierēt frēs: ſȝ ⁊ tūc vitare pcepit paulus frēs cū pſtāt i malo: hi vō erāt mutati. BEDA. Myſtice aūt zache⁹ q̄ interptat iuſtificat⁹: credētē ex gētib⁹ pplm̄ ſignificat: q̄ p occupationē tpaliū depſſus erat ⁊ minim⁹ ſȝ a deo ſcificat⁹: q̄ intrātē hierico ſaluatorē videre volūit: dū fidē quā mūdo attulit: pticipare q̄ſiuit. CIRYL. Turba aūt ē ipente cōfuſio multitudinis: q̄ vticē nequit videre ſapiētie. ḡ zache⁹ q̄diu i turba ē: nō vidit xp̄ȝ: ſȝ plebeiā traſgreſſus vicitiā: meruit quē deſiderabat aſpicere. BEDA. Uel turba. i. vitioꝝ cōſuetudo q̄ cecū clamātem icrepabat ē huc ſuſcipiētē tardat: ſȝ ſicut ap̄lr⁹ clamādo cecus turbā vicit: ita puſillus terrena relinquēdo ⁊ arborē crucis aſcendēdo: turbā obſtātē trāſcēdit. Sicomorus nāqȝ q̄ ē arbor foliis moro ſimilis: ſȝ altitudine preſtās: vñ ⁊ latinis celſa nūcupat. fic⁹ fatua dī: ⁊ eadem dñica crux credētes alit vt fic⁹: ab icredulis irridet vt fatua. Quam arborē puſillus ſtatura zache⁹ vt coexaltari poſſit aſcendit: cū q̄libet hūil ⁊ ppie cōſci⁹ īfirmitatis clamat: Mihi abſit gloriari: niſi i cruce dñi nr̄i ieſu chriſti. AM. Pulchre aūt addidit: q: illa pte erat trāſitur⁹ dñs: vl̄ vbi ſicomorus vl̄ vbi crediturus vt myſteriū fundaret: ⁊ grāȝ ſemiret. ſic. n. venerat: vt p iudeos veniret ad gētes. Uidit itaqȝ zacheū ſurſū: iā. n. ſublimitas fidei inter fructus bonorū opuȝ iter ſecūde altitudinē arboris eminebat. Zache⁹ aūt ſupra arborē ē: q: ē ſupra legē. BEDA. Perābulans aūt dñs venit ad locū vbi zacheus ſicomorū aſcēderat: q: miſſis p mūdū p̄dicatoribus in quib⁹ ipſe loquebat ⁊ ibat. Uenit ad ppl'ȝ nationū q̄ paſſiōis ei⁹ fide iā ſublimis erat: quē ſuſpiciens vidit: q: per gratiam elegit. Manebat autē aliquando dñs in domo principis phariſeorū: ſȝ cū opa digna deo facientē lingua venenata carpebāt vñ eorū peroſus facinora diſceſſit dicēs: Relinquet domus veſtra deſerta. Hodie aūt in domo puſilli zachei oportet illū manere. i. noue legis gratia coruſcante i humiliū nationū corde qeſcere. Qđ aūt deſcēdē de ſicomoro ⁊ ſic mānſionē i domo pare iubet: hoc ē qđ ait ap̄ls: Et ſi cognouimus ſm carnē xp̄m: ſȝ iā nūc nō nouim⁹. Et ſi. n. mortu⁹ ē ex īfirmitate: ſed viuit ex virtute dei. Manifeſtū ē aūt iudeos gētiū ſemp odiſſe ſalutē: ſȝ ſalus q̄ oliȝ iudeorū domos iplebat: hodie pplm̄ nationū illuxit: eo q ⁊ ipſe populus fili⁹ ſit abrae credēdo in deū. THEO. Sȝ ⁊ facile ē hoc ad moralē vtilitatē retorquere. Quiſquis. n. i malicia pluribus p̄eſt: puus ē ſtatura ſpirituali: ⁊ nō pōt videre ieſuȝ pre turba. Nā pplexus a paſſionibus ⁊ ſecularibus rebus: nō aſpicit ieſuȝ ābulātē. i. i nob opātē: nullum opus ei⁹ cognoſcēs. Aſcēdit aūt ſup ſicomoꝝ. i. voluptati dulcedinē: que ſignificat p ficuȝ: deprimēs eam: ⁊ ſic ſublimior fact⁹: videt ⁊ vī a xp̄o. GRE. xxvii. mor. Uel q: ſicomor⁹ ficus fatua dī: puſillus zache⁹ ſicomoꝝ ſubiit et dñȝ vidit: q: q̄ mūdi ſtulticiā hūilit eligunt: ipſi de his ſapientiā ſubtiliter cōtēplant. Quid. n. in hoc mūdo ſtulti⁹ q̄ amiſſa non querere: poſſeſſa rapientibus relaxare: nullam pro acceptis iniuriis iniuriā reddere. Per hanc autē ſapientem ſtulticiam: ⁊ ſi nondū ſolide vt ē: iā tamē per cōtemplationis lumen dei ſapientia videtur. THEO. Dic aūt ei dñs: Feſtinās deſcēde. hoc ē: Aſcēdiſti p pniaȝ ad altiorē locū: deſcende per humilitatē: ne te ſupplantet elatio: oportet. n. me in humilis domo manere. Geminis aūt bonis i nobis exñtibus: corporalibus. ſ. ⁊ ſpūalib⁹: cū

ca corporalia dereliquit iuſtiſ pauperibus:ſed ſpiritu
lia non deſerit bona:ſed ſiquid exegit ab aliquo reddit q̄
druplum:ſignificans per hoc ꝙ ſiquis per penitentiā per
git in contrario tramite priſce prauitatis:per multiplices
virtutes ſanat omnia priſtina delicta:ac ſic promeretur
ſalutē:vocaturꝗ filius abrae:eo ꝙ a propria cognatiōe
exierit.ſ.ab antiqua nequicia.

Hec illis audiētibus adijciēs dixit parabolā
eo ꝙ eēt ꝓpe hieruſalem: qꝛ exiſtimarēt ꝙ cōfeſtiʒ
regnū dei manifeſtaretur. Dixit ergo: Hō qdam
nobilis abijt i regionē lōgiquā accipe ſibi regnuʒ
⁊ reuerti. Uocatis aūt decē ſ̄uis ſuis:dedit eis de
cem mnas ⁊ ait ad illos: Negociamini dū venio.
Ciues autē eiꝰ oderant eum: ⁊ miſerunt legationē
poſt illum dicentes: Nolumus hunc regnare ſup
nos. Et factum ē vt rediret accepto regno: ⁊ iuſſit
vocari ſeruos quibus dedit pecuniaʒ vt ſciret quā
tū quiſꝗ negociatus eēt. Uenit autē primus dicēſ
Domine mna tua decē mnas acquiſiuit. Et ait illi
Euge bone ſerue:quia in modico fuiſti fidelis eriſ
poteſtatē habēſ ſupra decē ciuitates. Et alter venit
dicēs. Domine mna tua fecit qnꝗ mnas. Et huic
ait. Et tu eſto ſuper qnꝗ ciuitates. Et tertius venit
dicens: Domine ecce mna tua quā habui repoſi
tam in ſudario. Timui enim te quia homo auſte
rus es:tollis quod non poſuiſti:⁊ metis quod nō
ſeminaſti. Dixit ei. De ore tuo te iudico ſerue neꝗ̄
Sciebas enim ꝙ ego homo auſterus ſum:tolles
quod non poſui ⁊ meteſ quod non ſeminaui. Et
quare non dediſti pecuniam meam ad menſam ⁊
ego veniens cum vſuris vtiꝗ exegiſſem illud. Et
aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnam ⁊ date illi
qui decem mnas habet. ⁊ dixerūt ei: Domine ha
bet decem mnas. Dico autem vobis quia omni
habenti dabitur ⁊ abundabit. ab eo autē qui nō
habet ⁊ quod habet auferetur ab eo. Uerūtamē
inimicos meos illoſ qui noluerunt me regnare ſu
per ſe adducite huc ⁊ interficite ante me.

EVSE. Eſtimabant quidā in primo ſaluatoris aduen
tu regnū eius venire:⁊ hoc putabāt mox tūc fieri cū aſcē
ſurus erat hieroſolymam:adeo obſtupefecerant eos mi
racula diuina q̄ fecerat. Et ideo inſtruit eos non prius ſe
recipere regnū a patre:ꝙ ab hominibꝰ iret ad patrē. Et iō
dicit: Hec illis audientibꝰ adijciens dixit parabolam:eo
ꝙ eēt ꝓpe hieruſalē:qꝛ eſtimarent ꝙ confeſtim regnuʒ dei
manifeſtaret. THEO. Sed dn̄s oſtēdit eis ꝙ vana que
dā eſtimarēt:nō enim eſt ſenſibile regnū dei. Oſtēdit etiā
ꝙ quaſi deꝰ nouit cogitationes eorū ꝓponens eis ſubſe
quentē parabolā. vn̄ ſequitur: Dixit ergo: Homo quidaʒ
nobilis abijt in regionē longinquā accipere ſibi regnum
⁊ reuerti. CIRYL. Deſcribit aūt ſenſus huiꝰ parabole
myſteria chriſti a primo vſꝗ ad vltimū. Homo enim fa
ctus eſt deus verbū exiſtens:⁊ quāuis ſeruus factus ſit
eſt tamen nobilis ſm̄ ineffabilem ortum a patre. BASI.
Necnon ſolum ſm̄ deitatē dominus nobilis ē:ſʒ etiā ſm̄
genus humanū ex ſemine dauid ſm̄ carnē exortꝰ. Abijt
aūt in regionem longinquam:nō tā locali diſtantia ſepa
ratā ꝙ rerū conditione. Ipſe enim deus prope eſt vnicui
ꝗ noſtrū:cū noſtra bona opera nos ei aſtringūt:⁊ diſtat
quotiens nos herendo perditioni elongamur ab eo. Ad
hanc igitur terrenā regionē acceſſit longinquaʒ a deo: vt
gentiū regnū acciperet ſm̄ illud: Poſtula a me ⁊ dabo tibi
gentes hereditatē tuā. AVG. de que. euā. Uel regio lon
ginqua eccleſia gentiū ē:vſꝗ ad fines terre. abijt eniʒ vt
plenitudo gentiū intraret:reuerteretur vt ois iſrael ſaluus
fiat. EVSE. Uel per hoc ꝙ profectꝰ ē ad regionē longin
quā:aſcenſuʒ propriū a terra in celos deſignat. Cum ve
ro ſubdit: Accipere ſibi regnū ⁊ redire:ſecundā ſui appa
ritionē glorioſam ⁊ regiam oſtēdit. Et primo quidē homi
nē ſe vocat ꝓpter natiuitatē in carne:deinde nobilē: nōdū
āt ſe regē appellat:qꝛ nōdū i ꝑma apparitione regia fulge
bat maieſtate. Sʒ ⁊ hn̄ dr̄ obtinere ſibi regnū:naʒ dāte ſi
bi pr̄e illud obtinuit ſm̄ illud danielꝭ: Ecce filiꝰ hoīs venie
bat i nubibꝰ ⁊ datū ē ei regnū. CIRYL. Aſcēdēs.n.ad
celos ſedet ad dexterā maieſtatis i excelſ:aſcēdēs aūt diſ
penſauit credētibꝰ i eū diuinoꝝ chariſmatū diuiaʒ ſicut ſ̄
uis cōmittūt dn̄ice facultates:vt aliqd lucrātes famulatꝰ
ſui ferāt ꝑconia. vnde ſequit: Uoca. aūt decē ſer.ſu.de.il.
de. mnas. Cōſueuit ſacra ſcriptura i ſignū ꝑfectionis vti
numero denario:quē ſiqs numerando excedere velit ab
vnitate iterū incohoabit:q̄ſi denario ꝑducto ad metā:⁊ iō
i diſpēſatione talētoꝝ cū q̄ metā attigit diuini officij:de
ceʒ ait mnas recepiſſe. AVG. de q̄. euā. Ul̄ p.x.mnas le
gē ſignificat pp decalogū:decē aūt ſ̄uos hos qbꝰ ſub illa
poſitis grā ꝑdicata ē. Sic.n.itelligēdū ē eis datas mnas
ad vſū cū itellexerūt legē remoto velamie ad euāgeliū ꝑti
nere. BEDA. Mna nāꝗ quā greci minā vocāt:centum
dragmis appēdit. Et ois ſcripture ſ̄mo qꝛ vite celeſtis ꝑ
fectionē ſuggerit:q̄ſi nūeri cētenarij pōdere fulgeſcit. EV
SE. Significat ḡ p eos q̄ mnas recipiūt ſuos diſcipulos
qbꝰ mnas exhibēs ſingulas parē cūctis diſpenſationē cō
mitteſ negociari iuſſit. Sequr: Et ait ad il. nego. dū venio
Nullū aūt aliud negociū erat niſi dogma regni ſui i̇ gentis
mortalibꝰ ꝑdicatū p ſuos diſcipulos. Idē aūt ē oium do
cumētū:eadēꝗ fides: vnuʒ baptiſma ⁊ ob hoc mna vna
ſingulis dat. CIRYL. Multa aūt ē hoꝝ diria ad illos q
iſiciati ſunt regnū dei. De qbꝰ ſubdit: Ciues aūt eiꝰ ode. il.
⁊ miſe. lega. pꝰ illū di. No. hūc reg. ſup noſ. hoc ē qd xp̄s
ipropauit iudeis dicēs: Nūc vo viderūt ⁊ oderunt me ⁊
prēʒ. rēnuerūt aūt regnū eiꝰ dicētes pilato: Nō hēmꝰ regē
niſi ceſarē. EVSE. p hoc.n.qd dicit: Ciues eiꝰ. iudeos
ſignificat ortos ex eadē ꝓgenie ſm̄ carnē: ⁊ qm̄ ritu legis
cū illis ꝑiter vtebat. AVG. de q̄. euā. Miſerūt aūt lega
tionē pꝰ eū:qꝛ ēt pꝰ reſurrectionē eiꝰ imiſerūt perſecutio
nes aplis: ⁊ predicationē euāgelij reſpuerunt. EVSE.
Poſtꝗ̄ aūt ſaluator hec docuit ꝑtinētia ad primū eiꝰ ad
uentū:cōſequēter glorioſuʒ ⁊ regiū eiꝰ reditū oñdit dicēs
Et fa. ē vt redi. acce. re. ⁊ iuſſit vocari ſ̄uos: qbꝰ dedit pe.
vt ſciret ꝗtū qſꝗ negociatꝰ eēt. CHRY. Duo regna dei
nouit ſacra ſcriptura: alterū qdē ex creatiōe:ſm̄ ꝙ eſt rex
oiuʒ creationis iure:alteꝝ aūt ex approbatiōe:ſʒ ꝙ iuſti
dn̄at: ꝓpria ſpōte eis ſubiectis:⁊ hoc regnū h̄ dr̄ accep ſ
ſe. AVG. de q̄. euā. Redit ēt accepto regno:qꝛ in manife
ſtiſſima claritate vētur ē qui eis hūilis apparuit cū dice
ret: Regnū meū nō ē de hoc mūdo. CIRYL. Redeunte
autem chriſto ſūpto regno merebūt ꝑconia: ⁊ delectabun
tur vbi miniſtri i ſupnis bonoꝛ:ſbꝰ qꝛ mltiplicauerūt talē
tū pluribꝰ acqſitis. vn̄ ſubdit: Uenit aūt pm̄ꝰ dicēs. Do
mine mna tua decē mnas acqſiuit. BEDA. Primꝰ ſ̄uuſ
ordo doctorū ē i circūciſiōe miſſorū: q̄ vnā mnā negocia
turꝰ accepit:qꝛ vnā fidē ꝑdicare iuſſus ē. Sʒ hec mna.x.
mnas acqſiuit:qꝛ pplm ſub lege ꝯſtitutū ſibimet docēdo
ſociauit. Seqt: Et ai. illi: Euge ſer. bo. qꝛ i mo. fui. fi. eris
ptā. hn̄s ſup.x.ciuitates. In modico ſ̄uus ē fidelis:qꝛ nō
adulterat verbū dei. Quicqd.n.in p̄nti percipimꝰ dono
rum: in cōparatione futuroꝝ paucum eſt. GRECVS.
Sed qꝛ mercedē propriorū bonorū accipit:decē dicitur
ciuitatibus preeſſe. de his promiſſis quidā infime conie
ctantes exiſtimāt ſe preturis ⁊ prefecturis donari in ter
rena hieruſalē reparata lapidibꝰ precioſis: ſi honeſte in



chriſto fuerāt cōuerſati: ambitū poteſtatis ⁊ prelationis
ab anima minime deponentes. AM. Sed ciuitates de
cem ſunt anime:quibꝰ iure ꝑponitur: qꝛ pecuniam dn̄i ⁊
eloquia caſta probata ſicut argentū mentibꝰ hominū fe
nerauerit:nā ſicut hieruſalem dicit edificata vt ciuitas:ita
ſunt anime pacifice. Et ſicut angeli preſunt:ita hi qui vitā
meruerūt angeloꝝ. Sequitur: Et al. ve. di. Dn̄e mna tua
fe. qnꝗ mnas. BEDA. Seruus ille cetꝰ eſt eoꝝ qui pre
putio euangelizare miſſi ſunt:cuiꝰ mna.i.euangelica fides
qnꝗ mnas fecit:qꝛ gentes corporis ſenſibꝰ antea manci
patas ad fidei euangelice gratiā cōuertit. Sequit ⁊ huic
ait: Et tu eſto ſupra quinꝗ ciuitates. hoc ē ex earuʒ quas
ībueras aiaꝝ fide ⁊ conuerſatiōe ſublimiſ fulgeas. AM.
Uel aliter fortaſſe: Iſte q̄ qnꝗ mnas acquiſiuit: moralia
hʒ:qꝛ qnꝗ ſunt corporis ſenſus. Ille qui decē duplicia.i.
myſtica legis: ⁊ moralia probitatis. Poſſumus ⁊ hic de
cem mnas decē verba intelligere.i.legis doctrinā:quinꝗ
mnas magiſteria diſcipline:ſed legiſperitū in oībus volo
eē perfectū. Bene aūt qꝛ de iudeis dicit: Duo ſoli multi
plicatā pecuniā deferunt:nō vtiꝗ eris ſed diſputationis
vſuris. CHRY. Alia ē.n.pecunia fenoriſ:alia doctrine
celeſtis vſura. In terrenis eniʒ opibꝰ non euenit vnū fieri
diuitē:niſi alter depauperet:ſed in ſpiritualibꝰ nō euenit
queꝗ̄ ditari niſi faciat ⁊ aliū locupletē. In corporeis eni
participatio minuit:ſed in ſpiritalibꝰ auget. AVG. de
que. euan. Uel aliter ꝙ vnus eoꝝ qui bene vſi ſūt.x.acq
ſiuit: ⁊ alter.v.ſignificat eos eē acqſitos in gregē dn̄i a q
bus iā lex p gratiā itellecta ē:ſiue pp.x.legis precepta.ſi
ue qꝛ ille per quē lex lata ē:qnꝗ libros ꝯſcripſit: ad hoc
pertinēt.x.⁊.v.ciuitates quibꝰ eos ꝑponit:multiplicatio
nē.ſ.intelligētie in ipſa veritate que de vnoquoꝗ ꝑcepto
vel de vno quolibet libro pullulat:⁊ ad vnū reducta qua
ſi ciuitatē facit viuētiū rationū eternarū. Eſt.n.ciuitas nō
quorūlibet aiantiū:ſed rōnaliū multitudo:legis vnius ſo
cietate deuincta. ꝙ ergo ſ̄ui reddētes rōeʒ ex eo qd acce
perāt:laudāt q̄ lucrati ſūt:ſignificat eos bonā reddere ra
tionē q̄ bene vſi ſūt, qd acceperūt ad augendas diuitias
dn̄i p eos q̄ credūt in eū. Qd q̄ facere noluerit in illo ſigna
ti ſunt q̄ mnā ſuā in ſudario ſeruauit. De quo ſequitur: Et
tertiꝰ venit dicēs: Dn̄e ecce mna tua quā ha. repo. in ſuda
rio. Sunt eni hoīes hac ſibi ꝑuerſitate blādiētes vt dicāt
Sufficit vt de ſe vnuſquiſꝗ rōnē reddat qd opus ē alijs
predicare ⁊ miniſtrare:vt ēt rōnē de ipſis quiſꝗ reddere
cogat.cū apud dn̄ʒ etiā illi ſint inexcuſabiles: quibꝰ lex
data nō ē:neꝗ ⁊ q̄ audito euangelio nō obedierūt: q̄ ap
creaturā poterāt cognoſcere creatorē. vnde ſequitur. Ti
mui eni te:qꝛ ho. au es tol. qd nō po. ⁊ me. qd nō ſemina
ſti. Hoc eſt eni q̄ſi metere vbi nō ſeminauit.i.eos in pieta
te reos tenere:qbus verbū legis aut euangelij miniſtratū
nō ē. Hoc aūt veluti iudicij periculū deuitantes pigro la
bore a verbi miniſtratione cōquieſcūt:⁊ hoc ē quaſi in ſu
dario ligare qd acceperunt. THEO. Sudario eni mor
tuoꝝ facies velat. merito ergo hic piger dicit mnā in ſu
dario inuoluiſſe:qꝛ eā mortificēs ⁊ ocioſam dimittēs:nō
tractauit nec auxit. BEDA. Uel pecuniā in ſudario liga
re: ē ꝑcepta dona ſub ocio lenti corporis abſcōdere. Qd
aūt putauerat ſe p excuſationē dixiſſe:in culpā propriam
vertit. vn̄ ſeqt: Dicit ei: De ore tuo te iu. ſer. nequam. Ser
uus neꝗ̄ vocat q̄ſi piger ad exercēdū negociū: ⁊ ſuperbꝰ
ad accuſandū dn̄i iudiciū. Sciebas ꝙ ego auſterꝰ hō ſuʒ
tollēs quod nō poſui: ⁊ metēs qd nō ſeminaui: ⁊ q̄re nō
dediſti pecuniā meā ad mēſaʒ: q.d. Si durū me eē noue
ras ⁊ aliena ſectari: q̄re nō tibi hec cogitatio icuſſit timo
reʒ: vt ſcires me mea diligentiꝰ q̄ſiturū. Pecunia autē vel
argentū ꝑdicatio euāgelij ē ⁊ ſermo diuinꝰ: qꝛ eloqa dn̄i
caſta: argētū igne examinatū: q̄ ſermo dn̄i dari debuit ad
mēſaʒ: hoc ē ꝓmptis paratiſꝗ cordibꝰ intimari. AVG.
de q̄. euā. Uel mēſa ad quā dāda erat pecunia, ꝓfeſſioneʒ
ipſaʒ religionis accipimus: q̄ tanꝗ̄ publice ꝓponitur ad
vſuʒ neceſſariū ſaluti. CHRY. In ſenſibilibꝰ aūt diui
tijs debitores ſolius obſeruationis obnoxij ſunt: quantū
eni recipiūt tantū eos reddere neceſſe eſt: ⁊ nihil plus ab
eis q̄rit. In diuinis aūt eloqis nō ſolū ad cuſtodiā obli
gamur: ſʒ ēt multiplicare monemur. vn̄ ſeqtur: Et ego ve
ni. cū vſu. vtiꝗ exegiſſem illā. BEDA. Qui eniʒ verbi
pecuniā a doctore ꝑcipit credendo: neceſſe ē eā cū vſuris
ſoluat operando vel vt ex eo qd audiuit etiā alia ſtudeat in
telligere: q̄ necdū ex predicatoris ore didicit. CIRYL.
Doctorū eni ē inſerere auditoribꝰ ſalutarem ⁊ ꝓficuū ſer
monē: opus aūt diuine virtutis ē attrahere obediētes ad
audiētiā: ⁊ fertilē eorū reddere intellectū. Non eſt aūt hic
ſeruus laudatꝰ: neꝗ honorē promeruit: ſed potius tanꝗ̄
iners ē cōdēnatꝰ. vn̄ ſequit: Et aſtanti. dixit: Aufer. ab eo
mnā: ⁊ da il. qui.x.mnas hʒ. AVG. de q̄. euā. Per qd ſi
gnificat ⁊ illū poſſe amittere munꝰ dei q̄ hn̄s non hʒ.i.eo
nō vtit: ⁊ eo augeri q̄ hn̄s hʒ.i.bene vtit. BEDA. My
ſtice aūt hoc vt reor indicat intrāte plenitudine gētiū oēʒ
iſrl ſaluū futurū ⁊ tūc abūdantiā gratie ſpiritalis quam
mō nos tepide exercemꝰ: illiꝰ ppli doctoribus eē cōferen
dā. CHRY. Ideo aūt dicit aſtātibꝰ. Auferte ei mnā: qꝛ
nō ē prudēti animi punire: ſed alio quodā.ſ.miniſtro eget
ad puniēdū officio iudicis: nā ⁊ deꝰ nō ipſemet penas ir
rogat ſʒ mediātibꝰ angelis. AM. De alijs ſ̄uis ſilet: qui
q̄ſi ꝓdigi debitores q̄ acceperant ꝑdiderūt. In duobus
ſeruis illis q̄ lucrati ſunt: pauci ſignati ſunt: q̄ p duas vi
ces ad cultores vinee ſūt deſtinati: in reliquis oēs iudei.
Sequit: Et dixe. il. Dn̄e hʒ.x.mnas. Et ne hoc iniuſtū vi
deret ſubdit: Di. aūt vo. qꝛ om. ha. dabitur. THEO.
Quia cū decē auxerit decuplādo: palā ē ꝙ ⁊ plura decu
plās pluris lucri fiet occaſio dn̄o. A deſide vo ⁊ ocioſo
q̄ nō ſatagit augere qd acceperat: ipiuʒ quoꝗ qd poſſidet
auferet. vn̄ ſequr: Ab eo aūt q̄ nō hʒ ⁊ qd hʒ auſe. ab eo.
Ne vacet ſenſus dn̄icꝰ: cū poſſet dari alijs ⁊ mltiplicari.
Hec aūt nō ſolū ad ſ̄monē ⁊ doctrinā referēda ſunt: ſʒ ēt
ad morales v̄tutes: qm̄ ⁊ in his dat nobis deꝰ ſua chariſ
mata: hūc dotās ieiunio: illū orōne: aliū māſuetudine vel
hūilitate: qbꝰ ſi inuigilauerimꝰ mltiplicamꝰ ea: ſi vo tepea
mus extiguimꝰ. Deide de aduerſarijs ſubdit: Uerūtñ ini.
me. il. q̄ no. me regna. ſu. ſe: adhuc ⁊ iterfi. añ me. AVG.
de q̄. euā. Per qd deſignat ipietatē iudeoꝝ: qꝛ ad eum no
luerūt cōuerti. THEO. Quos tradidit morti mittens
eos in ignem exteriorē: ſed ⁊ i hoc mūdo mactati ſunt fle
biliter ab exercitu romanoꝝ. CHRY. Hec ꝯ marcioni
ſtas cōpetūt. nā ⁊ xp̄s dicit: Adducite hoſtes meos ⁊ oc
cidite corā me: cū tñ illi bonū dicant chriſtū: deū vo vete
ris teſtamēti malū. Patet aūt ꝙ pat̄ ⁊ filiꝰ eadē facit: nam
pater ad vineā deſtinat exercitū: filiꝰ aūt hoſtes coram ſe
trucidari facit. Hec aūt que in luca ſcribit parabola: alia
ē ab ea que in mattheo narrat de talentis. nā h̄ quideʒ ex
vno capitali accepto: varij fuere prouentꝰ: qꝛ ex vna mna
accepta hic qnꝗ talēta: ille obtulit decē. Sed apud mat
theū cōtrariū: nā qui duo accepit duo ſuperaddidit: ⁊ q̄
qnꝗ tātūdem: vnde ⁊ premijs donantur iparibus.

Et his dictis precedebat aſcendens hieroſo
lymā. Et factum ē cū appropiquaſſet ad betpha
ge ⁊ bethaniā ad mōteʒ qui vocatur oliueti: miſit
duos diſcipulos ſuos dicēs: Ite in caſtellū quod
cōtra vos ē. In quod itroeūtes: inuenietis pulluʒ
aſine alligatū cui nemo vnꝗ hoīum ſedit: ſoluite
illū: ⁊ adducite. Et ſiquis vos interrogauerit qua
re ſoluitis: ſic dicetis ei: Quia dominus operam
eius deſiderat. Abierūt aūt qui miſſi erant: ⁊ inue
nerunt ſicut dixit illis ſtantem pullum. Soluenti
bus autem illis pullum dixerunt domini eius ad
illos: Quid ſoluitis pullum? At illi dixerunt:

**Quia dominus eum neceſſarium habet. Et duxerunt illum ad ieſum. Et iacientes veſtimenta ſua ſupra pullū: impoſuerunt ieſum. Exeunte autem illo ſubſternebant veſtimenta ſua in via.**

TYTUS. Quia dñs dixerat: Appropinquauit regnū dei: videntes illū in hieruſalē aſcendentē: putabant ideo aſcendere vt regnū dei inchoaret. Conſummata ergo parabola in qua errorē predictū correxit. Et oſtenſo ꝙ nondū inſidiantē ſibi mortē denūciarat: procedebat ad paſſionem aſcendens hieroſolymā. vñ dicit: Et his dictis pce. aſcē. hie. BEDA. Oſtendēs etiā de eiuſdē ciuitatis euentu parabolā fuiſſe premiſſā: q̄ ⁊ ipſū erat occiſura ⁊ hoſtili clade peritura. Sequit: Et fa. eſt cū app. ad bet. ⁊ betha. ad mon. q̄ vo. oli. mi. du. diſci. ſuos. Bethphage erat locꝰ ſacerdotū in monte oliueti: Bethania quoq; ciuitas ſiue villula ex latere mōtis eiuſdē q̄ſi ſtadijs. xv. a hieruſalē. CHRY. Et quidē in exordijs indifferenter ſe dñs ingerebat iudeis: ſed vbi ſufficiēter edidit ſue poteſtatis experimentū: auctoritate multa ſingula queq; pertractat. Multa igit fuerūt miracula: predixit qm̄ inuenietis pullū indomitū. ⁊ hoc eſt quod ſubditur dicens. Ite in ca. qd̄ cōtra vos ē: in quod intro. inue. pul. aſi. alli. cui ne. vnq̄ ho. ſedit. Predicit etiā ꝙ nemo phibebit: ſed cū audierint ſilebunt. vñ ſequit: Soluite illū ⁊ adducite. Si quis vos interrogauerit: Quare ſoluitis: ſic dicetis ei: Quia dominus operā eius deſiderat. TYTUS. In hoc autē diuinam fore vocationē patuit: nō enim poteſt aliqs reſiſtere deo que ſua ſunt euocanti. Diſcipuli autem iuſſi ducere pullū non refutauerunt hoc officiū vt paruum: ſed abierunt vt adducerent eū. vnde ſequitur: Abi. aūt qui iuſſi erant: ⁊ inuene. ſicut dixit pullū ſtantē. BASI. Sic quoq; docet nos ⁊ infima opera plurimo cū affectu ⁊ ſtudio aggredi: ſcientes ꝙ quicquid intuitu dei fit: non ē paruum: ſed dignū in regno celorum. TYTUS. Obmuteſcunt autem ob excellentiā fortis virtutis nequeuntes reſiſtere ſaluatoris eloquijs qui ligauerūt aſinū. Sequitur enim: Soluentibꝰ aūt illis dixerunt dñi eiꝰ ad illos: Quid ſoluitis pullū? At illi dixerunt: qꝛ dñs eū neceſſariū habet. Maieſtatiuum eniꝫ nomē ē dñs: Rex enim erat venturus in conſpectu multitudinis. AUG. de cō. euā. Nec moueat ꝙ mattheꝰ aſinā ⁊ pullū dicit: ceteri aūt de aſina tacēt. vbi enim vtrūq; factū pōt intelligi: nulla repugnantia ē: nec ſi alius alia cōmemoraret: quāto minꝰ vbi alius vnū: ⁊ aliꝰ vtrūq;. GLO. Nec ſolum diſcipuli obſecuti ſūt chriſto in pullo alieno: ſed etiam in proprijs veſtimētis: que partim aſino īpoſuerūt: partim ſternebant in via. vnde ſequitur: Et duxerunt illū ad ieſū: ⁊ iacientes veſtimenta ſua ſupra pullū īpoſuerunt ieſum. Exeūte aūt illo ſubſternebant veſtimēta ſua in via. BEDA. Iuxta alios euangeliſtas: non diſcipuli tm̄: ſꝫ ēt plurimi de turba veſtimenta ſternebant in via. AM. Myſtice aūt dñs venit ad mōtē oliueti: vt nouellas oleas in ſublimi virtute plantaret: ⁊ fortaſſe ipſe mons chriſtꝰ ē: quis. n. alius tales fructus ferret olearum ſpūſcō fecūdarū. ORI. Pulchre aūt ciuitates poſite ī mōte oliueti referunt: hoc ē in ipſo domino: qui vnctionē ſpiritualiū chariſmatū ⁊ ſcientie pietatiſq; luce refouet. BEDA. Bethania aūt interpretatur domus obedientie: Bethphage vero domꝰ maxillarū: ſacerdotalis q̄dē locꝰ. maxille. n. ſacerdotibꝰ dabātur: ſicut in lege precipit. Illuc vero vbi obedientia ibi locꝰ ſacerdotibus mācipat: mittit ſaluator diſcipulos ſuos vt ſoluāt aſine pullū. AM. In caſtello. n. erāt: ⁊ erat ligatꝰ pullus cū aſina: nec poterat ſolui niſi iuſſu dñi. Soluit eū manꝰ apoſtolica: talis actꝰ: talis vita: talis gratia. Eſto talis vt ligatos poſſis ſoluere: in aſina quidē mattheꝰ euā quaſi matrē figurauit erroris: hic aūt in pullo generalitatē populi gentilis expreſſit. Et bene: In quo nemo ſedit: qꝛ nullus anteq̄ chriſtꝰ nationū populos vocauit ad eccleſiam. Alligatꝰ aūt perfidie vinculis tenebat: ſub quo adductꝰ dño erroris famulatu: ſed dominatū vēdicare ſibi nō poterat quē dñm fecerat non natura: ſꝫ culpa. Et iō cū dñs dicit: vnꝰ agnoſcit. Miſera ſeruitꝰ cui vagū ius ē. plures enim habet dominos: q̄ vnū nō habet. Alieni alligant vt poſſideant: iſte ſoluit vt teneat: vehemētiora eniꝫ dona nouit eſſe q̄ vincula. ORI. Multi ergo erāt dñi huiꝰ pulli anteq̄ ſaluator eū haberet neceſſariū. poſtq̄ vero ille cepit eſſe dñs plures eē dñi ceſſauerunt: nemo eniꝫ pōt deo ſeruire ⁊ māmone. Quādo malicie ſeruimꝰ: multis ſumꝰ paſſionibꝰ vitijſq; ſubiecti. Neceſſariū aūt hꝫ dñs pullū: quia cupit nos ſolui vinculis peccatoꝝ. ORI. ſup ioānē. Ego aūt opinor nō fruſtra caſtellū eē hūc locū: vbi ſtabat aſina ligata ⁊ pullus: q̄ſi caſtellū. n. reſpectu totiꝰ orbis eccleſiis tota terra deſpicit abſq; adiectione alteriꝰ nois nuncupatū. AM. Nec illud ē ocioſū: ꝙ duo diſcipuli dirigūtur: Petrus ad cornelium: Paulus ad reliquos. ⁊ iō nō perſonas deſtinauit: ſꝫ numeꝝ diffiniuit. tñ ſi qs ē q̄ pſonas exigat pōt eſtimare de philippo quē ſpūſſcūs miſit ī gazā qn̄ cādacis regine baptizauit eunuchū. THEO. Uel duo miſſi hoc innuūt: ꝙ ad introductionē gentilis populi ⁊ ſubiectionē eius ad chriſtū: duos faciūt gradus prophete ⁊ apoſtoli. Ducūt aūt eū a quodā caſtello vt innotescat nobis ꝙ hic populus ruſticanus erat ⁊ indoctus. AM. Illi ergo directi cū ſoluerent pullū: nō ſuis verbis ſunt vſi: ſed dixerunt ſicut dixerat illis ieſus: vt agnoſcas ꝙ nō ſuo ſermone ſed verbo dei: nec proprio ſed chriſti noīe fidē populis infudere gentilibꝰ: atq; aduerſarie poteſtates q̄ ſibi nationū obſeq̄a vendicabāt: mandato ceſſere diuino. ORI. Deinde mittunt diſcipuli veſtes ſuas ſuper aſinū: ⁊ ſedere faciūt ſaluatorē dū aſſumūt ſermonē dei: ⁊ imponūt eū ſuper animas audientiū. Ueſtibꝰ exuūt ⁊ ſubſternūt eas in via: qꝛ veſtimēta apoſtolorum: opera eorum bona ſunt: ⁊ reuera ſolutus a diſcipulis aſinus: ⁊ portās ieſum incedit ſuper veſtimenta apoſtoloꝝ quando doctrinā eoꝝ imitant ⁊ vitā. Quis noſtrū ita beatus ē vt ſedeat ſuper illū ieſus. AM. Nō enim mundi dominū geſtari ſuper dorſum aſine delectauit: ſed vt latēte myſterio in ſecretis animarum interiore conſenſu: myſticus rector inſideret regēs mētis veſtigia: laſciuiā carnis īfrenans: ſermo eiꝰ habena eſt: ſtimulus eſt.

**Et cū appropinquaret iā ad deſcenſū mōtis oliueti: ceperūt oēs turbe deſcēdētiū diſcipuloꝝ gaudētes laudare deū voce magna ſup oībꝰ quas viderāt virtutibus dicētes: Benedictus qui venit rex in noīe dñi: pax in celo: ⁊ gloria in excelſis. Et quidā phariſeoꝝ de turbis dixerūt ad illos. Magiſter increpa diſcipulos tuos. Quibꝰ ipſe ait: Dico vobis: qꝛ ſi hi tacuerit: lapides clamabūt.**

ORI. Quādiu in monte fuit dominus cum ſolis apoſtolis morabatur: quando autem vicinus cepit eſſe deſcēſui: tunc occurrit ei turba populorum. vnde dicitur. Et cū iam appropinqua. ad deſcen. mon. oli. cepe. om. tur. deſcendē. diſci. gau. lau. de. voce magna. THEO. Diſcipulos vocat non ſolum. xij. aut. lxx. ſed omnes qui chriſtum ſequebantur ſeu cauſa miraculorum ſeu ad aliquam delectationem doctrine: quibus ingeri pueri potuerūt: vt narrant alij euāgeliſte. vnde ſequitur: Super oi. q̄s vide. virtutibus. BEDA. Multas q̄dem virtutes domini viderant: ſed maxime lazari reſurrectionē ſtupebant. naꝫ vt ioannes ait: propterea obuiam venit ei turba: quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum. Notandum enim eſt non tunc primū ſaluatorem hieruſalē adiſſe: ſꝫ multotiēs antea ſicut ioannes cōmemorat. AM. Turba igitur agnoſcēs deum regem appellat: propheciam repetit: expectatū quoq; ſm̄ carnem dauid filium veniſſe declarat. vnde ſequitur: Dicentes: Benedictus qui venit rex ī nomine dñi.



BEDA. i. in nomine dei patris: q̄uis poſſit intelligi: ⁊ in nomine ſuo: quia ⁊ ipſe dominus eſt: ſed melius v̄ba eiꝰ noſtrū dirigunt intellectū. quibus ait: Ego veni in nomine patris mei: humilitatis eniꝫ magiſter ē chriſtus. Non aūt rex chriſtus dicitur ad exigendū tributum: vel ferro exercitum armandū: hoſteſq; viſibiliter debellandos: ſed ꝙ mentes regat: ⁊ in regnū celorū credētes perducat. ꝙ. n. rex eſſe voluit iſrl: miſerationis indiciū ē: non poteſtatis augmentū. verū qꝛ chriſtus in carne totius mūdi propiciatio illuxit: pulchre ſibi inuicē in laude eius celeſtia ſimul ⁊ terrena concinūt. Eo. n. naſcente celeſtiū agmina cātāt: eodem aūt celis ſe redditūro mortales vicem laudis rependūt. vñ ſequitur: Pax in celo. THEO. Hoc eſt bellum antiquū quo deo aduerſabamur euanuit. Et gloria ī excelſis: laudātibus. ſ. angelis deū ī tali recōciliatiōe. nā hoc ipſū ꝙ deus viſibiliter ambulat in territorio inimicorum ſuorū ſignificat ipſū nobiſcū habere concordiā. Sed phariſei hoc audientes murmurabant: eo ꝙ turba eum regē vocabat ⁊ laudabat vt deū: referentes nomē regis ad ſeditionē: nomē vero domini ad blaſphemiam: vñ ſequit: Et quidā phariſeorū de turbis dixerunt ad illum: Magiſter increpa diſcipulos tuos. BEDA. Mira iudeoꝝ dementia: quē magiſtrū appellandū nō dubitant qꝛ vera docētē nouerant: huius diſcipulos quaſi melius edocti redarguendos eſtimant. CIRYL. Sed dominꝰ nō cōpeſcuit laudātes eū vt deū: ſed magis reprehenſores cōpeſcēs: atteſtat ſibi ſuper gloria deitatis. vñ ſequitur: Quibꝰ ipſe ait: Dico vobis: quia ſi hi tacuerint lapides clamabunt. THEO. q. d. Non ſine cauſa vt homines me taliter laudāt: ſed cōmoniti virtutibus quas viderunt. BEDA. Crucifixo etiā domino notis eius tacentibus pre timore: lapides ⁊ ſaxa canebāt: dū poſtq̄ emiſit ſpiritū terra mota ē: ⁊ petre ſciſſe ſunt: ⁊ monumenta aperta ſunt. AM. Neq; etiā mirum ē ſi laudes domini cōtra naturā ſuā ſaxa reſpondeant: quē ſcopulis duriores predicant peremptores. ſ. turba poſt exiguū crucifixura deū negās affectibꝰ: quē vocibus cōfitetur. Aut fortaſſe quia obmuteſcentibus iudeis poſt dñi paſſionē viui erant ſm̄ petrū lapides clamaturi. ORI. Quando etiā nos tacemus. i. refrigeſcit charitas multorū: lapides clamant: pōt eniꝫ deus ſuſcitare de lapidibꝰ filios abrae. Pulchre aūt turbas laudantes deū ad deſcenſionē montis occurriſſe legimꝰ: vt operatorem myſterij ſpiritalis ſignificarent ſibi veniſſe de celo. BEDA. Deſcendente etiam domino de mōte oliuarū turbe deſcendūt: qꝛ humiliato miſericordie auctore neceſſe ē eos qui miſericordia indigent eius veſtigia imitari.

**Et vt appropinquauit: vidēs ciuitatē: fleuit ſuper illā dicēs: Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu. Et quidē in hac die tua que ad pacē tibi: nūc aūt abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: ⁊ circundabūt te inimici tui vallo: ⁊ circūdabunt te: ⁊ coanguſtabūt te vndiq; ⁊ ad terram proſternent te. ⁊ filios tuos qui in te ſunt ⁊ nō relinquēt ī te lapidē ſuper lapidem eo ꝙ non cognoueris tempꝰ viſitationis tue.**

ORI. Omnes beatitudines quas locutus ē ieſus in euāgelio ſuo firmat exēplo: ſicut ꝙ dixerat: Beati mites. probat dicens: Diſcite a me: qꝛ mitis ſū. Et qꝛ dixerat: Beati flentes. ipſe quoq; fleuit ciuitatē. vnde dicitur: Et cū appropinquauit: vidēs ciuitatē fleuit ſuper illā. CIRYL. Miſerebatur enim eoꝝ chriſtꝰ qui oēs hoīes vult ſaluari: qd̄ nobis nō patuiſſet: niſi per aliqd̄ humanū fieret euidēs. Effuſe. n. lachryme ſunt ſigna triſtitie. GRE. in ho. Fleuit igit pius redēptor ruinā perfide ciuitatis quā ipſa ciuitas ſibi non cognoſcebat eē venturā. vnde ſubditur: Dicens. Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu. ſubaudi fleres: q̄ modo quia neſcis quod iminet exultas. vnde ſubdit. Et quidem in hac die tua: que ad pacem tibi. Cum eniꝫ carnis ſe voluptatibus daret in die ſua que ad pacē ei eſſe poterāt habebat. Cur vero bona pñtia ad pacem habuerit: manifeſtatur cū ſubdit: Nunc aūt abſcōdita ſūt ab oculis tuis. Si. n. a cordis eius oculis mala que iminerent: abſcondita non eēnt: leta in pñtibꝰ pſperis nō fuiſſet. vnde mox eius pena que imminebat adiuncta eſt: cum ſequitur Quia venient dies in te. CIRYL. Uel aliter: Quia ſi cognouiſſes ⁊ tu. Non eniꝫ erāt digni percipere diuinitꝰ inſpiratas ſcripturas que narrant chriſti myſteriū: quotiēs eniꝫ legitur moyſes velamē obnubilat cor eorū. Et quia non ſunt intuiti veritatē, indignos ſe fecerunt ſalute que manat a chriſto. vnde ſequitur. Et quidem in hac die tua que ad pacē tibi. EUSE. Ubi notat ſuū aduētū ad pacē totius mundi factū fuiſſe. venit eniꝫ ad hoc, vt pacē predicaret propinquis ⁊ longinquis: ſed quia annunciatam ſibi pacē recipere noluerūt: hoc eos latebat. vnde ſubdit Nunc aūt abſcondita ſunt ab oculis tuis. Et ideo obſidionē que in breui erat ei ſuperuentura expreſſiſſime prenūciat ſubdēs: Quia veni. di. in te: ⁊ circūda. te ini. tui vallo. GRE. Ubi romani principes denunciantur. Illa. n. hieroſolymorum ſubuerſio deſcribitur: que a veſpaſiano ⁊ tyto romanis principibꝰ facta ē. vnde ſubditur: Et circūdabunt te: ⁊ coangu. te vndi. ⁊ ad terrā pſternent te: ⁊ filios tuos q̄ in te ſunt. EUSE. Quō aūt hec cōpleta ſint ex his que tradita ſunt a ioſepho colligere poſſumꝰ: qui cū eēt iudeus: ſingula quoq; geſta narrauit conſone his que ſunt a chriſto predicta. GRE. Hoc quoq; quod additur: Et non relinquent in te lapidem ſup lapidē. Et ipſa iā eiuſdē ciuitatis tranſmigratio teſtatur: quia dū nūc in eo loco conſtructa eſt: vbi extra portā dominus fuerat crucifixus: prior illa vt dicit hieruſalē funditus ē euerſa. Cui ex qua culpa euerſionis pena fuerit illata ſubiūgitur: Eo ꝙ nō cogno. tem. viſitati. tue. THEO. i. mei aduentus. veni eniꝫ viſitarus ⁊ ſaluaturꝰ te. Quod ſi cognoſceres: ⁊ in me crederes: eſſes pacata romanis: ⁊ ex oībꝰ exēpta periculis: ſicut omnes qui crediderunt in chriſtū euaſerunt. ORI. Non nego igitur ⁊ illam hieruſalē propter habitatorum ſcelera fuiſſe deſtructam: ſed quero ne forte ad hanc hieruſalem fletus iſte pertineat. Si. n. poſt myſteria veritatis aliquis peccauerit planget. Nemo enī gentilis fletur: ſed ille qui fuit de hieruſalem: ⁊ eſſe ceſſauit. GRE. Redemptor enim noſter per electos ſuos plāgere non ceſſat: cum quoſdam ex bona vita ad mores reprobos pueniſſe cōſiderat: q̄ ſi dānationē ſuā q̄ eis iminet agnouiſſent: ſemetipſos cū lachrymis electorū plāgerēt. Suā aūt diē hic habet aīa peruerſa: q̄ trāſitorio gaudet ī tēpore: Cui ea q̄ aſſunt: ad pacē ſūt: dū ex rebꝰ tēporalibus letat. hec puidere futura refugit: q̄ pſentē letitiā perturbent. vñ dī. Nūc aūt abſcōdita ſūt ab oculis tuis. ORI. Flet aūt ⁊ nr̄a hieruſalē ꝙ poſt peccata circūdāt eā inimici. i. ſpūs neq̄: ⁊ imitāt in circuitū eiꝰ vallū: ⁊ obſidēt eā. ⁊ lapidē ſup lapidē nō relinquāt: maxime ſi poſt multam continētiā: ſi poſt aliquot annos caſtitatis victꝰ qs fuerit ⁊ blādimētis carnis illectꝰ: patiā pudicitiāq; amiſerit: ſi fuerit fornicatꝰ: lapidē ſup lapidē nō reliquēt in eo: ſcdm̄ illud: Non recordabor primarum iuſticiaꝝ eiꝰ. GRE. Uel aliter. Maligni ſpiritus animā a corpore exeūtē obſidēt: quā in carnis amore poſitā deceptorijs delectationibus fouēt. q̄ vallo circūdāt: qꝛ ante mētis eiꝰ oculos reductis iniq̄tatibꝰ quas perpetrauit: hanc ſocietate ſue dānationis coartāt: vt in ipſa extremitate vite deprehēſa: a q̄bus hoſtibꝰ circūcluſa ſit videat: ⁊ tamē euadēdi aditū inuenire nō poſſit: qꝛ opari iā nō licet bona: q̄ cū licuit agere cōtēpſit. vndiq; etiā aīa coāguſtāt: qñ ei nō ſolū opis: verū etiā locutionis atq; cogitatiōis iniq̄tates replicāt: vt que priꝰ ſe per multa dilatauit in ſcelere: in extremum de oībꝰ anguſtet in retributiōe. Tūc aūt aīa p cōditionē

reatus ſui ad terram conſternitur:cū caro quā vitā ſuam credidit:redire ad puluerem vrgetur. Tunc in morte filij illius cadūt:cū cogitatiōes illicite que mō ex illa prodeūt in extrema vite viſione diſſipantur:que etiā cogitatiōes per lapides ſignificari valent. Peruerſa enim mens cū peruerſe cogitationi peruerſionem adijcit:quaſi lapidē ſupra lapidem ponit. ſed cū ad viſionem ſuā anima ducitur:oīs cogitationū conſtructio diſſipatur. Prauam autē animā deus aſſidue vſitat precepto: aliquando flagello aliquando autē miraculo:vt vera que neſciebat audiat:⁊ ea cō:tēnens a dolore cōpuncta redeat: aut beneficijs deuicta malū quod fecit erubeſcat. Sed q: viſitationis ſue tēpus nō cognoſcit in extremo vite tradit ſuis inimicis.

Et ingreſſus i tēplū cepit eijcere vendentes i illo ⁊ emētes:dicēs illis: Scriptū ē:q: domꝰ mea domus oratiōis ē. Uos aūt feciſtis eam ſpeluncā latronū. Et erat docens quotidie in tēplo. Principes aūt ſacerdotum ⁊ ſcribe ⁊ principes plebis querebant illum perdere:⁊ nō iueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus ſuſpenſus erat audiens illum.

GRE. in ho. Qui narrauerat mala ventura ꝓtinus templū ingreſſus ē:vt de illo vēdētes ⁊ ementes eijceret:oſtendens ꝙ ruina populi maxime ex culpa ſacerdotū fuit. vñ dicitur: Et ingreſ. in tem. cepit eijcere ven. in illo ⁊ ementes. AM. Deus enim templū ſuū nō mercatoris vult eſſe diuerſoriū:ſed domiciliū ſanctitatis nec vendibili religionis officio:ſed obſeqnio gratuito vſum miniſterij ſacerdotalis informat. CIRYL. Erat aūt in tēplo multitudo mercatorū qui vendebant animalia ritu legis mactanda in hoſtijs:ſed iā aderat tēpus deſinendi vmbram, refulgendi vero chriſti veritatē. ob hoc chriſtus qui cum patre ſimul colebatur in templo:iuſſit ritus corrigi legis; fieri vero tēplum orationis domū. vñ ſubditur: Dicens, illis: Scriptū ē:q: domus mea domus orationis ē: vos autē feciſtis eam ſpeluncam latronum. GRE. Qui enī ad accipienda munera in tēplo reſidebant: q: quibuſdam non dantibus leſiones exqnirerent:dubium non erat. THEO. Hoc etiam dominus fecit in principio predicationis ſue:vt narrat ioānes:⁊ nunc iterū illud fecit: q: ad maius crimē iudeorū redundat:qui nō fuerunt ex priori admonitione caſtigati. AVG. de que. euan. Myſtice autē tēplum ipſum hominem chriſtum intelligas:vel etiā adiuncto corpore eius ꝙ ē eccleſia. ſcdm autē id quod ē caput eccleſie dictum ē: Soluite templū hoc:⁊ triduo ſuſcitabo illud. ſcdm id vero ꝙ eſt adiuncta eccleſia intelligitur templū de quo videtur dixiſſe: Auferte iſta hinc. ſignificauit enim futuros in eccleſia:qui ſua negocia potiꝰ agerent:vel receptacula ibi haberent ad occultanda ſcelera ſua:ꝙ vt charitatē chriſti ſequerentur:⁊ peccatorū confeſſione accepta venia corrigerentur. GRE. in hom. Redemptor vero noſter predicationis verba nec idignis nec ingratis ſubtrahit. vnde poſtꝙ rigorem diſcipline eijciendo peruerſos tenuit. donum his gratie oſtendit. nam ſubditur: Et erat docens quotidie in templo. CIRYL. Decebat autem ex his que chriſtus dixerat ⁊ fecerat: eū adorare vt deum. ſed ipſi neqnaꝙ hoc facientes: querebant eum occidere. Sequit enim: Principes autē ſacer. ⁊ ſcribe ⁊ principes plebis quere. illū ꝑdere. BEDA. Uel q: quotidie docebat in tēplo:vel quia latrones eiecerat de templo:vel quia veniens illuc qſi rex ⁊ dominꝰ a credentiū turba laudem hymni celeſtis accepit. CIRYL. Sed populus grauiorē eſtimationē accepit de chriſto ꝙ ſcribe ⁊ phariſei ⁊ principes iudeorū:q fidē chriſti nō acceptantes alios increpabant. vnde ſequit: Et nō inueniebant:qd facerent illi. Omnis eni populus ſuſpenſus erat audiens illum. BEDA. Quod duobus modis intelligi poteſt:q: vel timentes populi tumultum:⁊ non inueniebāt quid facerent de ieſu quē perdere diſpoſuerunt. vel ideo ieſum perdere querebant:q a ſuo magiſterio neglecto plures ad eum audiendum confluere cernebant. GRE. in ho. Myſtice autem ſicut templum dei in ciuitate ē: ita in plebe fideli vita religioſorū. Et ſepe nōnulli religionis habitū ſumunt:⁊ dū ſacrorū ordinum locū percipiunt:ſancte religionis officiū i cōmerciū terrene negociatiōis trahunt. Uendentes quippe in tēplo ſunt qui hoc quod quibuſdam iure competit:ad premiū largiuntur. Juſticiam enim vendere eſt hāc pro premij acceptiōe ſeruare. Ementes vero in templo ſunt qui dū hoc perſoluere proximo quod iuſtū eſt nolunt:dūq rem iure debitam facere contemnūt:dato patronis premio emunt peccatum. ORI. Siquis ergo vendit eijcietur:⁊ precipue ſi vendit columbas. Si enim ea que mihi a ſpiritu ſancto ſunt reuelata:⁊ credita:aut in vulgus precio vendidero:aut abſq mercede non docuero:qd aliud facio niſi colūbā. i. ſpiritū ſanctum vendo? AM. Generaliter itaq dominus docet ſeculares a dei templo abeſſe debere contractus. Spiritaliter autē nūmularios repulit: qui de pecunia domini. i. ſcriptura diuina lucrū querunt:nec bona malaq diſcernunt. GRE. in ho. Qui domum dei ſpeluncam latronū faciunt:quia dum peruerſi homines locum religionis tenent:ibi malicie ſue gladijs occidunt vbi viuificare ꝓximos oratiōis ſue interceſſione debuerunt: Templū quoq eſt ipſa mens fidelium:que ſi in leſione proximi peruerſas cogitationes profert:quaſi in ſpelunca latrones reſident. Cum autē mentem fidelium ad cauēda mala ſubtiliter erudit:quotidie veritas i tēplo docet.

CA. XX.

Et factum ē in vna dierum docente illo populū i tēplo ⁊ euangelizante cōuenerunt principes ſacerdotū ⁊ ſcribe cum ſenioribus:⁊ aiunt dicētes ad illū. Dic nobis in qua ptāte hec facis Aut quis ē qui dedit tibi hanc ptātē? Reſpōdens aūt ieſus dixit ad illos: Interrogabo vos ⁊ ego vnum verbum. Reſpondete mihi: Baptiſmꝰ ioānis de celo erat:an ex hominibus? At illi cogitabāt itra ſe dicētes. Quia ſi dixerimus de celo dicet Quare ergo nō credidiſtis illi? Si aūt dixerimus ex hominibꝰ:plebs vniuerſa lapidabit nos. Certi enim ſunt ioannē prophetā eē: Et reſpōderūt ſe neſcire vnde eēt. Et ieſus ait illis. Neq ego dico vobis i qua poteſtate hec facio.

AVG. de con. euan. Cum memoraſſet lucas electos de templo ementes ⁊ vendētes:pretermiſit quod exibat in bethaniam:⁊ regrediebatur in ciuitatem:⁊ quid de ficulnea factū eſt:⁊ ꝙ mirantibꝰ diſcipulis de fidei vtute reſponſū eſt. Atq his pretermiſſis: non quaſi ex ordine dies proſequens ſicut marcus:intulit dicens. Et factum eſt in vna dierum docente illo populum in tem. ⁊ euā. cōue. prin. ſacer. ⁊ ſcribe cum ſenio. Quod dicit factum in vna dierum ea dies intelligitur:in qua id geſtum matheus ⁊ marcus retulerunt. EVSE. Cum autem principes mirari deberent docentem celeſtia dogmata:⁊ cognoſcere per dicta ⁊ facta hunc eſſe chriſtum quem prophete ꝑcinerant:incūbentes ſubuerſioni populi chriſtum prohibebāt. Seqtur enim: Et aiunt dicen. ad illū: Dic nobis in q pote. hec facis. Aut qs ē q dedit tibi hāc poteſtatē. CIRIL. Quaſi dicāt: Scdm legē moſaicā ſolis exorciſtis ex leuitico ſanguine data ē auctoritas docendi: necnon ſacrorum atriorū poteſtas:at tu ortus ex iuda cōmiſſos nob. faſces vſurpas. Sꝫ ſi nouiſſes o phariſee ſcripturas recoleres ꝙ hic ē ſacerdos q ſm ordinē melchiſedech offert deo in ſe credentes per cultū q legē trāſcendit. Quid igitur anxiaris:eiectis ab atrijs ſacris q oppoꝛtune videbantur legalibus victimis:eo vocante ad veram iuſtificationem per fidem. BEDA. Uel qū dicūt: In qua poteſtate hec facis:de dei dubitant poteſtate:⁊ ſubintelligi volūt diaboli eē qd facit. Addentes quoq: Aut quis eſt qui dedit tibi hāc poteſtatē:manifeſtiſſime dei filiū negāt quē putāt nō ſuis:ſed alienis viribꝰ ſigna facere. Poterat aūt dñs aperta reſponſione tentatorꝫ calūniā confutare: ſed prudenter interrogat:vt ſuo ſilētio vel ſententia condēnent. Sequitur enī: Reſpondēs aūt dixit ad illos: Interrogabo ⁊ ego vos vnū verbū:reſpondete mihi. Baptiſmꝰ ioā. de celo erat:an ex homi? THEO. Ut enim oſtenderet eos ſemp fuiſſe ſpūſſcō rebelles:⁊ ne dū iſaie cuꝰ nō erat memoria:ſed nuper viſo ioāni credere noluerunt. Ob hoc verſa vice opponit eis hanc queſtionē: oſtēdens ꝙ ſi tanto ꝓphete ioanni qui apud eos maior videbatur minime crediderūt:ꝓhibēte teſtimoniū eius: qualiter ei crederent reſpondenti qua auctoritate hoc faceret. EVSE. Querit a... e de ioanne baptiſta:nō vnde erat oriundus:ſed vnde legē ſuſcepiſſet baptiſmatis: CIRYL. Sed illi fugere veritatē nō horruerūt. Deus. n. miſit ioannē ſicut vocem clamātē: Parate viā domino. Timuerūt aūt dicere veritatē:ne diceret eis: Cur nō credidiſtis:⁊ cauent reprehendere precurſorē:non metu diuino: ſed populi. vñ ſequitur: At illi cogi. intra ſe dicentes: Quia ſi dixerimꝰ de celo:dicet: Quare ergo nō credidiſtis ei. BEDA. q. d. Quē confitemini de celo habuiſſe prophetiā mihi teſtimoniū perhibuit. Et ab illo audiſtis: in qua poteſtate hec faciam. Seqtur: Si au. dixe. Ex hominibus: plebs vniuer. lapi. nos. Certi ſunt enī ioanē prophetam eē. viderūt ergo qūolibet reſpondiſſent:in laqueū ſe caſuros timētes lapidationē:ſed magis veritatis confeſſionē vnde ſequit: Et reſpōderūt ſe neſcire vnde eēt. Quia ergo nolunt fateri hoc quod ſciun: repulſi ſunt:vt eis dominus non diceret,quod ſciebat. vñ ſequit. Et ait illis ieſus: Neq ego dico vobis in qua poteſtate hec facio. Ob duas enim cauſas maxime ſcientia veritatis eſt occultāda querentibus:cū. ſ. is qui querit minus capax ē ad intelligēdū ea que querit:aut odio vel contēptu veritatis indignꝰ ē cui debeat aperiri quod querit.

Cepit aūt dicere ad plebem parabolam hāc: Homo quidā plātauit vineam ⁊ locauit eam colonis:⁊ ipſe peregre fuit multis tēporibus. Et i tēpore illo miſit ad cultores ſeruum:vt de fructu vinee darent illi: Qui ceſum dimiſerūt eū inanē. Et addidit alterū ſeruū mittere. Illi aūt hunc quoq cedentes:⁊ afficiētes contumelia:dimiſerūt inanē ⁊ addidit tertiū mittere: qui ⁊ illū vulnerātes eiecerunt. Dixit aūt dñs vinee: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum:forſitan cum hunc viderint verebuntur. Quē cum vidiſſent coloni:cogitauerunt intra ſe dicētes: Hic ē heres. Occidamus illum:vt noſtra fiat hereditas. Et eiectū illū extra vineam occiderunt. Quid ergo faciat illis dominus vinee? Ueniet ⁊ perdet colonos iſtos ⁊ dabit vineam alijs. Quo audito dixerunt illi: Abſit. Ille aūt aſpiciens eos ait. Quid ē ergo hoc qd ſcriptum eſt? lapidē quē reprobauerunt edificantes hic factus eſt in caput anguli. Omnis qui ceciderit ſupra illum lapidem conquaſſabitur. ſupra quem autem ceciderit cōminuet illū.

le ẽ factũ. vnde ſequitur: Et captiui ducentur in omnes gẽtes. Totũ.n. orbẽ iudei repleuerunt: ⁊ vſq; ad fines terre peruenerunt. ⁊ cũ eorũ terra ab alienigenis inhabitet: ſolis ipſis ẽ inacceſſibilis facta. vñ ſequit: Et hieruſalẽ calcabit a gentibus: donec impleantur tempora nationum. BEDA. Que.ſ. apoſtolus cõmemorat dicens: Cecitas ex parte facta ẽ in iſrl: ⁊ ſic oĩs iſrael ſaluus fiet. Qui cum promiſſa ſalute fuerit potitus ad patriũ ſoluz rediturus non temere ſperatur. AM. Myſtice aũt abominatio deſolationis aduent⁹ antichriſti ẽ eo ꝙ ſacrilegijs infauſtis mentiũ interiora contaminet: ſedens iuxta hiſtoriã in tẽplo: vt ſibi vendicet diuine ſoliũ poteſtatis. Iuxta interpretationẽ aũt ſpiritalẽ pulchre inducitur: eo ꝙ in affectibus ſingulorũ veſtigiũ perfidie ſue cõfirmare deſideret: ⁊ ſcripturis diſputans ſe eẽ chriſtũ: tunc appropinquabit deſolatio: qm̃ a vera religiõe pleriq; lapſi deſiſtent: tũc erit dñi dies qm̃ ſicut prim⁹ aduent⁹ dñi fuit propter redimẽda peccata: ita ⁊ ſecundus erit ꝑpter reprimenda delicta: ne plures perfidie errore labant. Eſt ⁊ alius antichriſtus .ſ. diabolus: qui hieruſalẽ.i. animã pacificã obſidere nitatur ſue legis exercitu. Ergo quãdo in medio tẽpli eſt diabolus deſolatio abominationis ẽ. Cũ aũt vnicuiq; laboranti chriſti pñtia ſpiritalis illuxerit: tollitur iniquus ex medio ⁊ incipit regnare iuſticia. Eſt ẽt tertius antichriſt⁹ vt arrius ⁊ ſabellius: ⁊ oẽs qui nos praua intentione ſeducunt. Ve aũt ſunt pregnantes quibus ve dicit: que ad ruinã ſue carnis extendũt: ⁊ quib⁹ intimorum greſſus pigreſcat animorũ ⁊ effete virtutũ: feteq; vitiorũ. Sed nec ille pregnantes cõdẽnationis exortes ſunt: que in bonorũ actuũ molimine conſtitute: necdũ aliquos ſuſcepti operis dedere proceſſus. Sunt que dei timore concipiunt: ſʒ nõ oẽs pariunt: ſunt.n. q̃ abortiuũ excludũt verbũ anteq̃ pariant. ſunt ẽt q̃ in vtero chriſtũ habeant: ſed nondũ formauerunt. ergo q̃ parit iuſticiã: chriſtũ parit. Nos ẽt paruulos noſtros ablactare ꝑperem⁹: ne nos quaſi iperfectorũ parentes: aut iudicij dies aut mortis inueniat. Quod ita fit: ſi oĩa dicta iuſticie in corde cuſtodias: nec ſenectutis tẽpus expectes: ſed in prima etate ſapientia ſine corruptela corporis tui cito concipias: cito nutrias. In fine autez iudea omnis a nationib⁹ credituris ſubijciet in ore gladij ſpiritalis qui eſt ſermo bis acutus.

Et erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis: ⁊ in terris preſſura gentium pre confuſione ſonitus maris ⁊ fluctuum: areſcentibus hominibus pre timore: ⁊ expectatione que ſuperuenient vniuerſo orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna ⁊ maieſtate.

BEDA. Quid impletis nationũ tẽporib⁹ ſequatur: ex ordine manifeſtat dicens: Erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. AM. Que quidem ſigna ſm matheũ euidenti⁹ exprimũtur: tũc inquit ſol obſcurabit: ⁊ luna nõ dabit lumẽ ſuũ: ⁊ ſtelle cadent de celo. EVSE. Tũc enĩz cũ vite corruptibilis conſummatio aget: ⁊ ſm aplm ſpẽs hui⁹ mũdi tranſibit: ⁊ nouũ ſuccedet ſeculũ: in quo vice ſenſibilium luminariũ ipſe chriſt⁹ fulgebit. q. iubar ⁊ rex noui ſeculi: cui⁹ erit tanta numinis virt⁹ ⁊ gloria: vt ſol q̃ nũc radiat atq; luna ⁊ cetera ſidera: aduentu maioris luminis occultent. CHRY. Sicut enĩz ĩ hoc ſeculo luna ⁊ ſidera mox obfuſcãtur orto ſole: ſic in glorioſa xp̃i apparitiõe ſol obtenebreſcet: ⁊ luna nõ dabit ꝓpriũ iubar ⁊ ſtelle cadent de celo: pore ſpoliate amictu: vt potioris lucis amictu potiãtur. EVSE. Que aũt eueniẽt orbi poſt luminariũ obtenebrationẽ ex quib⁹ fiet anguſtia gentiũ ↄ̃nter exprimit dicens: Et in ter. preſ. gen. ꝑ. confu. ſo. ma. ⁊ fluctuũ. Ubi videt docere principiũ trãſmutationis vniuerſi futurum: ex defectu ſubſtãtie humide. Hac enim prima deuorata vel cõgelata: vt nõ ampli⁹ audiat ſonit⁹ maris nec contingãt arenã fluct⁹ ei⁹ cauſa exuberantis ſiccitatis cetere mũdi partes nõ ampli⁹ obtinentes vaporẽ ſolitũ emiſſum ex ſubſtantia humida trãſmutationẽ patientur: ⁊ ſic cũ apparitio ſaluatoris cõſtare debeat repugnãtia deo prodigia exordiũ ſumẽt furoris procemia ex ſiccitatib⁹: vt nec tempeſtas nec fremit⁹ maris viceri audiat. Quo facto ſubſequẽt anguſtia ſuperſtitũ hominũ. vnde ſequit: Areſcentibus.i. tabeſcentib⁹ hominib⁹ pre ti. ⁊ expe. eorũ.ſ. q̃ ſup. vni. orbi. Que aũt tũc ingruẽt mũdo: conſequẽter oſtendis ſubdens: Nã virtutes celorũ mouebũtur. THEO. vel aliter. Cũ alterabit ſuperior orbis: ⁊ elementa inferiora merito patientur iacturã. vñ ſequitur: Et in terris preſſura gentiũ pre confuſione ſonit⁹ maris ⁊ fluctuũ. q. d. Mare terribiliter fremet: ⁊ littus maris agitabit tẽpeſtate: ita vt ſit populo terre ꝑſſura.i. coĩs miſeria: vt tabeſcãt timore ⁊ expectatione malorũ irruẽtiũ mũdo. vnde ſequitur: Areſcentib⁹ hominib⁹ pre timore ⁊ expectatione que ſuperuenient vniuerſo orbi. AVG. ad heſitiũ: Sed dices: Cõfiteri vos pena veſtra cõpellit adeſſe iã finem: dum iplet quod prenũciatũ ẽ. Nullã enim patriã: nullũ locũ noſtris tẽporib⁹ nõ affligi aut tribulari certũ eſt. Sed ſi iſta mala q̃ nũc patit gen⁹ humanũ certa ſunt indicia iã dominum eẽ venturũ: qd ẽ quod dicit apoſtolus: Cũ dixerint: pax ⁊ ſecuritas. Uideam⁹ ergo ne forte melius intelligat non eo modo impleri q̃ predicta ſunt his verbis: ſed tũc potius eẽ ventura quãdo ſic erit tribulatio vniuerſo orbi: vt ad eccleſiã pertineat: q̃ vniuerſo orbe tribulabit: nõ ad eos q̃ tribulabũt eã. ipſi enim ſunt dicturi: Pax ⁊ ſecuritas. Nũc aũt iſta mala q̃ tanq̃ ſumma extremaq; creduntur vtriq; regno: chriſti.ſ. ⁊ diaboli videmus eẽ cõia. Parit ꝗppe his boni affligũtur ⁊ mali: interq; tã mala adhuc vbiq; frequentant luxurioſa conuiuia. Hoccine ẽ areſcere pre timore: an poti⁹ inardeſcere ꝑ libidine. THE. Nõ ſolũ aũt mortales fluctuabũt cũ alterabit mundus: ſʒ ẽt angeli ſtupebũt in tã terribilib⁹ mutatiõib⁹ vniuerſi. vñ ſeqtur: Nã virtutes celorũ mouebũtur. GRE. in home. Quid enim virtutes celorũ: niſi angelos: dominationes ⁊ principat⁹: ⁊ poteſtates appellat: q̃ in aduentu diſtricti iudicis: noſtris tũc oculis viſibiliter apparebũt: vt diſtricte tũc a nobis exigant hoc quod nos mõ inuiſibilis cõditor equanimiter portat. EVSE. Cũ ẽt dei fili⁹ ſit venturus in gloria: ⁊ confutatur⁹ elatã tyrannidẽ filij peccati miniſtrantib⁹ angelis celi fores a ſeculo clauſe patebunt: vt ſpectentur excelſa. CHRY. Uel virtutes celice mouebuntur: quãuis ſibi conſcie non ſint. videntes.n. infinitas multitudines condẽnari: nõ intrepide ſtabũt illic. BEDA. Et in iob dicit: Colũne celi contremeſcũt: ⁊ pauent ad nutũ ei⁹. Quid ergo faciãt tabule qñ tremũt columne. qd virgula deſerti patit: cum cedrus paradiſi cõcutitur. EVSE. Uel virtutes celorũ ſunt q̃ preſunt ſenſibilibus ꝑtibus vniuerſi: que quidem tunc mouebuntur vt potiorẽ ſtatũ attingant. Abſoluentur enim in ſeculo nouo a miniſterio: quo deo ſeruiũt circa ſenſibilia corpora ſm corruptionis ſtatũ. AVG. ad heſitiũ. Sed ne dñs propiquãte ſecundo aduentu ſuo: ea pro magno predixiſſe videat que huic mũdo etiã ante primum eius aduentum fieri cõſueuerãt: ⁊ rideamur ab eis qui plura in hiſtoria gentium ⁊ maiora legerũt. Hec que dicta ſunt melius in eccleſia exiſtimo intelligi. Eccleſia.n. ẽ ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle: cui dictũ ẽ: Pulchra vt luna: electa vt ſol. que tũc non apparebit ꝑſecutoribus vltra modũ ſeuientib⁹. AM. Plurimis ẽt a religione deficientibus clara fides obſcurabitur nube perfidie: qr ſol celeſtis in fide in ea minuit vel augetur: et ſicut menſtruis .i. mẽſiũ defectib⁹ luna vel terre oppoſita cũ fuerit ex regione ſolis vaneſcit: ſic ⁊ ſancta eccleſia cũ lumini celeſti vitia carnis obſiſtũt: fulgorẽ diuini luminis de chriſti radijs nõ põt mutari. nã in ꝑſecutionib⁹ lucẽ diuini ſolis plerũq; amor vite huius excludit. Cadũt ẽt

ſtelle

ſtelle.i. glorie micantis viri ſi perſecutionis acerbitas cõualeſcat: que oportet fieri donec eccleſie multitudo cumuletur. ſic.n. probant boni: ſic prodũtur infirmi. AVG. ad heſitiũ. Quod aũt dictũ ẽ: Et in terris preſſura gentiũ gentes voluit intelligi: non que in ſemine abrae bñdicentur: ſed que ad ſiniſtrã ſtabũt. AM. Ergo varij animorũ eſtus ita graues erunt: vt delictorũ multitudine male conſcije futuri iudicij metu ſacri nobis ros fontis areſcat. Quẽadmodũ aũt dñi expectat aduent⁹ vt ei⁹ pñtia ĩ toto fiat vel hominis orbe vel mũdi: que fit in ſingulis cum omnib⁹ affectib⁹ receperis chriſtũ: ſic virtutes celorum ĩ aduentu dñi augmẽtũ gratie cõſequẽtur: ⁊ plenitudine diuinitatis propius ſe infundente mouebuntur. Sunt etiaz virtutes celorũ que enarrant gloriam dei q̃ pleniore xp̃i infuſione mouebũtur vt videant chriſtũ. AVG. ad heſitiũ: Uel virtutes celorũ mouebunt: qr impijs perſequẽtibus quidã fideles fortiſſimi turbabuntur. Sequitur: Et tunc videbũt filiũ hoĩs. THEO. Tã fideles q̃ infideles. Radiabit.n. ampli⁹ ſole tãz ipſe q̃ crux ei⁹: vñ ab oĩbus cognoſcet. AVG. Quod aũt dicit: Uenientẽ in nube duob⁹ modis accipi põt: ſiue in eccleſia ſua tanq̃ ĩ nube venientẽ: ſicut nũc venire non ceſſat: ſʒ tũc cũ ꝑtãte magna ⁊ maieſtate: qr maior maieſtas ⁊ poteſtas illius apparebit ſanctis quib⁹ magnã virtutẽ dabit ne tanta perſecutione vincant: ſiue in corpore ſuo ĩ quo ſedet ad dexterã patris: merito credendus ẽ non ſolũ in eodẽ corpore: verũ ẽt in nube ventur⁹: qm̃ ſic veniet ſicut abijt: nubes ẽt ſuſcepit eũ ab oculis eorũ. CHRY. Semper.n. de⁹ in nube apparet: ſm illud: Nubes ⁊ caligo in circuitu ei⁹. vñ ⁊ fili⁹ hoĩs in nubib⁹ veniet: vt deus ⁊ dñs: nõ latenter ſed in gloria digna deo. Et iõ ſubdit: Cum poteſtate magna ⁊ maieſtate. CIRYL. Intelligendũ ẽ ſimiliter magna. Primã eni apparitionẽ ꝑſecut⁹ ẽ cũ infirmitate ⁊ humilitate nr̃a: ſed ſecũdã celebrabit cũ propria poteſtate ⁊ magna maieſtate. GRE. in home. In poteſtate enĩz ⁊ maieſtate viſuri ſunt: quẽ in humilitate poſitũ audire noluerunt vt virtutẽ eius tanto tunc diſtricti⁹ ſentiãt: q̃to ceruicem cordis ad eius patientiã non inclinãt.

His autem fieri incipiẽtibus reſpicite ⁊ leuate capita veſtra: qm̃ appropinquat redemptio veſtrã. Et dixit illis ſimilitudinẽ: Uidete ficulneã ⁊ oẽs arbores: cũ producunt iã ex ſe fructũ: ſcitis quoniam prope eſt eſtas. ita ⁊ vos cũ videritis hec fieri ſcitote quia prope eſt regnũ dei. Amẽ dico vobis qm̃ nõ preteribit generatio hec donec oĩa fiant. Celũ ⁊ terra trãſibũt ỽba aũt mea nõ tranſient.

GRE. in home. Quia premiſſa contra reprobos dicta ſunt: mox ad electorum conſolationẽ verba ṽtunt. Nam ſubditur: His aũt fieri incipientib⁹: reſpicite ⁊ leuate capita veſtra: qm̃ appro. redẽ. vr̃a. Ac ſi dicat: Cum plage mundi crebreſcunt: leuate capita.i. exhilarate corda: quia dũ finit mũdus: cui⁹ amici non eſtis prope fit redemptio quã queſiſtis. In ſcriptura enĩz ſacra ſepe caput pro mente ponit: qr ſicut capite reguntur mẽbra: ita cogitationes mente diſponuntur. Capita itaq; leuare: ẽ mẽtes noſtras ad gaudia patris celeſtis erigere. EVSE. Uel aliter. Trãſactis corporalib⁹ aderunt intelligibilia celeſtia.ſ. regnum ſeculi non ãplius trãſituri: ⁊ tunc digna ſalubria promiſſa tribuẽtur. vnde dicit: His aũt fieri incipientib⁹ reſpicite ⁊ leuate capita veſtra: quoniã appropinquat redẽptio veſtra. Acceptis eni dei ꝑmiſſis que ſperamus erigemur q̃ ante curui fueram⁹: ⁊ eleuabim⁹ capita noſtra: humiliati quondã: eo ꝙ redẽptio noſtra quã ſperabam⁹ aderit: illa.ſ. quã tota creatura expectat. THEO.i. ꝑfecta libertas corporis ⁊ anime. Sicut enim prim⁹ aduent⁹ domini fuit ad reformationẽ animarũ noſtrarum. ſic ſecundus ad reformationẽ corporum celebrabitur. EVSE. Dicit autẽ hec ad diſcipulos ſuos: non tanq̃ ad eos qui durare deberent in vita iſta vſq; ad terminum mundi: ſed quaſi vno corpore exiſtente ipſis ⁊ nobis ⁊ poſteris vſq; ad conſummationẽ mũdi credituris in chriſtũ. GRE. in ho. Qḋ aũt calcari mundus atq; deſpici debeat: prouida cõparatione manifeſtat cum ſubdit: Uidete ficulneam ⁊ oẽs arbores: cũ producũt ex ſe fructũ: ſcitis qm̃ prope ẽ eſtas ita ⁊ vos cũ videritis hec fieri: ſcitote quoniã prope ẽ regnũ dei. q. d. Sicut ex fructu arboris vicina eſtas agnoſcitur: ita ex ruina mundi prope cognoſcitur eẽ regnũ dei. Et ex hoc oſtendit qr fruct⁹ mundi ruina ẽ. Ad hoc enim germinat: vt quẽcũq; germine aluit: cladib⁹ cõſumat. Bene autẽ regnũ dei eſtati comparat: qr tunc meroris noſtri nebule tranſeũt: ⁊ vite dies eterni ſolis claritate fulgeſcũt. AM. Matheus aũt de ſola dixit ficulnea hic de arboribus omnib⁹. Duplicẽ autẽ habet figuram ficulnea: vel cũ dura miteſcunt: vel cũ peccata luxuriant. Siue ergo cũ fruct⁹ omnibus vireſcit arborib⁹: ⁊ ficulnea fecunda iaz floret.i. cũ omnis lingua cõfitetur deo: confitente etiã populo iudeorũ: ſperare domini debemus aduentum quo tanq̃ tẽporib⁹ eſtiuis reſurrectionis fruct⁹ metentur. Siue cũ leuẽ fragilẽq; iactantiã tanq̃ folia ſynagoge homo iniquitatis induerit: conijcere debemus appropinquare iudiciũ: nam remunerare fidem domin⁹ ⁊ delinquendi finem afferre feſtinat. AVG. ad heſitiũ: Cũ aũt dicit: Cum videritis hec fieri que intelligere poterimus niſi ea q̃ ſupra memorata ſunt: In his autẽ ẽ quod ait: Et tunc videbunt filiũ hominis venientẽ. Proinde cũ hoc viſum fuerit: non iã erit regnũ dei: ſed prope erit. An dicendũ ẽ nõ omnia q̃ ſupra cõmemorata ſunt eſſe intelligenda vbi ait. Cũ videritis hec fieri: ſed aliq̃ eorũ: hoc.ſ. excepto quod dictũ ẽ: Et tũc videbũt filiũ hominis. Sed matheus aperuit nullis exceptis eẽ accipiendũ dicens: Ita ⁊ vos cum videritis hec oĩa. Inter que ẽ qḋ videbit filius hoĩs venientis vt intelligat de aduentu quo nunc venit in mẽbris ſuis tanq̃ in nubibus. vel in eccleſia tanq̃ in nube magna. TY. Uel aliter dicit: Prope ẽ regnũ dei: quia dũ hec fiẽt nondũ vltim⁹ finis rerũ eueniet: ſed iã in finẽ tendũt. nam ⁊ ipſe aduent⁹ dñi eliminãs oĩuz principatũ ⁊ poteſtatem preparat regno dei. EVSE. Sicut enĩz ĩ hac vita ſol hieme recedente ac ſuccedente verũ radiũ calidũ mittens fouet ac viuificat humi condita ſemina exuentia priſcã figurã: pullulant autẽ noua varium virorẽ habentia: ſic ⁊ glorioſus vnigeniti dei aduẽt⁹ viuificatiuis radijs illuſtrans nouũ ſeculũ dudũ condita ꝑ totũ mũdũ ſemina.ſ. dormiẽtes in puluere terre potioribus corporib⁹ q̃ pri⁹ ꝑducet ĩ lucẽ: ac confutata morte regnabit deiceps vita ſeculi noui. GRE. in ho. Omnia autẽ predicta ſub magna certitudine confirmantur: cũ ſubdit: Amẽ dico vobis quia non ꝑteribit generatio hec donec oĩa fiant. BED. Multũ cõmẽdat qḋ ita ꝓnũciat: Et ſi dicere fas ẽ iuratio ei⁹ ẽ qḋ dicit: Amẽ dico vobis: Amẽ quippe interpretat verũ. Igit veritas dicit: Uerum dico vobis: qḋ ſi non diceret: mentiri oĩno nõ poſſet. Generationẽ autẽ aut oẽ genus humanum dicit: aut ſpecialiter iudeorũ. EVSE. Uel generationẽ dicit nouã generationẽ eccleſie ſancte ſue: oſtendẽs duraturũ populũ fideliũ vſq; ad id tempus quo viſurus ſit omnia: ⁊ euentus verborũ ſaluatoris oculis apprehendet. THEO. Quia enim turbationes ⁊ bella: ⁊ alterationes tã elementorũ q̃ ceterarũ rerũ futurũ eẽ predixerat: ne qs ſuſpicaretur ꝙ ⁊ ipſa chriſtianitas ꝑitura foret ſubiungit: Celũ ⁊ terra tranſibũt: verba aũt mea nõ trãſient. q. d. Et ſi cũcta cõmouẽtur: fides tñ mea nõ deficiet. Ex quo innuit eccleſiã preferre toti creature: ſed creatura patiet alterationẽ: fideliũ vero eccleſia ⁊ ſermones euãgelij permanebũt. GRE. in ho. Uel aliter: Celũ ⁊ terra tranſibunt ⁊c. quaſi dicat. Omne quod apud nos durabile eſt ſine mutatione durabile ad eternitatem non eſt: ⁊ omne quod apud me tranſire cernit: fixũ ⁊ ſine tranſitu tenetur

quia ſine mutabilitate manentes ſententias exprimit ſer
mo meus qui tranſit. BEDA. Celum autem quod tran
ſibit: non ethereum ſiue ſidereum: ſiue aereum a quo
aues celi nominantur intelligere debemus Si autem ter
ra tranſibit: quomodo eccleſiaſtes dicit: Terra in eternū
ſtat: ſed aperta ratione celum ⁊ terra per eam quam nūc
hn̄t imaginē trāſcūt: attamē per eēntiā ſine fine ſubſiſtūt.

Attendite autem vobis ne forte grauētur cor
da veſtra in crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite
⁊ ſuperueniat in vos repentina dies illa. Tanq̄ȝ la
queus enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſu
per faciem omnis terre. Uigilate itaq̄ȝ omni tem
pore orantes: vt digni habeamini fugere iſta oīa
que futura ſunt: ⁊ ſtare ante filium hominis.

THEO. Poſuit ſupra dominus terribilia ⁊ ſenſibi
lia malorum indicia que occupabunt peccatores: ſȝ con
tra hec mala remediū eſt cautela ⁊ oratio. vnde dicit: At
tē. aūt vo. ne for. gra. cor. ve. in crapu. ⁊ ebrietate. BASI.
Singulū animaliū a conditore diuȝ deo hȝ intriſec' cau
ſas facientes ad tutelā conſiſtentie ꝓprie. ꝓpter ꝙ ⁊ xp̄s
nobis dedit hanc mentionē vt q̄ illis a natura: hec nobis
auxilio rationis ⁊ cautela contingat. Fugiētib' quidē pec
catū: vt irrationabilia fugiūt mortifera pabula: inquiren
tib' v̇o iuſtitiā ſicut illa herbas nutritiuas requirunt: ⁊ iō
dicit: Attēdite vobis vt. ſ. diſcernere poſſitis a ſalubri no
ciuū. Sed qm̄ dupliciter contingit attendere: hinc quidē
corporis oculis: illinc vero per intellectiuā virtutē: oculus
corporis virtutē nō attingit. Reſtat igit dictū eē de ope in
tellect': Attēdite hoc ē vndiq̄ȝ circūſpicite vos: puigil ha
bentes ad veſtrā cuſtodiā aīe lumē. Neq̄ȝ aūt dixit: Attē
dite veſtris aut eis q̄ circa vos ſunt: ſȝ vobis: vos. n. eſtiſ
intellect' ⁊ aīa: veſtrū aūt corpus ē ſenſus: Circa vos aūt
opes artes ⁊ reliqua vite ſuppellex: qb' nō monet attēdē
dū: ſȝ aīe cui' precipua cura hn̄da. Eadem v̇o admonitio
egrotātes ſanat: ⁊ ſanos perficit: ſuatores p̄ntiū: ꝓuiſo
res futurorū: nō alienorū cenſores: ſȝ ſuoꝝ ſcrutatores:
nō dimittentes itellectū ſuū fieri paſſionū: ſȝ irrationale
aīe ſubīciētes rōnali. Cur aūt ſit attēdēdū ſubiūgit dicēs
Ne forte grauētur corda veſtra ī crapula ⁊ ebrietate ⁊ cu
ris huius vite. TY. q. d. Cauete ne lumina mētis veſtre
grauētur. Cura nāq̄ȝ p̄ntis vite ⁊ crapula ⁊ ebrietas fugāt
prudētiā: quaſſant fidē: opant naufragia. BASI. Eſt aūt
ebrietas nimi' vſus vini: crapula vero anxietas ⁊ nauſea
q̄ ē in ebrietate: a motione capitis greco vocabulo dicta.
Sicut igit cibis vt nō eſuriam': ſic ⁊ potib' ne ſitim patia
mur vtēdū ē: vitādo diligenti' lapſuȝ. Fallax. n. ē vini ige
ſtio: aīa aūt vino libera prudētiſſima erit ⁊ optima ſȝ hu
mecta vini vaporib' q̄ſi quadā nube velat. Curioſitas āt
hui' vite quāuis nihil inhibitorū continere videat: ſi ta
mē ad cultū diuinū nō coadiuuet: vitanda ē: et quare hoc
dixerit oñdit ſubdēs: Et ſupue. ī vos repē. di. illa. THE.
Non. n. cū deliberatione veniet dies illa: ſed ex iprouiſo
⁊ furtiȝ capiens tanq̄ laqueus nō cauētes. vnde ſequit:
Tanq̄ la. n. ſupue. in om. q̄ ſe. ſu. fa. om. terre. Qđ diligen
ti' diſcuti pōt. Capiet. n. dies illa ſedētes in ſuperficie ter
re q̄ſi ipremeditatos ⁊ inertes. Quotquot v̇o ſūt ſolertes
⁊ agiles ad bonū: nō ſedētes ⁊ ociātes in terrenis: ſȝ ſur
gētes ab eis ſibi dicētes: Surge vade: qm̄ nō ē hic tibi re
quies: talib' nō ē illa dies vt laque' ⁊ diſcrimē: ſȝ vt dies
feſtiuus. EVSE. Predicta igit docuit eē attēdenda ad ca
uendā grandinē inde ꝓuenientē. vñ ſequit: Uigi. ita. oī tē
pore: orā. vt dig. ha. fuge. iſta om. q̄ futu. ſunt. THEO.
. ſ. famē: peſtē: ⁊ cetera huiuſmodi q̄ tpaliter electis ⁊ aliīs
iminēt: ⁊ ea q̄ poſtmodū accidunt eis perenniter. Illa. n.
aliter cape nō poſſum' niſi p vigilias ⁊ oratiōes. AVG.
de cō. euā. Hec intelligit illa fuga quā matthe' cōmemo
rat: q̄ non debet fieri in hyeme vel ſabbato. Ad hyemem
pertinēt cure hui' vite: que triſtes ſunt velut hyems. Ad
ſabbatū v̇o crapula ⁊ ebrietas: q̄ carnali leticia luxuriaq̄ȝ
cor ſubmergit atq̄ȝ obruit: quod malū ſabbati nomine ſi
gnificatur: q: illo die iudei delitīs affluūt: dū ſpiritale ſab
batū ignorāt. THEO. Et q: chriſtianum decet non ſo
lū fugere mala: ſed etiā niti ad gloriā exequendā ſubdit:
Et ſtare ante filiū hoīs. Hec eſt enim angelica gloria ſtare
ante filium hominis deum noſtrū: ⁊ faciē eius iugiter cer
nere. BEDA. Et certe ſiquis ſapiens medicus precipe
ret attendere a ſucco alicuius herbe: ne repentinus interi
tus ſuperueniat: magno ſtudio medici mandata ſeruare
mus. Nunc autē ſaluatore admonente ebrietatē ⁊ crapu
lam: ⁊ curas ſeculi eē cauendas: his ſauciari ⁊ cōſumi nō
timent: quia fidem quam medici dictis prebent: domini
verbis prebere contemnunt.

Erat autem diebus docens in templo: nocti
bus vero exiens morabatur in mōte qui vocatur
oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in
templo audire eum.

BEDA. Que verbis preceperat dominus ſuis confir
mat exēplis. nam qui nos ante iudicis aduentum ⁊ incer
tum ſingulorum exitum ad vigilandum hortatus ē ⁊ orā
dum: ⁊ ipſe imminente tempore paſſionis ſue doctrine vi
gilīs ⁊ precibus inſtat. vnde dicitur: Erat autem diebus
docens in templo. In quo ſuo exemplo inſinuat hoc eſſe
digne deo vigilare. vel dicto vel facto proximis viam ve
ritatis oſtendere. CIRYL. Que aūt erāt q̄ docebat: ni
ſi tranſcendentia cultū legis. inſtabat enim tempus quo
debebat vmbra in veritatem transformari. THE. Ta
cuerunt autez euangeliſte pleraq̄ȝ documentorum chriſti
q̄ cū p trienniū fere predicauerit: documenta eius que con
ſcripſerunt: dicet aliquis vix ad vnius diei ſermonez ſuf
ficere. Ex plurib' ergo pauca deſcribētes: dederūt nobis
quēdā guſtū dulcedinis doctrine ipſius. Oſtendit autem
nobis dominus ꝙ oporteat noctu ⁊ quiete alloqui deuȝ
⁊ in die prodeſſe hominibus: ⁊ colligere quidez in nocte
diſtribuere vero collecta in die. vnde ſubditur: Noctibus
vero exiens morabat in monte qui vocatur oliueti. Nō
quaſi opus habens oratione: ſed ad exemplum dandum
hoc egit. CIRYL. Quia vero eloquiū eius in poteſtate
erat: ⁊ poteſtatiue transferebat in ſpiritalem cultum que
per moyſen ⁊ prophetas tradita fuerant in figuris: popu
lus eum auidius audiebat. vnde ſequitur: Et omnis po
pulus manicabat. i. mane venire accelerabat ad euȝ in tē
plo audire eum. Populo autem ante lucanum venientī ad
eum congruum erat dicere: Deus deus meus: ad te de lu
ce vigilo. BEDA. Myſtice autem ⁊ nos cum inter pro
ſpera ſobrie ⁊ pie et iuſte conuerſamur: diebus in templo
docemus: quia formam boni operis fidelibus preben
tes: noctibus vero in monte oliueti moramur: quia in te
nebris anguſtiarum ſpiritali conſolatione reſpiramus:
⁊ ad nos quoq̄ȝ populus manicat: cum vel diſcuſſis ope
ribus tenebrarum: vel cunctis nebulis preſſurarum nos
imitantur.

CA. XXII.

Appropinquabat autem dies feſtus
azimorum qui dicitur paſca: ⁊ quere
bant principes ſacerdotum ⁊ ſcribe
quomodo ieſū interficerent: timebāt
vero plebem.

CHRY. Umbra noſtrorum fuerunt feſta iudaica: ⁊ iō
ſi queſiueris a iudeo de paſca ⁊ azimis: nil magni pro
feret: commemorās liberationem ab egypto. Siquis au
tem a me queſierit: non audiet egyptum nec pharaonem
ſed abſolutionē erroris ⁊ tenebrarū diaboli: nō per moy
ſen ſȝ per filiū dei. GLO. Ad cui' paſſionē enarrādā ac
cedens euāgeliſta premittit de figura dicens: Appropin
quabat autem dies feſtus azimorum qui dicitur paſca.
BEDA. Paſca quidem hebraice dicitur phaſe. non
a paſſione: ſed a tranſitu nominatur: eo ꝙ exterminator
videns ſanguinez in foribus iſraelitaruȝ pertranſierit: nec
percuſſerit primogenita eoꝝ. Uel ipſe dn̄s p̄bens auxili
um populo ſuo deſuper ambulauit. Hoc autē inter paſca
⁊ azima diſtat: ꝙ paſca ipſe ſolus dies appellatur: in quo
agnus occidebatur ad veſperam: hoc ē. xiiii. luna primi
menſis. xv. aūt luna quando egreſſus eſt de egypto: ſucce
debat feſtiuitas azimoꝝ ſeptem diebus vſq̄ȝ ad vigeſimā
primā diez eiuſdē menſis: vnde euangelīi ſcriptura indif
ferenter vnum pro alio ponere ſolet: vnde hic dicit dies
azimoꝝ qui dicitur paſca. Significatur aūt per myſteriū
ꝙ xp̄s ſemel pro nobis paſſus: per totum tempus huius
ſeculi quod ſeptez diebus agitur in azimis ſynceritatis ⁊
veritatis precepit eſſe viuendū. CHRY. Principes
aūt ſacerdotum nefarias res tractant in feſto. vnde ſequi
tur: Et quere. princi. ſacer. ⁊ ſcri quō ie. interficerēt: Moy
ſes quidez vnū precepit eē principez ſacerdotū ⁊ illo de
functo creari aliuȝ. Tunc vero cū inciperēt iudaici ritus
diſſolui: multi erant principes ſacerdotum annuatim cre
ati. Hi ergo volentes ieſuȝ occidere non metuunt diuina
ne. ſ. ex tpe ſacro malus incurrāt peccati contagium: ſed
vbiq̄ȝ timent humana. vnde ſequitur. Time. ve. plebem.
BE. Non quidem ſeditionem metuentes: ſed cauentes
ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur. Hec autez
ante biduum paſce congregatis eis in atrio cayphe mat
theus acta atteſtatur.

Intrauit aūt ſathanas in iudaȝ qui cognomi
nabat ſchariothi: vnū de duodecim: ⁊ abiīt ⁊ locu
tus ē cū principibus ſacerdotuȝ ⁊ magiſtratibus
quēadmodum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt: ⁊
pacti ſunt pecuniā illi dare. Et ſpopondit. Et q̄re
bat opportunitatē: vt traderet illum ſine turbis.

THEO. Quia dictū ē ꝙ principes ſacerdotū quere
bant modū quo interficientes ieſum nullum incurrerent
periculuȝ: conſequenter modus qui eis occurrit narrat
cum dicitur: Intrauit autez ſathanas in iudam. TY. In
iudam ſathanas intrauit: non impellens: ſed patulū inue
niens hoſtium. naȝ oblitus omniū que viderat ad ſolam
auariciaȝ dirigebat intuitum. CHRY. Ponit autem
eius cognomen ſubdens. Qui cognominabat ſchariothi
Erat enim alius iudas. TY. Subdit aūt: Unus de duo
decim. Nam numerū adimplebat: non autez vere funge
batur apoſtolica dignitate. CHRY. Uel hoc addit euā
geliſta velut abſonum quidez: ac ſi diceret erat de primo
choro diligentius electoꝝ. BE. Non eſt autez huic con
trariū quod ioannes dicit: Poſt buccellā intraſſe in eum
ſathanaȝ: q: nunc intrauit: vt quaſi alienū tentaret. tūc āt
quaſi proprium ad quecunq̄ȝ vellet agenda attraheret.
CHRY. Attende autem magnam iude nequiciam:
tum quia per ſe proficiſcitur: tum quia pro precio hoc fa
cit. Sequitur enim: Et abīt ⁊ locutus eſt cum principi
bus ſacerdotum ⁊ magiſtratibus quemadmodum illum
traderet eis. Et gauiſi ſunt. THEO. Magiſtratus
hic appellātur prepoſiti conſtructionum templi: vel etiā
illi quos Romani populo prefecerant: ne prorūperent in
tumultus: erant enim ſeditioſi. CHRY. Propter aua
riciam autez iudas factus eſt talis. Sequitur enim: Et pa
cti ſūt pecuniā illi dare. Tales enim auaricia generat paſ
ſiones: reddit impios: ⁊ deuȝ ignorare compellit: ⁊ ſi mil
lies benefactum ſit eis: ad nocendū impellit. vnde ⁊ hic
ſequitur: Et ſpopondit. THEO. ideſt pepegit ⁊ pro
miſit ⁊ querebat opportunitatez vt eū traderet ſine turbis
ideſt querebat eū tradere quādo viderat eū ſeorſū exiſtē
tez ſine turbis. BE. Multi aūt iude ſcelus exhorrent:
nec tn̄ cauent qui enim charitatis ⁊ veritatis iura ſpernit
chriſtū q̄ eſt veritas ⁊ charitas prodit: maxime cum non
infirmitate vel ignorātia peccet: ſed ad ſimilitudinē iude
querat opportunitatez: vt arbitris abſentibus: veritatem
mendacio: virtutez crimine immutet.

Uenit autem dies azimorum: in qua neceſſe
erat occidi paſca. Et miſit petrū ⁊ ioannem dicēs
Euntes parate nobis paſca: vt manducemus. At
illi dixerunt: Ubi vis paremus? Et dixit ad eos:
Ecce introeūtibus vobis i ciuitatem occurret vo
bis homo quidam amphoram aque portans: ſe
quimini eum in domum in quam intrat: ⁊ dicetis
patriſfamilias domus: Dicit tibi magiſter: Ubi ē
diuerſorium: vbi paſca cum diſcipulis meis man
ducem. Et ipſe oſtendet vobis cenaculuȝ magnū
ſtratū: ⁊ ibi parate. Euntes aūt inuenerūt: ſicut di
xit illis: ⁊ parauerunt paſca.

TYTVS. Ut nobis dominus celeſte paſca dimitteret
typicum manducauit: figuram remouens: vt veritas locū
obtineret: vnde dicit: Uenit aūt dies azimoꝝ in qua ne
ceſſe erat occidi paſca. BEDA. Dies azimoꝝ paſce
quartādecimā primi menſis appellat: quando fermento
abiecto paſca ideſt agnus occidi ad veſperā cōſueuerat.
EVSE. Siquis aūt dicat: Si prima azimoꝝ diſcipuli
ſaluatori parāt paſca ergo ⁊ eadē die oportet nos paſca
celebrare. Dicemus hoc non fuiſſe monitionez: ſed hiſto
riaȝ facti: quod accidit tempore ſalutifere paſſionis. Ali
ud autez eſt narrare geſta vetera: ⁊ aliud ſancire: ⁊ pote
ris ſtatuta relinquere. Quinetiā ſaluator nō egit paſca cū
iudeis quando agnū imolabant. naȝ illi quidez hoc ege
runt in paraſceue: qn̄ paſſus ē dn̄s: vnde non introierunt
in atriū pilati vt manducarent paſca: ex quo eniȝ veritati
inſidiati ſunt: verbū veritatis a ſe expulerunt: non primo
die azimoꝝ quo die debebat immolari paſca manducan
tes ſo. itū ſibi paſca. erant enim erga aliud attenti: ſed die
ſequenti poſt illā que erat azimoꝝ ſecūda. Dominus vero
prima die azimoꝝ: hoc ē quinta feria ſabbati: paſca cum
diſcipulis peregit. THEO. Eadez autem quinta feria:
mittit duos ex diſcipulis ſuis ad parandū paſca petrū. ſ.
⁊ ioannē: alteꝝ. ſ. vt diligentez: alterū vt dilectū. vnde ſe
quitur: Et miſit petrū ⁊ ioannem dicens: Euntes parate
nobis paſca vt manducemus. Per omnia manifeſtans
ꝙ vſq̄ȝ ad extremuȝ vite non eſt aduerſatus legi. Mittit
autez eos ad alienam domuȝ. nam nulla domus erat ei
neq̄ȝ diſcipulis ſuis: alioquin apud aliquem eorum pa
ſca celebraſſet. ⁊ ideo ſubditur: At illi dixerunt. Ubi viſ
paremus? BEDA. quaſi dicant. Non habemus do
micilium: non habemus tabernaculum: audiant quibus
edificandaꝝ domorū cura eſt: cognoſcant chriſtū omni
um dominum locuȝ vbi caput reclinaret non habuiſſe.
CHRY. Cum autez ignorent ad quem mitterentur ſi
gnū dedit eis: ſicut ⁊ ſamuel ſauli. vnde ſubditur. Et dixit
ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem: occur
ret vobis homo: amphoraȝ aque portans: ſequimini eū
in domuȝ in quaȝ intrat. AMBRO. Primuȝ maieſta
tem diuinitatis aduerte: cum diſcipulis loquitur: ⁊ iam
nouit quid alibi ſit futurum: deinde dignationem eius in
tuere: quia non perſona diuitis aut potentis eligitur: ſed
pauper ambitur ⁊ anguſtum hoſpitium pauperis: ampli
us nobilium edibus antefertur. Sciebat autem domin'
nomen eius cuius ſciebat myſterium: ⁊ occurſum: ſed iō
ſine nomine deſignatur: vt ignobilis eſtimetur. THE.
Uel ideo mittit eos ad hominem ignotum: vt oſtendat
ꝙ paſſionem voluntarie ſubiīt. Qui enim mentez huius
ignoti viri ſubegit vt eos ſuſciperet: poterat quodcunq̄ȝ
voluiſſet cum iudeis tractare. dicunt autem quidam: ꝙ
ideo non dixit nomē hominis: ne proditor cognito noīe
domuȝ panderet phariſeis qui venientes cepiſſent eum

prius q̄ cena fieret ⁊ ſpiritalia myſteria diſcipulis traderet: ſed quibuſdam indicijs in quandā domū dirigit eos. vnde ſequit: Et dicetis patrifamilias domus: dicit tibi magiſter: vbi ē diuerſoriū: vbi paſca cū diſcipulis meis mādūcē. Et ipſe vobis oſtēdet cenaculū magnū ſtratū: ⁊ ibi parate. GLO. Quib⁹ ſignis inueniū diſcipuli ſollicite q̄ mādata eis fuerāt impleuerūt. vñ ſequitur: Euntes aūt inuenerūt ſicut predixit illis ieſus: ⁊ parauerūt paſca. BE. Hoc paſca exponēs apoſtolus ait: Paſca noſtrū imolatus eſt xp̄s: qḋ quidē paſca tūc neceſſe erat occidi: quaſi paterno ɔſilio ac diffinitione ſancitū: qui lȝ die ſequēti hoc ē. xv. lune ſit crucifixus: hac tū nocte qua agnus imolabat a iudeis tentus ac ligatus imolationis hoc eſt paſſionis ſue ſacrauit exordiū. THE. Intelligamus aūt diem q̄dem azimoꝝ totā conuerſationē que ē in luce ſpiritali nullā redolentē vetuſtatē prime preuaricatiōis ade: in qua viuentes nō decet delectari in xp̄i myſterijs. Hec aūt myſteria petrus ⁊ ioannes parant. i. actio ⁊ ɔtēplatio: feruor celi ⁊ manſuetudo pacifica. His aūt paratoribus occurrit hō: q: per predicta reperimus ſtatū hoīs q̄ creatus ē ad imaginē dei: qui portat amphorā aque que ſignificat gratiam ſp̄ūſſancti. Amphora aūt ē humilitas cordis: humilibus enim dat grām: qui ſe cognoſcūt eē terrā ⁊ puluerē. AM. Uel amphora ē mēſura pfectior: aqua aūt ē que ſacramētū xp̄i eē meruit: que lauare meruit nō lauari. BE. Parāt aūt paſca vbi aque infert amphora. q: tp̄s adeſt quo veri paſce cultoribus: typicus de limie auferatur cruor: ⁊ ad tollenda crimina viuifici fontis baptiſma conſecratur.

· ORI. ſup mat. Ego aūt puto ꝙ hō qui ingredientibus diſcipulis in ciuitatē occurrit amphorā aque portans erat quidā miniſter patriſfamilias: portās mūdatoriā aut potabilē aquā in vaſe fictili: quē puto eē moyſen ſpiritalem doctrinā portātē i corporalibus hiſtorijs. Qui aūt nō cōſequuntur ſpiritaliter eū: nō celebrāt paſca cū ieſu. Attendamus ꝗ ipſo dño conſtituto nobiſcū ad ſuperiorē locum in quo ē diuerſoriū: qḋ demonſtrat ab intellectu qui ē in vnoq̄ꝫ hoīe paterfamilias: diſcipulis xp̄i. Hec aūt dom⁹ ſuperior ſit nobis magna vt capiat ieſum v̄bū dei: qḋ nō capit niſi a magnis ſenſu. Et ſit domus hec a p̄refamilias ſ. intellectu pparata filio dei: ⁊ ſit mundata nullo mō hñs malicie ſordes. Sit ē domus illius princeps: nō qualibuſcūq̄ꝫ cognitum hñs nomē. Unde myſtice dicit ſm̄ matheū. Ite ad quendā. AM. In ſuperioribus aūt magnū hȝ ſtratū: vt magnū meritū eius aduertas in quo dñs cū diſcipulis ſublimiū virtutū eius delectatione requieſceret. ORI. ſup mat. Scire aūt debemus qm̄ q̄ in epulationibus ⁊ ſolicitudinibus ſecularibus ſūt: nō aſcēdūt i domū illā ſuperiorē: ⁊ ꝓpterea non celebrant cū ieſu paſca. Poſt ſermones enim diſcipuloꝝ quibus cathecizauerūt patremfamilias idest intellectum venit ⁊ diuinitas coepulans diſcipulis in domo predicta.

**Et cum facta eēt hora diſcubuit: ⁊ duodecim apl̄i cū eo. Et ait illis: Deſiderio deſideraui hoc paſca manducare vobiſcū añq̄ꝫ patiar. Dico enim vobis: q: ex hoc nō manducabo illud: donec impleatur i regno dei. Et accepto calice gratias egit ⁊ dixit: Accipite ⁊ diuidite inter vos. Dico eni vobis ꝙ non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat.**

CIRY. Poſtq̄ diſcipuli paſca parauerant agitur de paſce comeſtione. vnde dicitur: Et cum facta eſſet hora: diſcubuit ⁊ duodecim apoſtoli cū eo. BE. Hora manducādi paſce deſignat quartamdecimā diē primi menſis pducta ad veſperā. xv. luna iam terris apparēte. THE. Sed qualiter dñs diſcumbere dicit: cū iudei ſtantes paſca manducarent? Dicūt ergo ꝙ cū manducauiſſent legale paſca accubuerūt ſm̄ cōmunē vſū mādūcātes quoſdā alios cibos. Sequitur. Et ait illis: Deſiderio deſideraui hoc paſca manducare vobiſcū añq̄ patiar. CIRY. Qḋ ideo dicit q: diſcipulus auarus proditionis tempus explorabat: ſed ne traderet eum ante feſtum paſce: non explicauerat dominus domum vel viꝝ penes quē paſca pageret: cuius cauſam per hec verba oñdit. THEO. Uel dicit deſiderio deſideraui. q. d. Hec vltima mihi cena vobiſcū ē pp̄ qḋ ⁊ amabilis ē mihi: ſicut ⁊ q̄ peregre pfecturi ſūt vltia v̄ba ſuis dulcius pferūt. CHR. Uel hoc dicit: q: p⁹ illud paſca crux iminebat. Inuenim⁹ aūt pluries cū pdicātē ſuā paſſionē ⁊ eā cupiētē euenire. BE. Deſiderat ꝗ primo typicū paſca cū diſcipulis māducare: ⁊ ſic paſſionis ſue mundo myſteria declarare. EVSE. Uel aliter. Cū dñs nouum paſca celebraret: oportune dixit: Deſiderio deſideraui hoc paſca. i. nouū myſterium noui teſtamenti quod tradebat diſcipulis: quod plures ante eū prophete ⁊ iuſti cupiuerant. Sed ⁊ ipſe ſitiens communem ſalutem: hoc tradebat myſteriū quod toti mundo cōpeteret. Paſca vero moyſi ſtatutū erat in vno loco: ſcilicet in hieruſalem celebrari. vnde non congruebat omnibus gentibus. ⁊ ideo non erat deſideratum. EVSE. Ex hoc hebionitarum dementia de carnis eſu redargui poterat: domino manducante paſca iudeorum. vnde ſignanter dixit Hoc paſca. ne quis ad aliud inuertere poſſet. BE. Sic ergo dominus legalis paſce approbator extitit: ⁊ hoc ad ſue diſpenſationis figuram docendo pertinuiſſe vetat vltra carnaliter exhiberi. vnde ſubdit: Dico enim vobis q: ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei: idest nequaq̄ vltra moſaicum paſca celebrabo donec in eccleſia ſpiritaliter intellectum compleatur. ipſa enim eſt regnum dei: ſm̄ illud: Regnum dei intra vos eſt. Ad vetus autem illud paſca cui finem deſiderabat imponere pertinet etiam illud quod ſubditur: Et accepto calice gratias egit ⁊ dixit: accipite ⁊ diuidite inter vos. Ob hoc gratias egit quia vetera tranſitura ⁊ ventura fuerant oīa noua. CHRY. Memento ergo cum ad menſam ſederis ꝙ poſt menſam oportet te orare atq̄ꝫ ideo ventrem impleas ſobrie: ne grauatus nequeas genuflectere ac ſupplicare deo. Non igitur poſt eſcas ad lectum: ſed ad orationē vertamur. Euidenter enim hoc chriſtus ſignificauit: ꝙ poſt eſcas non ſomnus: non cubile: ſed oratio ⁊ ſacrarū lectio ſcripturarum ſuccedere debeat. Sequitur: Dico. n. vobis ꝙ non bibam de generatione vitis: donec regnum dei veniat. BE. Poteſt quidem hoc ⁊ ſimpliciter accipi: ꝙ ab hac hora cene vſq̄ꝫ ad tempus reſurrectiōis quo in regno dei erat venturus: vinum bibiturus non eſſet. poſtea nanq̄ꝫ cibum potumque ſumpſiſſe eum teſtatur petrus dicens. Qui manducauimus ⁊ bibimus cum illo poſtq̄ reſurrexit a mortuis. THEO. Dicitur autem reſurrectio regnum dei: quia mortem exterminauit. vnde ⁊ dauid ait. Dominus regnauit decorem indutus eſt: ſcilicet formoſi amictus: ſm̄ Iſaiam: exuta corporis corruptela. Reſurrectione autem adueniente iterum cum diſcipulis bibit: vt probaret ꝙ reſurrectio non erat phantaſtica. BEDA. Sed multo conſequentius eſt: vt ſicut ſupra typicum agni eſum: ſic ⁊ potum paſce neget ſe guſtaturū: donec oſtēſa gloria regni dei: fides mūdi adueniat vt per duo maxima legis edicta: eſcam ſcilicet ⁊ potum paſcalem ſpiritaliter immutata: diſceres omnia legis ſacramenta ad ſpiritalem obſeruantiā fuiſſe transferenda.

**Et accepto panē gratias egit: ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicēs: Hoc ē corpus meū: qḋ pro vobis dat. Hoc facite in meā ɔmemorationē. Similiter ⁊ calicē poſtq̄ꝫ cenauit dicēs: Hic eſt calix nouū teſtamentū in ſanguine meo: qui pro vobis funditur.**

BEDA. Finitis paſce veteris ſolennijs: tranſijt ad nouum quod in ſue redemptionis memoriā eccleſiā frequentare deſiderat: pro carne agni ⁊ ſanguine: ſue carnis ſanguiniſq̄ꝫ ſacramentum in panis ac vini figurā ſubſtituens: ſacerdos in eternū factus ſm̄ ordinē melchiſedech. vñ dī: Et acce. pane gratias egit. ſicut ⁊ de veteribus terminandis gratias egerat: nobis exemplum tribuens in oī boni operis inchoatione ⁊ perfectione deū eē glorificandū. Sequit: Et fregit. Frāgit ipſe panē quē porrigit: vt oñdat corporis ſui fractionē: nō ſine ſua ſpōte futurā. Et dedit eis dicens: Hoc ē corpus meū qḋ pro vobis tradetur GRE. niſſenus: Panis. n. ante conſecrationē cōis panis ſed vbi ɔſecratur myſterio fit: ⁊ dī corpus xp̄i. CIRY. Nec dubites an hoc veꝝ ſit eo manifeſte dicente: Hoc eſt corpus meū. ſed potius ſuſcipe verba ſaluatoris in fide. Cū. n. ſit veritas: non mentit. Inſaniūt igit dicentes myſticam benedictionē ſanctificatione ceſſare: ſique reliquie remanſerint eius in diē ſubſequētē: Non. n. mutabitur ſacroſanctū corpus xp̄i ſed virtus benedictionis ⁊ viuificatiua gratia iugis in eo eſt. Uirtus. n. viuificatiua dei patris vnigenitū verbū ē qḋ caro factū ē: nō deſinens eē verbum ſed efficiens carnē viuificatiuā. Si. n. i aliquo liquore modicū panis imiſeris: reperies hunc ibibitū qualitatē illius Igit viuificatiuum dei verbū vniens ſeipſum proprie carni: fecit eam viuificatiuā. Nunq̄d ergo ⁊ quoniā in nobis vita dei ē: dei verbo exñte in nobis viuificatiuū erit nr̄m corpus? Sed aliud ē ſm̄ pticipationis habitudinē nos habere in nobis dei filiū: aliud ip̄m fuiſſe factū carnē. i. corpus ſumptum ex alma virgine ꝓprium corpus effeciſſe. Decebat ergo cū noſtris quodamodo vniri corporibus per ſacrā eius carnē ⁊ precioſum ſanguinē que accipim⁹ in benedictione viuificatiua in pane ⁊ vino. Ne. n. horreremus carnē ⁊ ſanguinē appoſita ſacris altaribus: cōdeſcēdēs deus noſtris fragilitatibus iſluit oblatis vim vite Conuertens ea in veritatem ꝓprie carnis: vt corpus vite quaſi quoddā ſemen viuificatiuum inueniat in nobis: vñ ſubdit: Hoc facite in meā cōmemorationē. CHR. ſuper ioannem: Hoc fecit xp̄s ducens nos ad maius amicitie fedus: ſuāq̄ꝫ claritatem declarans erga nos: preſtans ſe nō ſolū videri deſiderantibus: ſed ⁊ palpare ⁊ comedere ⁊ amplecti ⁊ totū affectum explere. Igitur vt leones flammā ſpirantes: ſic ab illa menſa diſcedimus terribiles facti diabolo. BA. Diſce autē quo pacto decet edere corpus xp̄i: in memoriā. ſ. obedientie xp̄i vſq̄ꝫ ad mortē: vt q̄ viuunt nō amplius in ſe viuāt: ſed in eo qui pro eis mortuus ē ⁊ reſurrexit. THEO. Duos aūt calices lucas cōmemorat. de ɔltero quidē ſupradixit. Accipite ⁊ diuidite inter vos: quē dicet aliquis eē typum veteris teſtamenti alteꝝ vero poſt panis fractionē ⁊ diſtributionē ipſe partitur diſcipulis. vñ ſubditur: Similiter ⁊ calicem poſtq̄ cenauit. BEDA. Subaudit. dedit eis: vt ſit plena conſtructio. AVG de con. euange. Uel ꝙ lucas bis de calice cōmemorauit: prius anteq̄ panē daret: inde poſtq̄ panem dedit: illud qḋ ſuperius dixit ꝑoccupauit: vt ſolet: illud vero qḋ ordine ſuo poſuit: nō cōmemorauerat ſuperius. Utrūq̄ꝫ aūt coniunctum eandē ſententiā facit: que illorum ē. ſ. matthei ⁊ marci. THE. Noiat aūt dñs hunc calicem noui teſtamēti. vñ ſequit. Dicēs: hic ē calix nouum teſtamētū in ſanguine meo qui pro vobis fundetur. ſignificat nouum teſtamentū in ſuo ſanguine exordiū ſumere: nā in veteri teſtamento ſanguis animaliū affuit: cū data fuit lex: nunc vero ſanguis verbi dei ſignificat nobis nouum teſtamentum. Cum autem dicit: Pro vobis: non ſignificat pro ſolis apoſtolis corpus chriſti datum ⁊ ſanguinē effuſum fuiſſe: ſed cauſa totius humane nature. Et vetus quidem paſca ad remouēdam ſeruitutem egypti fiebat: ſanguis autem agni ad primogenitorum cuſtodiam: nouum vero paſca ad peccatorum remiſſionem: ſanguis aūt chriſti ad conſeruationem eorum qui dedicati ſunt deo.

. CHRY. Hic enim ſanguis operatur in nobis imaginem regiam: nobilitatem anime non permittit marceſcere: protinus irrigans animā: magnamq̄ꝫ inſpirans virtutem. Hic ſanguis fugat demones: aduocat angelos ⁊ dominū angeloꝝ. Hic ſāguis effuſ⁹ lauit orbē ⁊ adibile fecit celū. Huius pticipes ſanguinis ſunt ſupernis virtutibus amicti regio pallio: magis aūt ip̄o rege induti. Et ſicut ſi mūdus acceſſeris ſalubriter acceſſiſti: ſic ſi imbutus conſcientia praua: dānoſe accedis in penā ⁊ ſupplicia. Nā ſi qui imperatoriā coinquināt purpurā: pari pena plectunt cū eis qui diſcindunt: abſurdū non ē ſi ⁊ qui obſcena mēte corpus xp̄i recipiūt: pari pena plectunt cum his qui illud clauis trāſfoderūt. BE. Quia vero panis confirmat: vinum vero ſanguinē operat in carne: hoc ad corpus xp̄i illud refertur ad ſanguinē. Uerū q: ⁊ nos in xp̄o ⁊ in nobis xp̄m manere oportet: vinū dominici calicis aqua miſcetur teſte enim ioanne. Aque populi ſūt. THEO. Primo autē datur panis: ſecūdario calix: prior enim ē i ſpiritalibus laborioſus actus velut panis: nō ſolum q: i vultus ſudore laboratur: ſed ē q: dū comedit: non ē facilis ad glutiendū. Deinde poſt labores ſequitur exultatio diuine gratie que ē calix. BE. Ideo aūt tunc cenati ɔmunicarūt apoſtoli: q: neceſſe erat paſca typicū ante cōſummari: ⁊ ſic ad veri paſce ſacramenta trāſiri. nūc aūt in honorem tanti ſacramenti placuit magiſtris eccleſie: prius nos ſpiritalibus epulis refici: ac deīde terrenis. GRECVS. Totū aūt corpus ⁊ ſanguinē dñi ſuſcipit ē ſi myſterioꝝ partem accipiat. Sicut. n. vnum ſigillū diuerſis totā ſuā figuram impartitur: ⁊ integrum manet poſt diſtributionem ⁊ ſicut vna vox penetrat ad multoꝝ auditus: ſic nulli dubium ſit corpus ⁊ ſanguinem dñi totū in oībus reperiri. Fractio aūt panis venerandi paſſionem ſignificat.

**Uerūtñ ecce manus tradētis me: mecū ē i mēſa. Et q̄dē filius hoīs ſm̄ ꝙ diffinitū ē vadit. Uerun tñ ve hoī illi p quē tradet. Et ipſi ceperūt querere inter ſe: quis eēt ex eis qui hoc facturus eſſet.**

AVG. de concor. euange. Cum tradidiſſet dominus diſcipulis calicē rurſus de traditore ſuo locutus eſt dicens Uerūtamen ecce manus tradētis me: mecū eſt in menſa. THEO. Quod dixit nō ſolū vt oñdat ſe ſcire futura: ſed ē vt oñdat nobis propriā bonitatē: ſȝ quā nō pretermiſit quin perſequeretur ea que ſpectabant ad deum. Dat enim nobis exemplum: vt vſq̄ꝫ ad finem ſatagamus lucrari peccatores: ⁊ vt oñdat proditoris nequiciam: qui ⁊ cōuiua fieri nō erubuit. CHRY. Et particeps exñs myſterioꝝ conuerſus non eſt. fit enim ſcelus eius vtrinq̄ꝫ immanius: tum quia tali propoſito imbutus adijt myſteria: tū q: adiens melior factus nō fuit: nec metu nec beneficio nec honore. BE. Et tamen non deſignat ſpecialiter: ne manifeſtius correptus impudentior fieret. Mittit autem crimē in numero: vt agat conſcius pniam. Predicit autem ⁊ penam vt quem pudor non vicerat: corrigant denunciata ſupplicia. vnde ſequitur. Et qui. fi. ho. ſm̄ ꝙ diffinitum ē vadit. THEO. Nō quaſi nō valens tueri ſeip̄m: ſed ſicut definiens ſibi mortem: propter humanam ſalutem.

CHRY. Sed q: iudas ea que ſunt ſcripta praua intentione agebat ne quis putet eū innoxiū tanq̄ diſpenſationis miniſtrum ſubdit. Uerumtamē veh homini illi p quē tradetur. BE. Sed ⁊ veh homini illi qui ad menſam dñi indignus accedens i exemplum iude filium hoīs tradit: nō quidem iudeis: ſȝ peccatorib⁹ mēbris ſuis. Et quanuis ſcirent. xj. apoſtoli. ꝙ nihil contra dominum cogitarēt: quia tamen plus credunt magiſtro q̄ ſibi: timentes fragilitatē ſuam: querunt de peccato cuius cōſcientiam non habent. Sequitur enim. Et ipſi cepe. querere inter ſe. quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. BA. Sicut. n. in corporalib⁹ paſſionibus ſunt multe quas non ſentiunt patiētes: porro magis adhibent fidem coniecture medicoꝝ q̄ propriā inſenſibilitatē attendāt: ſic ⁊ anime paſſionibus ſiquis in ſe peccatū non ſentiat: credere tamen debet his qui plus poſſunt cognoſcere ſua peccata.

Facta ē aūt: ⁊ cōtentio īter eos: quis eoꝝ videretᷣ eſſe maior. Dixit aūt eis: Reges gentiū dn̄antur eoꝝ ⁊ q ptātē hn̄t ſup eos benefici vocant. Uos aūt nō ſic: Sed q maior ē ī vobis fiat ſicut minor ⁊ q preceſſor ē ſicut miniſtrator. Nā qs maior ē: q recumbit an qui miniſtrat? Nōne q recūbit? Ego aūt in medio veſtrū ſum ſicut qui miniſtrat.

THEO. Cum inter ſe quererent quis eēt dn̄ꝫ traditurus: ꝯſequēs erat adinuicē ſibi dicere: Tu ꝓditurus es ⁊ ex hoc coacti ſūt dicere ego potior: ego maior: ⁊ ſimilia. vn̄ dī. Facta ē aūt ⁊ ꝯtentio inter eos quis eoꝝ videretur eē maior. GRECVS. Uel hec ꝯtētio vī habuiſſe motiuū: ꝙ cū dn̄s ab hoīb⁹ trāſmigraret: oportebat aliquē fieri alioꝝ principē: q̄ſi dn̄i vicē gerētē. BE. Sicut āt boni in ſcripturis patrū q̄bus ꝓficiāt ⁊ humilientur requirūt: ſic reprobi ſi q̄d forte in electis reph̄ēſibile repererit: quaſi ſuas ex eo neq̄tias obtectari libenter ſolēt amplecti. Jō multi ardētius legunt: ꝙ facta ē ꝯtentio inter diſcipulos xp̄i. AM. Si. n. cōtēdebāt apl̄i nō excuſationi obtēditᷣ: ſed cautioni proponitᷣ. Caueamus ğ ne ī ꝓditiōe aliq̄ inter nos de ꝓlatiōe poſſit eē cōtentio. BE. Potius aūt videamus: nō q̄d carnales adhuc diſcipuli geſſerint: ſed quid iuſſerit ſpiritalis magiſter. Sequr. n. Dixit āt eis: Reges gentiū dn̄antur eoꝝ. CHR. Gentiliū meminit: vt ex hoc reꝫ vituperādā oñdat. Gentiliū ē ambire ꝑmatū. CIRY. Sed ⁊ blādi ſermones eis offeruntᷣ a ſubditis. vn̄ ſequitᷣ: Et q̄ ptātē hn̄t ſup eos benefici vocant. Sed illi quidem q̄ſi extorres a ſacris legibus huiuſmodi ſubiacēt morbiſ: veſtrū aūt culmen ē in humilitate. vn̄ ſequr: Uos aūt nō ſic: ſꝫ q̄ maior ē ī vobis fiat ſicut minor. BASI. Nō ğ extollat ꝓſidētē dignitas: ne ab humilitatis beatitudine corruat. Jllud āt nouerit ꝙ humilitas vera miniſteriū pluriū ē. Sicut. n. q̄ pluribus miniſtrat vulneratis ⁊ abſtergit cuiuſlibet vulneris ſaniē: nō ſumit miſteriū ī cām elatiōis: ſic multo magis cui ꝯmiſſe ſūt cure fraternoꝝ languorꝫ vt oīuꝫ miniſter redditurus ꝓ oībus rōneꝫ: cogitare dꝫ ⁊ eē ſollicitus. ⁊ ſic qui maior ē: fiat ſicut minor. Decet āt ⁊ corporale obſequiū ab his q̄ preſidēt offerri exemplo dn̄i lauātis pedes diſcipuloꝝ. vn̄ ſequitᷣ: Et q̄ preceſſor ē ſicut miſtrator. Nō ē aūt timēdū ne in ſubdito ſoluat humilitatis ꝓpoſitū: dū ei a maiori ſeruitᷣ: ſꝫ ī imitatiōe pandit humilitas. AM. Cōtuendū ē aūt qr nō oīs honorificentie ſtudio humilitas deſinitᷣ. Pōt. n. deferre alicui pp ſeculi gratiā potētie metū: vtilitatiſq̄ ꝯmitiū: tua edificatio querit nō alterius honor: ⁊ iō vna datᷣ oībus forma ſnie vt nō de prelatiōe iactantia ſit: ſed de humilitate ꝯtentio. BE. Jn hac tn̄ forma a dn̄o tradita maiores nō minima diſcretiōe opus hn̄t: ne. ſ. ad inſtar regū gentiū dn̄ari ſubiectis: ſeq̄ ab eis gaudeāt laudibus attolli. ⁊ tn̄ ꝯ deliquētiū vitia ꝓ ꝫelū iuſticie ſint erecti. Ad verba aūt exhortationis ſuimet adiungit exemplū. vn̄ ſequitᷣ: Nā q̄s maior ē q̄ recūbit an q̄ mini. Nōne q̄ recū. Ego aūt ī me. ve. ſū: ſi. q̄ mini. CHR. q. d. Nō putes diſcipulū tui egere: te vero nō illius. Ego. n. q̄ nullo egeo: quo vniuerſa egent celeſtia ⁊ terreſtria: ad miniſterialē gradū cōdeſcēdi. THEO. Oñdit aūt ſe miſtrantē eis cū panē ⁊ calicē diſtribuit: cui⁹ miniſterij mētionē facit rememorans eos ſi de eodē pane comederūt: ⁊ de eodē calice biberūt ſi ipſe xp̄s oībus miniſtrauit: vnū debēt oēs ſentire. BE. Uel loquitᷣ de miniſterio quo ſm̄ ioannē eoꝝ pedes lauit dn̄s ⁊ mgr̄: ꝗuis āt vbo miſtrādi poſſint oīa q̄ ī carne geſſit ītelligi: ſꝫ ⁊ ſuū ſanguinē ſe ꝓ [illegible]is effundere miniſtrando ſignificat.

Uos aūt eſtis q ꝑmanſiſtis mecū in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū: vt edatis ⁊ bibatis ſuper menſam meā in regno meo: ⁊ ſedeatis ſuper thronos duodeciꝫ iudicantes duodecim tribus iſrael.

rideret᷑ plebe reddita ſuſpecta: ⁊ nouitatibus gaudente.
Miſſio aũt xp̄i a pilato ad herodē fit amicitie cois exor-
diũ quaſi pilato nõ vſurpāte ſibi ſubditos ditiõi herodis
vñ ſubdit᷑. Et fa. ſũt ami. he. ⁊ pi. in ipa die: nam ante ini.
erant ad inuicē. Attende diabolũ vbiq3 coniũgentēꝫ diſ-
iuncta: vt xp̄i ꝑagat necē. Erubeſcamus ḡ nos: ſi cauſa no
ſtre ſalutis nec amicos in ꝓprio federe cõſeruem᷒. AM.
In typo ēt herodis atq3 pilati: q̄ amici ex inimicis ꝑ Ieſũ
xp̄m facti ſũt: ⁊ plebis iſraelis ⁊ populi gētilis figura ſer
uat᷑: ꝙ per dñi paſſionē vtriuſq3 ſit futura ↄcordia: ita tñ
vt prius populus nationũ capiat dei verbũ: ⁊ ad popu-
lum iudeoꝝ fidei ſue deuotionē trāſmittat: vt illi quoq3
gloria maieſtatis ſue corp᷒ veſtiāt xp̄i q̄ꝺ̄ ante deſpexerat
BEDA. Uel hoc herodis ⁊ pilati fedus ſignificat: q̄ꝺ̄
gentiles ⁊ iudei genere ⁊ religione ⁊ mente diſſidentes: in
chriſtianis perſequendis conſentiunt.

Pilatus aũt cõuocatis principibus ſacerdo
tuꝫ ⁊ magiſtratibus ⁊ plebe: dixit ad illos. Obtu
liſtis mihi hunc hominē: quaſi auertentē populũ
⁊ ecce ego corã vobis interrogās nullã cãm inue
nio in hoie iſto: ex his in quibus eũ accuſatis. Sꝫ
neq3 herodes. Nã remiſi vos ad illuꝫ: ⁊ ecce nihil
dignũ morte actũ ē ei. Emendatũ ergo illũ dimit
tam. Neceſſe autē habebat dimittere eis per dieꝫ
feſtum vnum. Exclamauit aũt ſimul vniuerſa tur
ba dicens. Tolle hunc: ⁊ dimitte nobis barrabaꝫ
Qui erat ꝓpter ſeditionē quādã factã in ciuitate ⁊
homicidiũ miſſus in carcerē. Iteꝝ aũt pilatus lo
cutus eſt ad eos: volens dimittere ieſuꝫ. At illi ſuc
clamabant dicētes. Crucifige crucifige eũ. Ille āt
tertio dixit ad illos. Quid eniꝫ mali fecit iſte. Nul
lam cauſam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo
illũ: ⁊ dimittam. At illi inſtabāt vocibus magnis
poſtulantes vt crucifigeretur: ⁊ inualeſcebant vo
ces eoꝝ. Et pilatus adiudicauit fieri petitionē eoꝝ
Dimiſit autem illis eum qui propter homicidiũ
⁊ ſeditioneꝫ miſſus fuerat in carcerem quem pete
bant. Ieſum vero tradidit voluntati eorum.

AVG. de con. euan. Rediens lucas ad ea que apud p̄
ſidē gerebant᷑. vnde digreſſus erat vt narraret q̄ꝺ̄ apō he
rodē actũ ē ita dicit: Pilatus aũt conuo. prin. ſacer. ⁊ ma.
⁊ ple. di. ad eos: obtu. mi. hũc ho. q̄ſi auer. po. ⁊ ec. ego
co. vo. inter. nul. cau. inue. in ho. iſto ex his in qui. eũ ac-
cuſatis. Hic intelligimus eũ pretermiſiſſe quēadmodũ a
dño queſierit: quid accuſatoribus reſpõderet. AM. Hic
pilatus xp̄ꝫ abſoluit iudicio: crucifigit miniſterio. ad he
rodē mittit: ad pilatũ remittitur. vñ ſeq̄tur. Sed neq3 he.
naꝫ remiſi vos ad illũ: ⁊ ecce nihil dignũ morte actuꝫ eſt
ei. Et ſi vterq3 reũ non pronũciat: ob metuꝫ tñ aliene cru-
delitatis ſtudijs pilatus obſeq̄tur. THEO. Duoꝝ ergo
viroꝝ teſtimonio ieſus inſons oñditur. iudei vero q2 ac-
cuſabant nullũ teſtē obtulerũt: cui credere oporteret. Ui
de ergo q̄ñ ſuperet veritas: Ieſus tacet: ⁊ teſtant᷑ inimici
ꝓclamāt iudei: ⁊ nullus eoꝝ atteſtatur clamoribus. BE.
Pereant ergo ſcripta que tanto poſt tpe ↄtra xp̄m ↄpoſi
ta: nõ illum apud pilatũ magice artis accuſatũ: ſed ↄpo-
nentes apud dñm p̄fidie ⁊ falſitati accuſandos eē demõ
ſtrant. THEO. Lentus ergo pilatus nec ſatis apud ve
ritatē ſeuerus: q2 timebat accuſationes ſubiungit. Emen
datũ ergo illũ dimittã. BE. q. d. flagris illum ⁊ ludibrijs
quātũ iubetis afficiã: dummodo innoxiũ ſanguinē nõ ſi-
tiatis. Sequit᷑: Neceſſe āt habe. dimit. eis ꝑ di. feſtũ vnũ.
Neceſſe habebat non iperialis legis ſanctione: ſed annua
gentis cõſuetudine deuictus: cui per talia gaudebat pla-
cere. THEO. Romani eniꝫ iudeis ↄceſſerāt ſm leges
⁊ ritus proprios cõuerſari. Mos aũt patrius erat iude-
is petere damnatos a principe: ſicut a ſaule ionathan peti
uerunt. vnde ⁊ de eoꝝ petitione nunc ſubdit᷑. Excla. autē
ſi. vni. tur. di. Tolle hũc ⁊ dimit. no. bar. q̄ erat ꝑꝑ ſedi. q̄n
dāꝫ factã in ciui. ⁊ homi. miſ. in carcerē. AM. Non ime-
rito homicide abſolutionē petũt: qui flagitabāt innocen-
tis exitiũ: tales leges hꝫ iniquitas: vt ꝙ oderit innocentia
ſcelus diligat. In quo tñ nois interpretatio ſpēm dat figu
re: barrabas. n. patris filius latine dicit᷑. Illi ergo quib᷒
dī. Uos ex p̄re diabolo eſtis: vero dei filio: patris ſui filiũ
ideſt antichriſtũ prelaturi eē ꝓdunt᷑. BE. Heret aũt iude-
is vſq3 hodie ſua petitio: q2. n. data ſibi optione: ꝓ ieſu
latronē: ꝓ ſaluatore interfectorē elegerũt: merito ſalutem
vitãq3 ꝑdiderũt: ⁊ latrocinijs ſe ac ſeditionibus intantũ
ſubiecerũt vt ⁊ patriã ⁊ regnũ ſuũ ꝑdiderit. THE. Sic ḡ
gens olim ſancta furit ad cedendũ: pilatus gentilis cedē
ꝓhibet. Sequit᷑. n. Iteꝝ aũt pila. locu. eſt ad il. vo. di. ieſũ
At il. ſuccla. di. Cru. cru. eũ. BE. Peſſimo. n. genere mor
tis occidere innocentē: hoc ē crucifigere deſiderant. Pen
dentes. n. in ligno crucifixi clauis ad lignũ pedibus ma-
nibuſq3 cõfixis ꝓducta morte necabant᷑: ne dolor citius
fineret᷑. Ueꝝ a dño electa erat mors crucis quã diabolo
ſuperato: tanꝗ̄ tropheũ in frontibus fideliũ erat poſitu-
rus. THE. Tertio aũt pilatus xp̄m abſoluit. Sequit᷑. n.
Ille aũt ter. dixit ad il. Quid eniꝫ mali fecit iſte: nul. cau.
mor. inue. in eo. Cor. ḡ il. ⁊ dimittã. BE. Hāc correptõeꝫ
qua populo ſatiſfaceret: ne vſq3 ad crucifigendũ ſaluato-
rem ſeuirent: pilatus querebat: non ſoluꝫ obtuliſſe: ſed ēt
deridendo ⁊ flagellādo exhibuiſſe: verba ioannis teſtan
tur. Quia vero totã accuſationē quã aduerſus dñm detu
lerunt: ſollicita interrogatione videbant euacuatã: tandē
ad ſolas preces conuertũt. vñ ſequit᷑: At il. inſta. vo. ma.
poſtu. vt cru. ⁊ inua. vo. eoꝝ. THE. Tertio clamant cõ
tra xp̄m: vt per trinã hāc vocē: ſuã eē occiſionem chriſti
approbēt: quã petendo extorſerũt. Sequit᷑ eniꝫ. Et pila.
adiu. fieri peti. eoꝝ: dimi. aũt eum il. qui ꝑꝑ homi. ⁊ ſedi.
miſ. fue. in car. ie. ve. tradi. volun. eoꝝ. CHRY. Puta-

bant enim hoc ſe poſſe aſtruere ꝙ ieſus deterius eſſet latrone ⁊ adeo nequã: vt neqꝫ pro pietate: neqꝫ pro feſti pꝛerogatiua deberet liberari.

Et cũ ducerẽt eũ apphenderũt ſimonẽ quẽdã cyreneñſem veniẽtẽ de villa: ⁊ impoſuerũt illi crucẽ portare poſt ieſũ. Sequebat̃ aũt illũ multa turba populi ⁊ mulierꝫ: que plangebãt ⁊ lamentabãtur eũ. Cõuerſus aũt ad illas dixit ieſus: Filie hieruſalẽ: nolite flere ſuper me: ſed ſuper vosipſas flete ⁊ ſup filios vr̃os. Quoniã ecce venient dies in quibus dicẽt: Beati ſteriles: ⁊ ventres q non genuerũt: ⁊ vbera que nõ lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus: cadite ſup nos: ⁊ collibus operite nos. Quia ſi in viridi ligno hec faciunt: in arido qd fiet? Ducebãt aũt ⁊ alij duo neqꝫ cũ eo: vt interficerẽtur.

GLO. Poſita ↄdẽnatione chriſti: ↄueniẽter agit de eius crucifixione cũ di. Et cũ ducerẽt eũ appꝛehẽderunt ſimonẽ quẽdã cyreneñſẽ veniẽtẽ de villa: ⁊ impoſuerũt ei crucẽ portare poſt ieſum. AVG. de con. euan. Joannes aũt narrat ꝙ ieſus baiulabat ſibi crucẽ. vnde intelligit̃ ꝙ ipſe ſibi portabat crucẽ cũ exiret in eũ q dr̃ caluarie locũ: Simon aũt in itinere angariatus ẽ: cui data eſt portanda crux vſqꝫ ad locũ: nullus. n. aliorꝫ acceptabat crucẽ baiulare: eo ꝙ lignum deteſtabile putabat̃: ⁊ ĩo ſimoni cyreneo quaſi in quandã iacturã impoſuerũt crucẽ portare quã alij recuſabãt. Hic adimple illud iſaie: Cuius pꝛincipatus ſup humerꝫ eius. pꝛincipatus. n. chriſti ẽ crux eius pp quã ſm apoſtolũ deus eũ exaltauit. Et ſicut i ſignũ digni tatis alij baltheũ alij mitrã portãt: ſic ⁊ dñs crucẽ. Et ſi inquires inuenies nõ aliter in nobis regnare ieſum: niſi per aſperitates: quo fit vt delicioſi inimici ſunt xp̃i crucis.

AM. Chriſtus ergo crucẽ baiulãs: iam tropheũ ſuum victor attulit crux ſup humeros imponitur: qꝛ ſiue. ſimon ſiue ipſe portauerit: ⁊ xp̃s in hoĩe: ⁊ homo portauit i chriſto. Nec diſcordant euangeliſtarꝫ ſnĩe qñ cõcordat myſteriũ. Et bonus ordo noſtri ꝓfectus ẽ: vt pꝛius crucis ſue trophea ipſe erigeret: deinde martyribus traderet erigendũ. Nõ iudeus ẽ qui crucẽ portat: ſed alienigena atqꝫ peregrinus: nec pꝛecedit: ſed ſequit̃: iuxta hoc qd̃ ſcriptũ eſt: Tollat crucẽ ſuã ⁊ ſequatur me. BE. Simon aũt obediens cyrene heres interpꝛetatur. vnde p eũ populi gentiũ deſignãtur: qui quondã peregrini ⁊ hoſpites teſtõrꝫ nũc obediẽdo facti ſũt dei heredes. De villa aũt ſimon egrediens: crucẽ portat poſt ieſum: cũ paganis ritibus derelictis: veſtigia dominice paſſionis obediẽter amplectitur. Uilla. n. grece pagos vocatur: a qua pagani nomẽ trahũt.

THEO. Uel ille tollit crucẽ xp̃i qui venit a villa. i. dimitit hũc mũdũ ⁊ opera eius: in hieruſalem. i. in ſupnã libertatẽ tẽdẽs. Ex hoc ẽt nõ modicũ ſumitur documẽtũ. Qui. n. ad modũ xp̃i magiſter eſt: debet ipe pꝛius tollere crucẽ: ⁊ timore dei pꝛopꝛiã carnẽ cõfigere: ⁊ ſic ſubditis ⁊ obedientibus eam imponere. Seq̃t aũt xp̃m ẽt multitudo plebis ⁊ mulierꝫ. nam ſubdit. Sequebatur aũt illũ multa turba populi ⁊ mulierꝫ que plangebãt ⁊ lamẽtabant eũ.

BEDA. Multa quidẽ turba crucẽ dñi: ſed non vna eadẽqꝫ mẽte ſequebat̃. Nã populus qui eius mortẽ impetrauerat: vt morientẽ letus aſpiceret: mulieres vero vt moꝛituꝛꝫ ploꝛarẽt. Nõ aũt ideo ſolus mulierꝫ planctus ſequebatur: qꝛ nõ ẽt innumerus virorꝫ cetus de eius erat paſſione meſtiſſimus: ſed qꝛ femine9 quaſi cõtẽptibilioꝛ ſexus liberius poterat qd̃ ſenſerat oſtentare. CIRY. Amans etiã lachꝛymarũ ẽ ſemper ſexus femineus ⁊ mentẽ hñs flexibilẽ ad pietatẽ. THEO. Per hoc ẽt ſignificabatur ꝙ multitudo magna iudeorꝫ cẽt poſt crucẽ itura credẽs in ieſum. Sed ⁊ mens infirma que ſignificatur per feminã: ſi ſumpta coꝛdis contritione per penitentiã fleat: ſed tur ieſum pꝛopter noſtram ſalutem afflictum. Flebãt igit̃ mulieres per cõpaſſionẽ. Eum aũt qui vltro patitur flere nõ opoꝛtet: ſed magis ei applaudere: ⁊ ideo eas flere vetat. Sequit̃. n. Cõuerſus aũt ieſus ad illas dixit. Filie hieruſalẽ: nolite flere ſup me. BEDA. Cuius. ſ. cita reſurrectio mortẽ ſoluere põt: cuius mors ⁊ oẽm mortẽ ⁊ ipſiũ mortis deſtructura ẽ auctorẽ. Notãdum autem cũ filias hieruſalem appellat: ꝙ nõ ſole que cũ eo venerant a galilea: ſed ⁊ eiuſdẽ vrbis ciues ei mulieres adheſerunt.

THEO. Mãdat de ploꝛantibus eũ in futura mala ꝓſpectũ intẽdere: ⁊ ſuper illis flere. Sequit̃. n. ſup vosipſas flete ⁊ ſuper filios veſtros. CIRY. Significans in futuro mulieres liberis eẽ oꝛbandas: nam irruẽte bello in terra iudeorꝫ cuncti ſimul peribunt magni ⁊ parui: vñ ſeq̃tur. Quia ecce venient dies in quibus dicent: beate ſteriles: ⁊ ventres qui non genuerũt: ⁊ vbera que non lactauerũt.

THEO. Cũ. n. femine crudeliter ſuos aſſabunt filios ⁊ venter qui ꝓduxerat flebiliter: iterato recipiet genitum.

BEDA. In quo dĩe venture a romanis obſidionis ⁊ captiuitatis tp̃s ſignificat de quibus ſupꝛa dixerat. Ue pꝛegnãtibus ⁊ nutrientibus in illis diebus. Naturale eſt aũt iminente captiuitate hoſtili alta vel abdita quib9 abſcondantur hoĩes refugia querere. vñ ſeq̃tur: Tunc incipient montibus dicere. Cadite ſuper nos: ⁊ collib9: operite nos. Refert. n. ioſephus inſiſtentibus ſibi romanis: certatim iudeos cauernas montiũ colliũqꝫ petiſſe ſpeluncas: põt. n. ꝙ beatificandas dicit ſteriles de his intelligi q vtrolibet ſexu ſe caſtrauerunt pp regnũ celorꝫ montibus collibuſqꝫ dici: cadite ſuper nos: ⁊ operite nos: cũ qlibet ſue fragilitatis memoꝛes ingruente tentationũ articulo: ſublimium quorumcũqꝫ virorꝫ queſierint exemplis monitis ⁊ pꝛecibus defendi. Sequitur. Quia ſi in vi. li. hec fa. in ari. quid fiet? GRE. xxj. mo. Se lignum viride: ⁊ nos lignũ aridũ dixit: qꝛ ipſe in ſe vim diuinitatis habuit nos vero q puri hoĩes ſumus: lignũ aridũ appellamur.

THEO. quaſi dicat iudeis: Si ergo in me lignũ fructiferum iugiter virẽs taliter ſeuierũt romani: quid non attẽtabunt erga vos: populũ dico quaſi lignum aridum pꝛiuatum qualibet viuificante virtute: nec vllum fructum ferentem. BE. Uel quaſi oĩbus diceret. Si ego qui peccatum non feci: lignũ vite appellatus ſine igne paſſionis a mundo nõ exeo: qd putas eis manere tormenti qui ſunt fructibus vacui? THEO. Malã aũt opinionem de domino innuere volens diabolus: ẽt latrones faciebat crucifigi cum eo. vnde ſequitur. Duce. autem ⁊ alij duo neq̃ cum eo vt interficerentur.

Et poſtq̃ venerũt in locum q vocat̃ caluarie: ibi crucifixerũt eum: ⁊ latrones: vnum a dextris: alterum a ſiniſtris

ATHA. vbi coꝛruptũ ẽ genus humanũ: ibi xp̃s ꝓ pꝛiũ coꝛpus expoſuit: vt vbi ſeminata ẽ coꝛruptio: ibidẽ incoꝛruptio oꝛiatur: pp qd̃ in loco caluarie crucifigitur. Dicitur. n. Et poſtq̃ vene. in lo. q vo. cal. ibi cruci. eum. Quẽ locũ doctoꝛes iudeorꝫ aiunt eſſe ſepulchꝛum ade.

BEDA. Uel aliter: Foꝛis poꝛtã loca erãt in quib9 trũcabant̃ capita damnatorꝫ: ⁊ caluarie. i. decollatorꝫ ſũpſerunt nomen: Et ſic pꝛo oĩum ſalute quaſi noxius: inter noxios crucifigitur: vt vbi abundauit peccatũ: ſupabundet ⁊ gratia. CIRYL. Non aũt ipe vnigenitus dei filius in pꝛopꝛia natura qua deus ẽ: paſſus ẽ: que ſunt coꝛpoꝛis: ſed magis in natura terrena. Decet. n. vtrunqꝫ de vno ⁊ eodẽ filio dici. ſ. ⁊ non pati diuine: ⁊ paſſum eẽ humanitus. EVSE. Si aũt aliter poſt ↄuerſationem cũ hoĩbus euaneſcens ſubito euolaret fugiens mortẽ ab hoĩbus cõpararetur phantaſmati: ⁊ quemadmodũ ſiquis incõbuſtibile quoddã nobis vas: ⁊ pꝛeualẽs ignis nature vellet oſtendere flamme illud traderet: ⁊ conſequenter a flãma illud illeſum extraheret. Sic dei verbum volens oſtendere inſtrumentum quo viſus eſt ad humanã ſalutem eſſe pꝛeualens morti moꝛtale morti expoſuit ad demonſtrandã eius naturã: deinde poſt modicũ a morte illud eripuit in ſignũ diuine virtutis. Et pꝛima quidẽ cã mortis xp̃i hec ẽ: ſecunda vero diuine ptãtis oñſio: coꝛpus xp̃i inhabitantis: cũ. n. antiquitus deificarent hoĩes cõem exitum mortis ſoꝛtitos: quos heroas ⁊ diuos noĩabant: docuit illũ ſolũ moꝛtuũ verũ deũ eẽ fatẽdũ: quẽ bꝛauia victoꝛie morte pꝛoſtrate decorẽt. Tertia ratio ẽ victima pꝛo toto genere hoĩm mactanda: qua oblata tota ptãs demonũ periit: ⁊ error quilibet eſt ſedatus. Eſt ⁊ alia cã ſalutifere mortis: vt diſcipuli oculata fide ↄſpicerẽt reſurrectiõem poſt mortẽ: ad quã ꝓpꝛiã ſpem erigere docebant: vt mortem ↄtẽnentes: agonẽ ↄ erroꝛes inirẽt alacriter. CHRY. Non aũt ſui mortẽ quã nõ habebat: cũ ſit vita: ſed hoĩm venit ↄſumpturus ſaluatoꝛ. vñ nõ pꝛopꝛia morte coꝛpus depoſuit: ſed ab hoĩbus illatã ſuſtinuit: ſed ⁊ ſi egrotauiſſet coꝛpus eius: ⁊ in conſpectu oĩum ſolueretur: inconueniens erat eũ q ſanare aliorꝫ languoꝛes hẽe pꝛopꝛiũ coꝛpus affectũ languoꝛib9: ſed ⁊ ſi abſqꝫ aliquo moꝛbo ſeoꝛſum alicubi coꝛpus depoſuiſſet: ac deinde rurſus ſe offerret nõ crederet̃ ei de reſurrectione diſſerenti: opoꝛtet enĩ mortẽ reſurrectionẽ ꝓcedere. Cur ergo reſurrectionẽ palã quidẽ ꝑdicaret: clanculo vero moꝛeret̃: nimirꝫ ſi latenter hec euenirent: qd̃ excogitarẽt hoĩes incredulitatis calumnias: quõ pateret xp̃i in mortẽ victoꝛia: niſi corã oĩbus eam patiens p incoꝛruptionẽ coꝛpoꝛis ꝓbaſſet extinctã. Sed dices: decebat ſaltẽ glorioſã mortẽ ſibi excogitare: vt euitaret ignominiã crucis: ſed ⁊ ſi hoc feciſſet: ſuſpectũ ſe reddidiſſet: quaſi nõ hñs virtutẽ contra quãlibet mortem. Sicut ergo pugil ꝓſternẽs illũ quẽ hoſtes obtulerit: oñditur excellentioꝛ oĩbus: ſic oĩum vita ab hoſtibus illatam quã putabãt eẽ dirã ⁊ infamẽ ⁊ deteſtabilẽ mortẽ in cruce ſuſcepit: vt hac interẽpta dominiũ mortis totaliter deſtruat̃: pp qd̃ nõ caput ei amputat̃ vt ioanni: neqꝫ ſectus ẽ vt iſaias: vt coꝛpus integꝝ ⁊ indiuiſibile morti ſeruet: ⁊ non fiat occaſio volentibus eccleſiã diuidere. Uolebat ẽt ſubpoꝛtare quã incurreramus maledictionẽ: maledictam mortẽ. ſ. crucis ſuſcipiendo ſm illud. Maledict9 homo qui pendet in ligno. In cruce ẽt expãſis manibus moꝛit̃: vt altera quidẽ manu veterẽ populũ: altera eos qui ſunt ex gentibus trahat: vtroſqꝫ ſibi coniungẽs. Moꝛiens etiã in cruce a demonibus expiat aerẽ ⁊ aſcenſũ nobis parat in celũ. THEO. Quia ẽt p lignũ mors intrauerat: neceſſe erat vt per lignũ exterminaret̃: ⁊ vt dñs per ligni doloꝛes inuictus tranſiens ↄfutaret delectationem pꝛoueniẽtẽ ex ligno. GRE. niſenus: Sed ⁊ figura crucis a medio cõtactu in quattuoꝛ extrema ptita: ſignificat virtutẽ ⁊ pꝛouidentiã eius qui in ea pepẽdit vbiqꝫ diffuſã.

AVG. de q̃. no. ⁊ ve. teſtamẽti: Nõ fruſtra ẽt tale genus mortis elegit: vt latitudinis: ⁊ altitudĩs: ⁊ lõgitudinis ⁊ ꝓfunditatis: de qb9 apoſtolus loq̃t magiſter exiſteret. Nã latitudo ẽ in eo ligno: qd̃ tranſuerſũ deſuper figit̃: hoc ad bona opa ptinet: qꝛ ibi extẽdũt man9. Lõgitudo in eo qd̃ ab ipſo ligno vſqꝫ ad terrã conſpicuũ ẽ. ibi. n. quodãmõ ſtatur. i. perſiſtitur ⁊ pſeuerat̃ qd̃ longanimitati tribuitur. Altitudo ẽ in ea ligni parte que ab illo qd̃ tranſuerſum figitur: ſurſũ verſus relinquit̃: hoc ẽ ad caput crucifixi: qꝛ bene ſperãtiũ ſupna expectatio ẽ. Iã vero illud ex ligno qd̃ fixũ occultat̃: vnde totũ illud exurget: pꝛofunditatem ſignificat gratuite gratie. CHRY. Duos etiã latrones vtrinqꝫ crucifixerũt: vt eorꝫ ſuſpitionis fieret pticeps: vñ ſequit̃. Et latro. vnus a dextris: ali. a ſiniſtris: ſed non ita euenit: nã de illis nil dr̃. Huius ẽt crux vbiqꝫ honoꝛat̃: reges diademata deponẽtes aſſumũt crucẽ: in purpuris: in diadematibus: in armis: in menſa ſacrata vbiqꝫ terrarũ crux emicat: nõ talia ſunt humana. Uiuentibus. n. iſtis q egerunt ſtrennue arridẽt ꝓpꝛia geſta. his aũt pereuntib9 pereunt: ſed in xp̃o totũ contrariũ. Nã ante crucẽ oĩa meſta: vt aũt crucifixus ẽ: oĩa clarioꝛa facta ſũt: vt noſcas nõ purũ hoĩem eẽ crucifixũ. BEDA. Duo aũt latrones cũ xp̃o crucifixi: ſignificãt eos q ſub fide xp̃i vel agone martyrij vel ↄtinẽtie artioꝛis inſtituta ſubeũt: ſed q hec ꝓ eterna gloꝛia faciũt dexteri latronis: qui aũt humane laudis intuitu: ſiniſtri latronis actus imitantur.

Jeſus aũt dicebat: Pater dimitte illis. Non. n. ſciũt qd faciũt. Diuidentes vero veſtimẽta eius miſerũt ſoꝛtes: ⁊ ſtabat populus expectãs: ⁊ deridebãt eũ pꝛincipes cũ eis dicentes. Alios ſaluos fecit ſeipſum ſaluũ faciat: ſi hic eſt xp̃s dei electus. Illudebãt ãt ei: ⁊ milites accedẽtes: ⁊ acetũ offerẽtes ei dicẽtes. Si tu es rex iudeoꝛum: ſaluũ te fac.

CHRY. Quia dñs dixerat. Oꝛate ꝓ perſequẽtibus vos: hoc ẽt crucẽ aſcẽdens fecit. vñ ſequit̃: Jeſus aũt di. Pr̃ di. illis. Nõ qꝛ nõ poſſet ipſe relaxare: ſed vt nos pꝛo pſequẽtibus oꝛare doceret: non ſolũ verbo: ſed ⁊ opere. Dicit aũt: dimitte eis: ſi penituerint. Fauet. n. penitentibus ſi vellẽt poſt tantã nequiciã reatus p fidem diluere. BE. Neqꝫ putandũ ẽ hic eũ fruſtra oraſſe: ſed in eis q poſt ei9 paſſionẽ crediderunt: qd̃ oꝛabat impetraſſe. Notãdũ ſane ꝙ nõ pꝛo eis oꝛauit qui filiũ dei intellexerũt crucifigere: nec confiteri voluerũt: ſed pꝛo eis q neſciebãt quid facerẽt: zelũ dei hñtes: ſed nõ ſꝫ ſciã. vñ ſubdit: Nõ. n. ſciũt qd faciũt. GRECVS. Permanẽtes vo poſt crucẽ i infidelitate nullus per ignoꝛãtiã iuuari putabit dignis miraculis ſonoꝛa voce eũ ꝑdicãtib9 eẽ deũ. AM. Refert ḡ cõſiderare q̃lis crucẽ aſcẽdat: nudũ. n. video: talis ḡ aſcẽdat: q ſcd̃m vincere parat: vt ſcl̃i adiumẽta nõ q̃rat: vict9 ẽ aũt adã q veſtimẽta q̃ſiuit: vicit ille q tegumẽta depoſuit: ⁊ talis aſcẽdit: quales nos auctoꝛe deo natura foꝛmauit: talis in paradiſo pꝛimus hõ habitauerat: talis in paradiſo hõ ſecũdus intrauit. Pulchꝛe aũt aſcẽſurus crucem regalia veſtimenta depoſuit: vt ſcias quaſi hoĩem paſſum eẽ: non quaſi deũ regẽ: ⁊ ſi vtrũqꝫ xp̃s. ATHA. Qui ẽt cũctas conditiones noſtras cũ noſtri ſuſcepit: induit veſtimenta noſtra ſigna moꝛtificationis ade: vt exuat illa ⁊ horꝫ vice induat nos vitam ⁊ incoꝛruptionem. Sequit̃: Diuidẽtes vero veſtimẽta eius: miſerũt ſoꝛtes. THEO. Foꝛſitan. n. plures coꝝ egebãt: vel foꝛte magis ad obpꝛobꝛiũ hoc faciebãt: ⁊ ex quadã laſciuia: quid. n. pꝛecioſũ inueniebãt in veſtibus? BE. In ſoꝛte aũt gratia dei ↄmendata eſt: qꝛ cũ ſoꝛs mittit non pſone cuiuſq̃ vel meritis: ſed occulto dei iudicio cedit. AVG. de con. euan. Hoc quidẽ bꝛeuiter dictum ẽ a tribus euangeliſtis. Joannes diſtinctius hoc explicat: queadmodũ hoc geſtũ ſit. THEO. Deludentes igitur hoc agebãt. Nã vbi pꝛincipes ſubſannabãt qd dicere opoꝛtet ð vulgo. Sequit̃. n. Et ſtabat populus qui. ſ. petierat eũ crucifigi. Spectans. ſ. finem. Et deridebant eũ pꝛincipes cũ eis. AVG. de concoꝛ. euan. Cũ pꝛincipes dixit nec addidit Sacerdotũ: oẽs pꝛimates generali noĩe cõplexus ẽ: vt ibi poſſent intelligi ſcribe ⁊ ſeniores. BE. Qui ẽt nolentes ↄfitent̃ ꝙ alios ſaluos fecit. Sequit̃. n. dicẽtes. Alios ſaluos fecit: ſeipſũ ſaluũ faciat. ſi hic ẽ xp̃s dei electus. ATHA. Dñs aũt vere ſaluatoꝛ nõ ſaluãdo ſeipm̃: ſed creaturã liberãdo volebat cognoſci ſaluatoꝛ. Neqꝫ. n. medic9 qꝛ ſibi medet̃: medic9 eẽ cognoſcit̃: niſi erga languidos artẽ pꝛobet: ſic dñs ſaluatoꝛ exiſtẽs: nõ habeat opus ſalutis: neqꝫ deſcendendo de cruce volebat cognoſci ſaluatoꝛ ſed moꝛiẽdo. multo nãqꝫ maioꝛẽ ſalutẽ mors ſaluatoꝛis affert hoĩbus q̃ deſcẽſus de cruce. GRECVS. Uidens aũt diabolus nullũ eẽ ſibi defenſaculũ titubabat: ⁊ quaſi aliud nõ valẽs tẽtauit vlterius ꝓpinari ſaluatoꝛi acetũ ad bibendũ. Sequit̃. n. Illudebãt aũt ei ⁊ milites accedentes: ⁊ acetũ offerentes illi. quod contra ſeipm̃ facere diabolus ignoꝛabat. Nã amaritudidnẽ ire ex pꝛeuaricatione legis factam qua cunctos

detinebat ſaluatori prebebat: quā ille ſumens conſummebat: vt vice aceti vinū det nobis in potū: qđ ſapientia miſcuit. THEO. Obtulerāt aūt milites xp̄o acetū quaſi regi ſubminiſtrātes. Sequit̄. n. Dicentes. Si tu es rex iudeorum ſaluum te fac. BE. Et notandū ꝙ iudei vocabulū chriſti ſcripture ſibi auctoritate creditum blaſphemantes irrident. Milites vero vtpote ſcripturaꝝ neſcij nōn chriſto. ſed regi iudeorum inſultant.

Erat aūt ⁊ ſuperſcriptio ſcripta ſup eū lr̄is grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis: hic ē rex iudeoꝝ. Unus aūt de his qui pendebāt latronibus blaſphemabat eū dicēs. Si tu es xp̄s: ſaluū fac teip̄m ⁊ nos. Rn̄dens aūt alter increpabat eū dicens. Neqꝫ tu times deū: qꝛ in eadē damnatiōe es. Et nos qdēꝫ iuſte: nā digna factis recipim⁹. Hic vero nihil mali geſſit. Et dicebat ad ieſum. Dn̄e memēto mei cū veneris in regnum tuuꝫ. Et dixit illi ieſus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo.

THEO. Aliam attende ſagacitatē demonis agitatā in xp̄m: triplici. n. litteraꝝ figura promulgabat accuſationeꝫ ieſu: ne. ſ. quēꝙ tranſeuntē lateat ꝙ ob hoc ſuſpenſus fuerat: qꝛ ſe regē faciebat. Dī. n. erat āt ⁊ ſupraſcriptio ſcripta ſuper illū litteris grecis: latinis: ⁊ hebraicis. Hic eſt rex iudeoꝝ: per qđ ſignificabat potentiſſimas gentiū quales erant romani: prudentiſſimas quales greci: maxime deū colētes quale fuit iudeoꝝ genus: ſubijci debere imperio xp̄i. AM. Merito aūt ſupra crucē ponit̄ titulus: qꝛ non humani corporis: ſed diuine ptātis ē regnum quod hꝫ chriſtus. Lego titulū regis iudeoꝝ cū lego. Regnū meum non ē de hoc mundo. Lego cām xp̄i ſuper caput eius ſcriptā cū lego: Et deus erat verbū: caput. n. xp̄i. deus. CIRY. Alter aūt latronū eadem cū iudeis eructabat. Sequit̄. n. Unus aūt de his qui pēdebāt latronibus blaſphemabat eū dicēs: Si tu es xp̄s: ſaluū fac teipꝫ ⁊ nos. Alter vero refrenabat voces ipſius. Sequit̄. n. Rn̄dēs āt alter increpabat eū dicēs. Neqꝫ tu times deū: qꝛ in eadēꝫ damnatiōe es. Sed ⁊ ꝓpriū reatū confeſſus ē ſubdens: Et nos quidē iuſte: nā digna factis recipimus. CHR. Hic fungitur vice iudicis cōdemnatus ⁊ incipit de veritate cenſere qui corā pilato per multa tormenta confeſſus ē ſcelera. Quia aliud eſt homo cenſor quem latēt intima: ⁊ aliud deus qui mentes penetrat. Et ibi quidē poſt confeſſionē pena ſubſequitur: hic aūt cōfeſſio fit ad ſaluteꝫ: ſed ad xp̄m pronunciat innocētem: Hic vero nihil mali fecit q. d. Nouā vide iniuriaꝫ: honeſtateꝫ damnari cū ſcelere. Nos viuētes cecidimus: hic mortuos ſuſcitauit: nos aliena ſumus furati: hic ⁊ ſua iubet tribuere. beatus igitur latro aſtātes docebat talia diſſerens: quib⁹ alteꝝ increpabat. Sed vt videt extinctos audit⁹ aſtantiū: redit ꝯuenienter ad eū qui nouit ꝯcordia. Sequit̄. n. Et dicebat ad ieſū Dn̄e memento mei cū veneris in regnū tuū. Crucifixum aſpicis: ⁊ dn̄m ꝓfiteris. cōdemnati vides figuraꝫ ⁊ regis predicās dignitatē. Mille malis imbutus: poſtulans iuſtitie fontē reminiſce tue nequicie: ſed dices: video qdē apparēs obprobriū: ſed intueor latēs regnū ⁊ tu auertis mea publica ſcelera: ⁊ acceptas fidem intentionis occulte: Diſcipulū veritatis vſurpauit nequicia: diſcipulū nequicie nō cōmutabit veritas. GRE. xviij. mo. In cruce claui manus eius pedeſqꝫ ligauerāt: nihilqꝫ a penis i eo liberū niſi cor ⁊ lingua remanſerunt. Inſpirāte deo totū ei obtulit: quod i ſe liberꝝ inuenit: vt iuxta hoc qđ ſcriptū ē: Corde crederet ad iuſtitiam: ore cōfiteretur ad ſalutem. Tres auteꝫ virtutes quas apoſtolus memorat: ſubito repletus gratia: ⁊ accepit latro: ⁊ ſeruauit in cruce. Fidem nāqꝫ habuit: qui regnaturū deū credidit: quē ſecū pariter morientē vidit: ſpeꝫ habuit: qui regni eius aditū poſtulauit ꝗ charitateꝫ quoqꝫ i morte ſua viuacit̄ tenuit: ꝗ fratrē ⁊ collatronem pro ſimili ſcelere morientem de iniquitate ſua redarguit. AM. Pulcherrimum autē datur affectande conuerſionis exemplum ꝙ tam cito latroni venia relaxatur. Cito ignoſcit dominus: quia cito ille cōuertitur ⁊ vberior ē gratia ꝙ̄ precatio: ſemper eniꝫ dominus plus tribuit ꝙ̄ rogatur: ille rogabat vt memor ſui eēt. De dn̄o autem ſequitur. Et dixit illi ieſus: Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiſo. Uita ē eni eſſe cū xp̄o: ⁊ vbi chriſtus: ibi regnum. THEO. Et quemadmodū quiſqꝫ rex victorioſus rediens ex triumpho optima predaꝝ fert ſecum: ſic ⁊ dominus predatus portionē diabolicaꝝ predarum ſcilicet latronē ducit ſecū in paradiſum. CHRY. Erat ergo videre ſaluatorē in medio latronum: trutinam iuſticie trutinantem fidem ⁊ infidelitatem. Expulit diabolus de paradiſo adam: chriſtus latronem impulit ante totum orbem ⁊ ante apoſtolos. nudo verbo ſola fide i paradiſum introiuit: ne quis poſt errores introitum deſperaret. Attende celeritatem a cruce in celos a condemnatione in paradiſum: vt noueris non ad beniuolentiam illius: ſed ad clementiam dominum totum feciſſe. Si autē iam facta eſt bonorum retributio: nunquid ſuperuacua erit reſurrectio? Si enim introduxit latronem in paradiſum: corpus autem eius corruptuꝫ remanſit foris: liquet non eſſe reſurrectionem corporum: hec dicunt illi. Sed caro que fuit laborum particeps: nunquid priuabitur premijs: audi Paulum dicentem. Oportet corruptibile hoc incorruptionem induere: Sed ſi dominus pollicitus ē regnum celorum: introduxit autem latronem in paradiſum: nondum ei retribuit premia. Sed dicunt nomine paradiſi regnum celorum nominauit: vſitato noīe vtens dum alloqueretur latroneꝫ qui nihil audiuerat de arduis documentis. Quidam autem non ſic legunt. Hodie mecū eris in paradiſo. ſed ſic: Dico tibi hodie: ⁊ conſequenter: Mecum eris in paradiſo. Sed adhuc euidentiorem ſolutionem ſubiungemus. nam medici cum vidēt aliquem deſperatum: dicunt iam mortuus ē. Sic ⁊ latro quoniam non amplius timebatur eius regreſſus ad perditionem: dicitur paradiſum intraſſe. THEO. Hoc tamen ē verius omnibus: ꝙ quāuis omnia promiſſa ſortiti ſunt: ⁊ latro ⁊ alij ſancti: ne ſine nobis conſumeretur vt dicitur in epiſtola ad hebreos: ſunt tamen in regno celoꝝ ⁊ in paradiſo. GREGO. niſenus. Hoc iterū oportet diſcutere quomodo latro cenſeatur dignus paradiſo cum ſanctis flammea framea prohibeat introitum. Sed attende ꝙ ſermo diuinus eam verſatilē dicit vt indignis quidem obuiet: dignis vero liberum ad vitam patefaciat aditū. GRE. xij. mo. Uel illa rumphea flammea verſatilis dicitur: pro eo ꝙ ſciſſet quandoqꝫ venire tempus vt etiam remoueri debuiſſet: quando ſcilicet veniret qui ſue incarnationis myſterio paradiſi nobis iter aperiret. AMBR. Sed ⁊ illud ſoluendum eſt: quia alij ſcilicet mattheus ⁊ marcus duos conuitiantes inducunt latrones: iſte vnum conuitiantem: vnum regnantem: fortaſſe ⁊ iſte pri⁹ ꝯuitiat⁹ ē: ſꝫ repēte ꝯuerſ⁹ ē. Potuit āt de vno pluraliter dici: ſicut ē illud: In caprinis pellibus ambulabāt Secti ſūt: cū ſolus helyas melotidē habuiſſe: Iſaias ſect⁹ eſſe doceatur. Myſtice auteꝫ duo latrones populos peccatores ſignificant per baptiſmuꝫ crucifigendos eſſe cū chriſto: quorum diſſenſio diuerſitatem pariter credentium ſignificat. BEDA. Quicunqꝫ eni baptiçati ſumus in chriſto ieſu: in morte ipſius baptiçati ſumus: per baptiſmum autem cum peccatores eſſemus abluimur: ſed alij dum deuꝫ in carne paſſum laudant. coronantur: alij dum aut fidem aut opera baptiſmi habere renuerūt: dono quod accepere priuantur:

Erat aūt fere hora ſexta: ⁊ tenebre facte ſunt in vniuerſa terra vſqꝫ in horaꝫ nonā. Et obſcurat⁹ ē ſol: ⁊ velū templi ſciſſuꝫ ē mediū: Et clamās voce magna ieſus ait. Pater: in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hec dicens expirauit.



CIRYL. Poſtꝙ̄ cruci tradiderunt dominū omniuꝫ: mundi machina lugebat proprium dominum: ⁊ obtenebrata eſt lux in meridie ſm am. vnde dicitur. Erat auteꝫ fere hora ſexta: ⁊ tenebre facte ſunt in vniuerſa terra vſqꝫ in horam nonam. Quod erat manifeſtuꝫ indicium ꝙ ſoſtinerent paſſure caliginem crucifigentium anime. AVG. de concor. euangeliſtaruꝫ. Hoc autem quod de tenebris dictū eſt: etiā alij duo mattheus ⁊ marcus conteſtantur: Addit auteꝫ lucas: Unde facte ſunt tenebre: cum ſubdit: Et obſcuratus eſt ſol. AVG. tertio de ciuitate dei. Quā ſolis obſcurationem non canonico curſu ſiderum accidiſſe ſatis oſtendit: quod tunc erat paſca iudeoruꝫ: quod plena luna ſolenniter agitur. Regularis auteꝫ ſolis defectio: non niſi fine lune contingit. DIONY. ad policarpuꝫ. Apud helio poliꝫ enim tunc preſentes inopinabiliter ſoli lunam incidentem videbamus: non enim erat conueniens tempus: ⁊ rurſus ipſaꝫ a nona hora vſqꝫ ad veſperam ad ſolis diametrum ſuper naturaliter reſtitutam eclipſim etiam illam ex oriente vidimus inchoatam ⁊ vſqꝫ ad ſolarem terminum venientem poſtqꝫ regredientem rurſus non ex eodem defectum ⁊ repurgationem: ſed econtrario ſm diametrum factam talia ſunt eius temporis ſuper naturalia: ⁊ ſoli chriſto qui eſt omniuꝫ cauſa poſſibilia. GRECVS. Hoc igitur prodigiuꝫ factuꝫ eſt: vt pateret ꝙ qui mortem ſuſceperat gubernator eſſet totius creature. AMBRO. Sol etiam occidit ſacrilegis: vt funeſti ſpectaculuꝫ ſceleris obumbraret: tenebre effuſe ſunt oculis perfidorum: vt fidei lumen reſurgeret. BEDA. Uolens autem lucas miraculum miraculo adiungere ſubiungit: Et velum templi ſciſſum eſt mediuꝫ. Hoc expirante domino factuꝫ eſt: ſicut mattheus ⁊ marcus conteſtantur: ſed lucas preoccupando narrauit. THEO. Per hoc autem dominus oſtendebat: ꝙ nō erant vlterius ſancta ſanctorum inacceſſibilia: ſed tradita in manus romanoruꝫ inquinarentur ⁊ eorum aditus pateret. AMBRO. Uelum etiā ſcinditur: quo duoꝝ populorum diuiſio ſynagoge prophanatio declaratur. Scinditur velum vetus: vt eccleſia noua fidei ſue vela ſuſpendat. Synagoge velamen ſuſpenditur: vt religionis interna myſteria reuelata: mentis cernamus intuitu. THEO. Per hoc etiam oſtenditur ꝙ velū quod ſequeſtrabat nos a ſacris que ſunt in celo diſrumpitur: ideſt dei inimicitia ⁊ peccatuꝫ. AMBRO. Deinde ēt vbi aſſumpte mortalitatis impletuꝫ eſt omne myſterium ⁊ immortalitas ſola remanſit. vnde ſequitur: Et clamans voce magna ait ieſus: Pater: in manus tuas commendo ſpirituꝫ meuꝫ. BEDA. Patreꝫ inuocando filiuꝫ dei ſe eſſe declarat: ſpirituꝫ vero commendando: non defectuꝫ ſue virtutis: ſed confidentiaꝫ eiuſdem cū pr̄e ptātis inſinuat. AMBRO. Caro moritur vt reſurgat ſpiritus. Patri commendatur: vt celeſtia quoqꝫ ab iniquitatis vinculo ſoluerentur ⁊ pax fieret in celo: quaꝫ terrena ſequerentur. CIRYL. Hec aūt vox edocet ꝙ anime ſanctoruꝫ non deinceps in inferno clauduntur vt prius: ſed apud deum ſunt: huius rei facto chriſto principio. ATHA. Cōmendat eniꝫ patri per ſe vniuerſos mortales in ſe viuificatos: naꝫ ſumus membra eius: ſm illud apoſtoli ad galath. Omnes vnū eſtis in chriſto. GRE. niſenus: decet auteꝫ querere qualiter in eodem tempore dominus tripartitur ſeipſuꝫ in viſcera terre: vt dixerat phariſeis. In paradiſū dei vt dixit latroni: in manus paternas vt nūc dicit. Sed recte cōſiderantib⁹ hoc nec queſtione dignuꝫ videtur: naꝫ qui vbiqꝫ eſt per diuinam potentiaꝫ quolibet loco adeſt. AMBRO. Cōmendatur ergo patri ſpiritus: ſed cuꝫ ſit in ſuperioribus: illuminat ⁊ inferna: vt vniuerſa redimantur: ⁊ eniꝫ chriſtus oīa ⁊ in chriſto omnia. GRE. niſenus: Alia ſolutio eſt ꝙ tempore paſſionis neutram partem humanitatis ſemel vnita diuinitatis dimiſit: ſed animam de corpore ſponte diſiunxit: ſe tamen in vtroqꝫ permanenteꝫ oſtendit. nam per corpus in quo morteꝫ ſuſcepit: confutauit mortis potentiaꝫ: per animaꝫ vero latroni parauit introituꝫ paradiſi. Dicit auteꝫ Iſaias de ſuperna hieruſaleꝫ: que a paradiſo non eſt alia: Super manus meas depinxi menia tua. vnde pateꝫ eſt ꝙ exiſtēs in paradiſo manus patris inhabitabat. DAMA. Uel expreſſius loquendo in ſepulchro erat ſm corpus: in inferno ſm animaꝫ: ſed ſicut deus in paradiſo cuꝫ latrone: ⁊ in throno erat cuꝫ patre ⁊ ſpiritu ſancto. THEO. Clamans vero alta voce expirat: quia inerat ei poteſtas ponendi animaꝫ ſuaꝫ: ⁊ eaꝫ reſumēdi. vnde ſequitur: Et hoc dicens expirauit. AM. quaſi dicat. Tradidit ſpirituꝫ quia non inuitus amiſit. quod eniꝫ emittit: voluntariū eſt qđ amittitur neceſſariū.

Uidens aūt cēturio quod factum fuerat: glorificauit deum dicens: Uere hic homo iuſtus erat Et omnis turba eoꝝ qui ſimul aderāt ad ſpectaculum iſtud: ⁊ videbāt que fiebant: percutientes pectora ſua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: ⁊ mulieres que ſecute euꝫ erant a galilea hec videntes.

AVG. quarto de trinitate. Cuꝫ poſt illaꝫ voceꝫ continuo tradidit ſpirituꝫ: hoc maxime qui aderant ſunt mirati: longa eniꝫ morte cruciabantur ligno ſuſpenſi. vnde dicit: Uidens auteꝫ centurio qđ factū fuerat: glorificauit deuꝫ dicens: Uere hic homo iuſtus erat. AVGV. de concor. euangeli. Non eſt auteꝫ contrarium ꝙ mattheus viſo terremotu: dicit admiratū cēturionē: cū lucas dicat hoc eū admiratuꝫ fuiſſe ꝙ emiſſa illa voce expiraſſet oſtendens queꝫ poteſtateꝫ habuit quando moreretur. In eo auteꝫ quod mattheus dixit: non ſolum viſo terremotu: ſed addidit ⁊ his que fiebant integruꝫ locum fuiſſe demonſtrauit luce: vt diceret ipſuꝫ domini morteꝫ fuiſſe miratuꝫ. Quod auteꝫ lucas ēt ipſe dixit: Uidens aūt centurio quod factū erat: in eo genere incluſit omnia que facta erant in illa hora mirabiliter tanꝙ̄ vnuꝫ mirabile factuꝫ cōmemorans: cuius quaſi membra ⁊ partes erāt omnia illa miracula. Quod auteꝫ alius dixit centurionē dixiſſe. Uere filius dei erat iſte: Lucas auteꝫ ait ꝙ iuſtus erat: putari pōt diuerſuꝫ: ſꝫ vel vtrūqꝫ dictū a centuriōe debemus intelligere: ⁊ aliud illū: ⁊ aliud iſtuꝫ cōmemoraſſe: vel fortaſſe lucaꝫ exprimere voluiſſe ſententiaꝫ centurionis: quomodo dixerit ieſuꝫ filiuꝫ dei. forte eniꝫ nō euꝫ vnigenitum equalem patri centurio intellexerat: Sed ideo filiuꝫ dei dixerat: quia iuſtuꝫ crediderat ſicut multi iuſti dicti ſunt filij dei. Iaꝫ vero quia mattheus addidit eos qui cuꝫ centurione erant: lucas vero hoc tacuit: non eſt contrariū: cuꝫ alius dicit quod alius tacet: ⁊ matthe⁹ dixit. Timuerunt valde. lucas aūt non dixit. Timuit. ſed glorificauit deuꝫ: quis non intelligat deuꝫ timendo glorificaſſe. THEO. Nunc auteꝫ videtur effectuꝫ ſortiri quod dominus dixerat: Cuꝫ exaltatus fuero: omnia ad me traham. Exaltatus nanqꝫ in cruce attraxit latronem ⁊ centurioneꝫ: ſed et quoſdaꝫ iudeorū de quibus ſequitur. Et omnis turba eorū qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud: ⁊ videbant que fiebant percutientes pectora ſua reuertebantur. BEDA. Quod percutiebāt pectora: quia penitentie ⁊ luctus indiciuꝫ eſt: poteſt dupliciter intelligi. ſiue enim eū cuius vitaꝫ dilexerunt iniuſte occiſuꝫ dolebant: ſiue cuius morteꝫ ſe impetraſſe meminerant: hunc i morte amplius glorificatū tremebant. Notandū auteꝫ ꝙ gentiles deū timentes: aperte confeſſionis voce glorificant: iudei percutientes ſolum pectora ſilentes domum

redeant. AMBRO. O durioꝛa ſaxis pectoꝛa iudeoꝝ
Iudex arguit: credit miniſter: ꝓditoꝛ ſcelus ſuū moꝛte cō
demnat: elemēta fugiunt: terra cōcutitur: monumenta re
ſerātur: iudeoꝛum tñ imobilis duritia manet oꝛbe ꝯcuſſo
BEDA. Unde merito ꝑ centurionē fides eccleſie deſi
gnatur: que dei filiū tacente ſynagoga ꝯfirmat. Impletur
aūt quod dominus patri conqueritur dicens. Elongaſti
a me amicū ⁊ pꝛoximū: ⁊ notos meos a miſeria. vnde
ſequitur. Stabant autē oēs noti eius a longe. THEO.
Sed feminaꝝ genus oliꝫ maledictum ꝯmanet ⁊ videt hec
omnia. Sequitur enim: Et mulieres que ſecute erant eum
a galilea hec videntes. Et ſic pꝛime refocillantur iuſtifica
tione aut benedictione a paſſione pꝛofluente ſicut ⁊ reſur
rectione.

**Et ecce vir nomine ioſeph qui erat decurio vir
bonus ⁊ iuſtus: hic non conſenſerat cōſilio ⁊ acti
bus eoꝛum: ab arimathia ciuitate iudee: qui expe
ctabat ⁊ ipſe regnum dei. Hic acceſſit ad pilatū
⁊ petijt coꝛpus ieſu ⁊ depoſitum inuoluit i ſyndo
ne: ⁊ poſuit eum in monumēto exciſo in quo non
duꝫ quiſq̄ꝫ poſitus fuerat. Et dies erat paſceues ⁊
ſabbatum illuceſcebat. Subſecute autem mulie
res que cuꝫ eo venerant de galilea viderūt monu
mentum: ⁊ quemadmoduꝫ poſitum erat coꝛpus
eius: ⁊ reuertentes parauerunt aromata ⁊ vnguenta
⁊ ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mandatū.**

GRECVS. Fuerat q̄ꝫ ioſeph occultus chꝛiſti diſci
pulus deniq̄ꝫ vinculū timoꝛis ꝯrumpens feruentioꝛ fact⁹.
dominicū coꝛpus turpiter pendens a ligno depoſuit: cō
parans pꝛecioſam margaritam verboꝛum modeſtia. Et
ecce vir nomine ioſeph qui erat decurio. BEDA. Decu
rio vocatur ꝙ ſit de oꝛdine curie ⁊ officia curie admini
ſtret: qui etiā curialis a pꝛocurando munera ciuilia ſolet
appellari. Magne ergo ioſeph dignitatis apud ſeculum
ſed maioꝛis apud deuꝫ meriti fuiſſe laudatur. vnde ſeq̄t:
Uir bonus ⁊ iuſtus: hic non conſen. conſi. ⁊ acti. eoꝛū: ab
arimathia ciuitate iudee. Arimathia ipſa eſt ramatha ci
uitas helcane ⁊ ſamuelis. AVG. de concoꝛ. euangeli.
Dicit autem ioannes ꝙ erat diſcipulus ieſu. vnde ⁊ hic
ſubditur: Qui expecta. ⁊ ipſe regnuꝫ dei. Merito autem
mouet: Cur ille qui pꝛopter timoꝛem occultus erat diſci
pulus: auſus ſit petere coꝛpus eius: quod nullus eoꝛum
qui euꝫ palaꝫ ſequebatur auderet. Sequitur eniꝫ: Hic ac
ceſſit ad pilatuꝫ: ⁊ petijt coꝛpus ieſu. Sed intelligendum ē
iſtuꝫ fiducia dignitatis hoc feciſſe qua pꝛedictus poterat
familiariter intrare ad pilatuꝫ. In extremo autem illo of
ficio funeri exhibendo minus videtur curaſſe de iudeis:
q̄uis ſolet in dño audiendo eoꝛuꝫ inimicitias deuitare.
BE. Sic igitur per iuſticiaꝫ meritoꝛum ſepeliendo coꝛ
poꝛi dominico dignus fuit per nobilitatem potentie ſe
cularis illud impetrare. vnde ſequitur: Et depoſituꝫ iuol
uit in ſyndone. Ex ſimplici ſepultura domini ambitio di
uitūꝫ condemnatur: qui nec in tumulis quideꝫ poſſint ca
rere diuitijs. ATHA. Enoꝛmiter etiaꝫ agunt qui con
diunt coꝛpoꝛa moꝛtuoꝛū ⁊ ea non ſepeliunt etiaꝫ ſi ſan
cta ſint: quid enim ſanctius aut maius domini coꝛpoꝛe:
quod tamen in monumento poſituꝫ eſt: donec die tertia
reſurrexit. Sequitur enim. Et poſuit eum in monumen
to exciſo. BE. Scilicet de petra ne ſi ex multis lapidi
bus edificatum eſſet: poſt reſurrectioneꝫ ſuffoſſis tumuli
fundamētis ablatus furto diceretur. In nouo etiā poni
monumento. Nā ſequit: In quo nonduꝫ quiſq̄ poſitus fu
erat: ne poſt reſurrectionē ceteris coꝛpoꝛibus remanenti
bus: ſurrexiſſe alius ſuſpicaretur: quia vero ſexta die hō
factus eſt: recte dominus ſexta die crucifixus humane re
parationis impleuit arcanū. vnde ſequitur. Et erat dies pa
raſceues qđ ꝑparatio interꝑtatˀ quo noīe ſextā feriā appel
labāt: qꝛ ea die q̄ in ſabbatū foꝛēt neceſſaria ꝑparabāt quia
ꝟo ſeptimo die requieuit ꝯditoꝛ ab ope ſuo: Sabbato dñs
in ſepulchꝛo requieuit. vñ ſeq̄t. Et ſabba. illuceſcebat. Su
pꝛa aūt legim⁹: qꝛ ſtabāt oēs noti ei⁹ a longe: ⁊ mulieres q̄
ſecute erāt eū. his ꝗ notus ieſu poſt depoſitū ei⁹ cadauer
ad ſua remeātib⁹ ſole mulieres q̄ arti⁹ amabāt ſun⁹ ſubſe
cute q̄ poneret iſpicere cupiebāt. Seq̄t. n. Subſecute autē
mulieres q̄ cū ipſo venerāt de galilea viderūt monumen
tū. ⁊ quēadmodū poſi. erat coꝛ. ei⁹. vt. ſ. ei tpe ꝯgruo mu
nus poſſent ſue deuotiōis offerre. THE. Neq̄ꝫ tñ fidē
debitā adhuc hēbant: ſꝫ q̄ſi puro hoī aromata ⁊ vnguēta
parabāt moꝛe iudeoꝝ q̄ talia exhibebāt defunctis. vñ ſe
quit. Et reuer. paue. aroma. ⁊ vnguēta. BE. Sepulto. n.
dño q̄diu licebat opari. i. vſq̄ꝫ ad ſolis occaſuꝫ vnguētis
pꝛeparādis erant occupate. Mādatū aūt erat: vt ſabbati
ſilentiū. i. quies a veſpera vſq̄ꝫ ad veſperā fuaret. Sequit
n. Et ſabbato q̄dē ſiluerūt ſcđꝫ mādatū. AM. Myſtice
aūt iuſtus xp̄i coꝛp⁹ ſepelit. Talis. n. ē xp̄i ſepultura que
fraudē iniquitatēq̄ꝫ nō habeat. Merito aūt matthe⁹ hūc
diuiteꝫ dixit ſuſcipiendo. n. diuitē neſciuit fidei paupꝛtatē
iuſtus coꝛpus xp̄i operit ſyndone veſti: ⁊ tu dñi coꝛpus
gloꝛia ſua: vt ⁊ ipſe ſis iuſtus: ⁊ ſi moꝛtuum credis: operi
tamen diuinitatis plenitudine ſue: ſed ⁊ veſtit eccleſia in
nocentie gratia. BE. Ille ēt in ſyndone munda inuoluit
ieſū q̄ pura eū mēte ſuſcepit. AM. Nec ocioſe alius euā
geliſta monumentū nouū dixit: ali⁹ monumentū ioſeph
⁊ eniꝫ tumulus his paraſ qui ſub lege ſūt moꝛtis. victoꝛ
moꝛtis tumulū ſuū nō hꝫ. Que. n. cōicatio tumulo ⁊ deo
ſolus enim tumulo includiſ: qꝛ moꝛs chꝛiſti ⁊ ſi ſit cōis
ſcđm naturā: ſpecialis ē ſecūdū virtutē. Bene aūt xp̄s in
monumēto condiſ iuſti: vt iuſticie habitatione requieſcat
monumentū enim hoc in duricie gentilis petra iuſtus ex
cidit penetrali verbi vt ꝑtēderet manationis virtus xp̄i
Cui pulcherrime amotus ē lapis. Quicūq̄ꝫ in ſe bene hu
mauerit xp̄m: diligenter cuſtodiat ne eū ꝑdat: ne ve perfi
die ſit ingreſſus. BE. Quod autem dominus ſexta die
crucifigit: ſeptima i ſepulchꝛo quieſcit: ſignificat ꝙ i ſexta
mūdi etate nos pꝛo dño pati: ⁊ velut mundo crucifigi ne
ceſſe ē: in ſeptima vero. i. poſt moꝛtē coꝛpoꝛa quidem i tu
mulis: aīe vero cū dño requieſcunt: vſq̄ꝫ huc ⁊ mulieres
ſancte. i. anime humiles dilectione ferūtes paſſioni xp̄i
diligenter obſequuntur. ⁊ ſi foꝛte valeant imitari: ſedula
curioſitate quo oꝛdine ſit eadem paſſio cōpleta perpen
dunt: qua lecta: audita: recoꝛdata: mox ad parāda ſe ope
ra virtutū quibus xp̄s delectetur conuertūt: vt futura pꝛe
ſentis vite paraſceue ⁊ requie beata: tempoꝛe reſurrectio
nis occurrere chꝛiſto valeant cum aromatibus ſpiritaliū
actionum. CA. XXIIII.

**Una autem ſabbati valde diluculo ve
nerunt ad monumentum poꝛtantes
que parauerant aromata: ⁊ inuenerūt
lapidem reuolutum a monumento: ⁊
ingreſſe non inuenerunt coꝛpus do
mini ieſu. Et factum eſt dum mente conſternate eſ
ſent de iſto: ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in ve
ſte fulgenti. Cum timerent autem ⁊ declinarent
vultum in terram dixerunt ad illas. Quid que
ritis: viuentem cum moꝛtuis? Non eſt hic: ſed
ſurrexit. Recoꝛdamini qualiter locutus eſt vobis
cum adhuc in galilea eſſet dicens. Quia opoꝛtet
filiū hoīs tradi in manus hominum peccatoꝛum
⁊ crucifi**



**⁊ crucifigi: ⁊ die tertia reſurgere. Et recoꝛdate ſūt
verboꝝ ei⁹: ⁊ regreſſe a monumento nunciauerūt
hec omnia illis vndecim: ⁊ ceteris omnib⁹. Erat
autem maria magdalene ⁊ ioanna: ⁊ maria iaco
bi: ⁊ cetere que cum eis erant que dicebāt ad apo
ſtolos hec. Et viſa ſunt ante illos ſicut delyramē
tum verba iſta: ⁊ non crediderunt illis. Petrus
aūt ſurgens cucurrit ad monumentum: ⁊ pꝛocū
bens vidit linteamina ſola poſita: ⁊ abijt ſecuꝫ mi
rans quod factum fuerat.**

BEDA. Religioſe mulieres non ſoluꝫ in die paraſce
ue ſed etiam ſabbato tranſacto. i. ſole occidente: mox vt
operandi licen: tia remeauit emerunt aromata: vt venien
tes vngerent coꝛpus ieſu ſicut marcus teſtatur: pꝛeoccu
pante iam noctis articulo monumentū adire non volue
runt: Et ideo dicitur: Una aūt ſabbati valde diluculo ve
nerunt ad monumentuꝫ poꝛtantes que parauerunt aro
mata. Una ſabbati ſiue pꝛima ſabbati pꝛima eſt a ſabba
to quaꝫ dieꝫ dominicam poſt reſurrectioneꝫ mos chꝛiſti
an⁹ appellat. Qđ aūt valde diluculo mulieres venere ad
monumētū: magn⁹ q̄rēdi ⁊ inueniēdi dñꝫ feruoꝛ charitatis
oñdit AM. Sꝫ magna diſt hoc loco pleriſq̄ꝫ dubitatio
ſiq̄deꝫ hic valde diluculo: Matheus veſpere ſabbati
ad monumentuꝫ veniſſe dixerunt. ſed euāgeliſtas de di
uerſis putes dixiſſe tempoꝛibus: vt pꝛimas alias mulie
ruꝫ ⁊ alias coniēcias viſiones. Quod auteꝫ ſcriptum eſt
Ueſpere ſabbati que luceſcit in pꝛima ſabbati reſurrexiſ
ſe dñꝫ: ſic temperanduꝫ eſt: vt neq̄ꝫ mane dominica que ē
pꝛima poſt ſabbatuꝫ: neq̄ꝫ ſabbato reſurrectio facta cre
datur: naꝫ quomodo triduuꝫ cōpletur: Non ergo veſpe
raſcente die: ſed veſpere noctis reſurrexit. Deniq̄ꝫ grecus
Sero dixit. Sero auteꝫ ⁊ hoꝛaꝫ ſignificat in occaſu diei
⁊ rei cuiuſlibet tarditatē: quomodo ſi dicas: Sero mihi
ſuggeſtuꝫ eſt. Eſt ergo ⁊ ſero tempus noctis pꝛofundum
vnde ⁊ mulieres ad monumentuꝫ accedendi habent fa
cultateꝫ cuſtodibus quieſcentibus. Et vt ſcias nocte factū
mulieres alie ſciunt: alie neſciunt. ſciunt que obſeruant no
ctibus ⁊ diebus: neſciunt que receſſerunt. Neſcit maria
magdalene ſcđꝫ ioanneꝫ: naꝫ eadeꝫ ⁊ ante ſcire ⁊ poſtea
neſcire non potuit. ergo ſi plures marie: plures etiam foꝛ
taſſe Marie magdalene: cuꝫ illud nomē perſone ſit: hoc
ſumatur a loco. AVGVSTINVS de concoꝛ. euange
liſta. Uel Matheus a pꝛima parte noctis quod ē veſpe
re: ipſaꝫ voluit nocteꝫ ſignificare: cuius noctis fine vene
runt ad monumentuꝫ. ⁊ hoc ea de cauſa: quia iaꝫ a veſpe
re parauerant: ⁊ licebat afferre aromata tranſacto ſabba
to. EVSE. Iacebat auteꝫ oꝛganuꝫ verbi extinctuꝫ: ma
gnus vero lapis claudebat ſepulchꝛuꝫ: quaſi moꝛs eum
duxiſſet captiuum: ſed nonduꝫ lapſo triduo vita ſe pꝛo
mit iteruꝫ poſt ſufficienteꝫ moꝛtis coniunctioneꝫ. vnde
ſequitur. Et inuenerunt lapidem reuolutuꝫ a monumen
to. THEO. Naꝫ angelus reuoluerat eum: vt teſtatur
Matheus. ORI. Amotus eſt auteꝫ lapis poſt reſurre
ctioneꝫ pꝛopter mulieres: vt credant reſurrexiſſe domi
num videntes monumentuꝫ vacuuꝫ coꝛpoꝛe. vnde ſeq̄
tur: Et ingreſſe non inuenerunt coꝛ. do. ieſu. CYRIL.
Cuꝫ igitur non inueniſſent coꝛpus chꝛiſti quod reſurre
xerat: ducebantur diuerſis cogitationib⁹ ⁊ pꝛopter amo
rem chꝛiſti ⁊ adhibitaꝫ ſollicitudinem meruerunt viſionē
angelicam. Sequitur eniꝫ: Et fac. eſt dum mente conſter
nate eſſent de iſto: ecce duo viri ſteterunt iuxta illas in ve
ſte fulgenti. EVSE. Iocunditatis ⁊ gaudij indicia ſalu
tifere reſurrectionis ⁊ fulgentes amict⁹ pꝛeſtātes. Moy
ſes enim plagas egiptijs pꝛeparans in flamma ignis an
gelum perſpexit: ſed non tales viſi ſunt mulieribus in ſe
pulchꝛo: ſed mites ⁊ hilares: quales decebat conſpici in
regno ⁊ gaudio domini. Et ſicut in paſſione eclipſatus ē
ſol: meroꝛis ⁊ anguſtie ſigna pꝛomens crucifigentibus fi
lium dei: ita angeli vite ac reſurrectionis pꝛecones habi
tuꝫ ſalutiferi feſti candidati deſignabant. AMB. Sed
quomodo marcus vnum iuuenem in albis ſedentē: mat
theus vnum: ioannes ⁊ lucas duos angelos in albis ſe
dentes viſos eſſe memoꝛauerunt? AVG. de concoꝛ euā
geliſta. Poſſumus intelligere vnum angelum viſum a mu
lierib⁹: ⁊ ſm Marcū, ⁊ ſꝫ Matheuꝫ: vt eas ingreſſas in
monumentū accipiam⁹ ſcilicet in aliquod ſpaciuꝫ: quod
erat aliqua materia communitum ante illum ſaxei ſepul
chꝛi locū: atq̄ꝫ ibi vidiſſe angelū ſedentem a dextris: qđ
dicit Marcus. deinde intus ab eis dū inſpicerēt locum
in quo iacebat coꝛpus dñi: viſos duos alios angelos
ſtantes: ſicut dixit lucas locutos ad earūdē exhoꝛtandū
animū: ⁊ edificandā fidē. vnde ſequit: Cū time. au. ⁊ de
clina. vul. in ter. BEDA. Sancte mulieres aſtanb⁹ ſibi
angelis non in terrā cecidiſſe: ſed vultū dicūtur in terraꝫ
declinaſſe: nec ꝗuēpiā ſanctoꝛū legim⁹ tēpoꝛe dominice
reſurrectionis: vel ipſi dño vel angelis ſibi viſis terre ꝓ
ſtratū adoꝛaſſe. vnde mos obtinuit eccleſiaſtic⁹ vt vel in
memoꝛiā dñice vel in noſtre ſpem reſurrectionis omnib⁹
dominicis diebus ⁊ toto quinquageſimo tēpoꝛe nō fle
xis genibus: ſed declinatis in terrā vultibus oꝛem⁹. Nō
erat aūt i monumēto qui locus ē moꝛtuoꝛum querēdus:
ille qui ad vitā reſurrexit a moꝛtuis. Et ideo ſubdit: Di
xerūt ad illas. ſ. angeli ad mulieres. Quid queritis viuē
cū moꝛ. nō ē hic: ſed ſurrexit: Die aūt tertia ſicut ipſe inter
diſcipulos tā viros quā feminas pꝛedixit reſurrectiōis
ſue triūphū celebꝛauit. vnde ſequitur: Recoꝛ. quali. locu.
ē vo. cū adhuc in galilea eſſet dicens: Quia opoꝛ. filium
homi. tra. in manus homi. pecca. ⁊ cruci. ⁊ tertia die re
ſurgere. Die nāq̄ꝫ paraſceue hoꝛa. ix. ſpiritū tradens ve
ſpere ſepult⁹: mane pꝛima ſabbati ſurrexit. ATHA.
Poterat ſiquidē ſtatim ſuſcitare coꝛpus a moꝛte. Sed di
xiſſet aliquis eū nequaquā fuiſſe: vel non plene moꝛtem
ei inheſiſſe: ⁊ foꝛtaſſe ſi reſurrectio domini fuiſſet dilata
latuiſſet incoꝛruptionis honoꝛ. Ut igitur coꝛpus oſtende
ret moꝛtuū vnius interpellationem diei paſſus ēt ⁊ tertia
die coꝛpus ſuū incoꝛruptū demonſtrauit. BEDA. Uno
etiā die in ſepulchꝛo ⁊ duabus noctibus iacuit: quia lu
cem ſue ſimple moꝛtis: tenebꝛis duple noſtre moꝛtis ad
iunxit. CIRYL. Inſtructe autem mulieres angeloꝛum
affatibus accelerantes ea retulerunt diſcipulis. vnde ſeq̄
tur: Et recoꝛdate ſunt verboꝛum eius. Et egreſſe a monu
mento: nūciauerūt hec oīa illis vndecim ⁊ ceteris oibus
Nāq̄ꝫ femina que quondā moꝛtis fuit miniſtra: veneran
dum reſurrectionis myſteriū pꝛima percepit ⁊ nunciat.
Adeptū eſt igitur femineum genus: ⁊ ignominie abſoluti
oneꝫ: ⁊ maledictionis repudiū. AM. Mulieribus aūt
docere in eccleſia nō ꝑmittit: ſed domi viros ſuos inter
rogant. Ad eos ergo femina mittiſ qui domeſtici ſunt.
Que aūt fuerint he mulieres oſtendit ſubdēs: Erat autē
maria magdalene. BEDA. Ipſa eſt ſoꝛoꝛ lazari. Et io
anna: vxoꝛ cuſe pꝛocuratoꝛis herodis. Et maria iacobi
. i. mater iacobi minoꝛis ⁊ ioſeph. Et cōmuniter de alijs
ſubditur: Et cetere que cū eis erant que dicebant ad apo
ſtolos hec. Ut enim perpetui reatus apud viros mulier
obpꝛobꝛiū non ſuſtineret: que culpam viro tranſfuderat:
tranſfudit ⁊ gratiā. THEO. Eſt autē naturaliter incre
dibile moꝛtalibus reſurrectionis miraculū. vnde ſequit:
Et viſa ſunt ante illos ſicut delyramētū verba iſta: ⁊ non
credebāt illis. BEDA. Quod nō tā illoꝛū infirmitas ꝙ
noſtra vt ita dicā: futura firmitas fuit. Ipſa nāq̄ꝫ reſurre
ctio illis dubitantibus per multa argumenta mōſtrata ē
que dū nos legentes agnoſcimus: de eoꝛum dubitatiōe ſo
lidamur. THE. Pet⁹ aūt hoc audiēs tollit moꝛas: ⁊ va

 

dit ad monumentum: quia nec ignis nouit moras in geſtus materie. vnde ſequitur: Petrus autem ſurgens cucurrit ad monumentum. EVSE. Solus enim ipſe credit feminis dicentibus ſe angelos vidiſſe: ⁊ cum eſſet eximie affectus pre ceteris: ſedulum ſe promebat paſſim circūſpiciens dominum. vnde ſequitur: Et procumbens vidit ſola linteamina poſita. THEO. Cū aūt ad monumentū fuiſſet: hoc primo cōſecutus eſt: vt miraretur que prius ab ipſo vel ab aliis deridebātur. vñ ſeqt: Et abiit ſecū mirās quod factum fuerat idest apud ſe mirans rei euentū: qualiter ſola linteamina derelicta fuere corpore mirrha peruncto: vel quantam opportunitatem habuiſſe fur vt ſemotum inuoluta dimittens circūſtantibus militibus corpus auferret. AVG. de concor. euangeliſta. Intelligitur autem hoc lucas recapitulando poſuiſſe de petro: tunc enī cucurrit petrus ad monumentum quando ⁊ ioannes cum tantummodo mulieribus precipue a maria magdalene nunciatum eis fuerat de corpore ablato. poſtea autem facta ſunt hec de viſione angelorum. Ideo autem lucas petrum ſolum commemorauit: quia illi primitus maria nūciauerat. Item poteſt mouere ꝙ petrum non intrantem: ſed procūbentem dicit lucas ſola linteamina vidiſſe ⁊ diſceſſiſſe mirantem: cum ioannes dicat ita ſe linteamina vidiſſe poſita: ⁊ ſeipſum poſt petrum intraſſe. Sed intelligendum eſt petrum primo procūbentem vidiſſe: quod lucas commemorat: ioannes tacet. poſt autem ingreſſus eſt antequā ioannes intraret. BEDA. Iuxta intellectum vero myſticum per hoc ꝙ mulieres valde diluculo venirūt ad monumentum: datur nobis exemplum: diſcuſſis viciorum tenebris ad domini corpus accedere. nam ⁊ ſepulchrum illud figuram dominici habebat altaris: in quo corporis chriſti myſteria non in ſerico: non in panno tincto: ſed inſtar ſyndonis quo eū ioſeph inuoluit in lintheo puro debent conſecrari: vt ſicut ipſe veram terrene nature ſubſtantiā pro nobis morti obtulit: ita ⁊ nos in commemoratione ipſius purum de terre germine: candidumque ⁊ multimodo quaſi mortificationis genere caſtigatum altari linum imponamus. Aromata autem que mulieres deferunt ſignificant odorem virtutum ⁊ orationum ſuauitatem quibus altari appropinquare debemus. Reuolutio autem lapidis inſinuat reſerationem ſacramentorum: que tegebantur velamine littere legis. que in lapide ſcripta eſt: cuius ablato tegmine corpus domini mortuū non inuenitur: ſed viuum euangelizatur: quia ⁊ ſi cognouimus ſecundum carnem chriſtum: ſed iam nunc non nouimus. quomodo autem poſito in ſepulchro corpore domini: angeli aſtitiſſe leguntur: ita etiam tempore conſecrationis myſterii corporis chriſti aſſiſtere ſunt credendi. Nos ergo exemplo deuotarum mulierum: quotiens myſteriis celeſtibus appropinquamus: propter angelicam preſentiam ſeu propter reuerentiam ſacre oblationis cum omni humilitate vultum declinemus in terram: nos cinerem et terram eſſe recolentes.

**Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum quod erat in ſpacio ſtadiorum ſexaginta ab hieruſalem nomine emaus: ⁊ ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus que acciderant. Et factum ē dum fabularentur: ⁊ ſecum quererent: ⁊ ipſe ieſus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur: ne eum agnoſcerent: ⁊ ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem ambulantes: ⁊ eſtis triſtes? Et reſpondens vnus cui nomen cleophas dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in hieruſalem: ⁊ non cognouiſti que facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Que? Et dixerunt de ieſu nazareno q̄ fuit vir propheta: potens in opere ⁊ ſermone: coram deo et omni populo. Et quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes ⁊ principes noſtri in damnationem mortis: ⁊ crucifixerunt eum. Nos autem ſperabamus: quia ipſe eſſet redempturus iſrael. Et nunc ſuper hec omnia tertia dies eſt hodie: ꝙ hec facta ſunt. Sed ⁊ mulieres quedam ex noſtris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentum: ⁊ non inuento corpore eius: venerunt dicentes ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe: qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum ⁊ ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt: ipſum vero non inuenerūt.**

GLO. Poſt manifeſtationem reſurrectionis chriſti ꝑ angelos mulieribus factam: manifeſtatur vlterius eadem reſurrectio per ipſius chriſti apparitionem diſcipulis. vnde dicitur: Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum. THEO. Quidam alterum horum duorum lucam inquiunt eſſe: ⁊ ob hoc ſuum nomen occultaſſe. AM. Uel duobus diſcipulis ſeorſum dominus iam ſe veſpere demōſtrat ſcilicet ammoni ⁊ cleophe. AVGVSTI. de concor. euange. Caſtellum autem illud non abſurde accipimus etiam villam ſecundum marcum potuiſſe appellari. Deinde caſtellum deſcribit dicens: Quod erat in ſpacio ſtadiorū ſexaginta ab hieruſalem nomine emaus. BEDA. Ipſa eſt nicopolis ciuitas inſignis paleſtine: que poſt expugnationem iudee ſub marco aurelio antonio principe reſtaurata cum ſtatu mutauit ⁊ nomen. Stadiū autem quod greci auctore vt dicunt hercule viarum ſpacia menſurat: octaua eſt pars miliarii. Et ideo ſexaginta ſtadia: ſeptem milia paſſuum ⁊ quinquaginta ſignificat: quod ſpacium itineris eis congruit qui de morte ⁊ ſepultura domini certi gradiebātur: de reſurrectione domini dubii. nam reſurrectionē que poſt ſeptimam ſabbati facta ē: octauo numero contineri nullus ambigit. Diſcipuli ergo qui de domino loquentes incedunt: ſextum miliarium cepti itineris compleuerant: quia illum ſine querela viuentem vſque ad mortem quam in ſexta ſabbati ſubiit peruenisſe dolebant. Compleuerant ⁊ ſeptimum quia hunc in ſepulchro non dubitabāt quieuiſſe. Sed de octauo dimidium tm̄ peregerant: quia gloriam iam celebrare reſurrectionis non credebant perfecte. THEOPHI. Predicti autem diſcipuli loquebantur de his ad inuicem que acciderant: non quaſi credentes ſed ſicut ſtupentes i rebus extraneis. vnde ſequitur: Et ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus que acciderant. BEDA. Loquentes autem de ſe dominus appropinquans comitatur: vt ⁊ fidem reſurrectionis mentibus eorum incēdat: ⁊ quod ſe facturum promiſerat impleat ſcilicet vt vbi ſunt duo vel tres in nomine meo congregati: ibi ſum in medio eorum. vnde ſequit: Et factum eſt dum fabularentur: ⁊ ſecum quererent: ⁊ ipſe ieſus appropinquans ibat cum illis. THEO. Obtento enim iam ſpirituali corpore nō obſtat loci diſtantia quin adeſſet quibus volebat: nec vlterius naturalibus legibus corpus ſuum regebat: ſed ſpiritaliter ⁊ ſupra naturam. vnde vt marcus dicit: ſub alia forma eis videbatur: in qua non concedebatur eis eius cognitio. Sequitur enim: Oculi autem eorum tenebantur: ne illū agnoſcerent. vt. ſ. totā ſuā dubiā intentionē reuelātes ⁊ vulnus detegentes recipiant medicinā: ⁊ vt cognoſcerent ꝙ quāuis corpus ipſum qd̄ paſſū fuerat reſurrexerit nō tm̄ ampli⁹ tale erat vt eēt omnibus viſibile: ſed tm̄ his a quibus vellet videri: ⁊ vt non dubitent quare de cetero non conuerſatur inter plebē: quia. ſ. poſt reſurrectionem conuerſatio eius non eſſet digna hominibus: ſed diuina magis: quod etiam eſt forma reſurrectiōis future in qua ſicut angeli conuerſabimur ⁊ filii dei. GREGORIVS. in home. Conuenienter etiam eis ſpeciem quam recognoſcerent non oſtendit: hoc agens foris in oculis corporis: quod apud ipſos agebatur intus in oculis cordis. Ipſi namque apud ſeipſos intus ⁊ amabant ⁊ dubitabant. De ſe ergo loquentibus preſentiam exhibuit. ſed de ſe dubitantibus cognitionis ſue ſpeciem abſcondit: verba quidem eis contulit. Nā ſequit: Et ait ad illos. Qui ſūt hi ſermones quos cōfertis ad inuicē ābulātes ⁊ eſtis triſtes. GRECVS. Cōferebāt quidē inter ſe quaſi non amplius expectantes chriſtum viuentem: ſed dolorosi quaſi perempto ſaluatore. vnde ſequitur: Et reſpondens vnus cui nomen cleophas: dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in hieruſalem: ⁊ non cognouiſti que facta ſunt in illa his dieb⁹. THEO. q. d. Tu ſolus peregrinus es: ⁊ extra cōfinia hieruſalem habitans: ⁊ expers es eorum que in medio ei⁹ contigerunt vt hec ignores. BEDA. Uel hoc dicit: quia peregrinum putabant eum: cuius vultum non agnoſcebant. ſed reuera peregrinus erat eis: a quorum nature fragilitate percepta iam reſurrectionis gloria longe diſtabat ⁊ a quorum fide vtpote reſurrectiōis eius neſcia manebat extraneus. Sed adhuc dominus interrogat: nam ſequitur: Quibus ille dixit: Que? Et ponitur eorum reſpōſio cū ſubditur: Et dixerunt ei: De ieſu nazareno qui fuit vir propheta. Prophetam fatentur: filium dei tacent: Uel nōdum perfecte credentes: vel ſoliciti ne inciderent i manus iudeorum perſequentium: quia neſciebant quis eſſet quod verum credebant celantes: Ad cuius commendationem ſubditur: Potens in opere ⁊ ſermone. THEO. Primo quidem eſt opus: ſecundo ſermo. nullus enim doctrine ſermo approbatur: niſi prius is qui docet: ſe oſtendat auctorem: precedit enim opus aſpectum. nam niſi mūdaueris intellectus ſpeculum per opera: non emicat decor optatus. Adhuc autem ſubditur: Coram deo ⁊ omni populo. Nam primo cōplacendum eſt deo: deinde curādum quantum poſſibile eſt de innocentia apud homines vt precedente diuino cultu viuamus ſine ſcandalo plurimorum. GRECVS. Deinde aſſignat cauſa triſticie: tradicio ⁊ paſſio chriſti: cum ſequitur: Et quomodo tradiderunt eum ſummi ſacerdotes ⁊ principes noſtri in damnationem mortis: ⁊ crucifixerunt eum. Subditur autē deſperantium vox: cum dicitur: Nos autē ſperabamus ꝙ ipſe eſſet redempturus iſrael. Sperabamus inquit: non ſperamus: ac ſi mors domini ſimilis eſſet mortibus aliorum: THEO. Expectabant enim chriſtum ſaluaturum ⁊ redempturum populum iſrael ab ingruentibus malis ⁊ a ſeruitute romanorum: ipſum quoque credebant terrenum regem fieri: quem putabant promulgatam in ſe mortis ſententiam cauere potuiſſe. BEDA. Merito ergo triſtes incedebant: quia ⁊ ſeipſos quodāmodo arguebant: ꝙ in illo redemptionem ſperauerint: quem iam mortuum viderant: nec reſurrecturum credebant: ⁊ maxime dolebāt eū ſine cauſa occiſum quem nouerant innocentem. THE. Uidentur tamen hi viri non omnino increduli eſſe ꝑ hoc quod ſubditur: Et nunc ſuper hec omnia tertia dies ē hodie ꝙ hec facta ſunt. In quo videntur habere memoriam eius ꝙ eis dominus dixerat ſe tertia die reſurrecturum. GRECVS. Porro relatam a mulieribus reſurrectiōis famam commemorant: cum ſubditur: Sed ⁊ mulieres quedam ex noſtris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentum: ⁊ non inuento corpore eius venerunt dicētes ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe: qui dicunt eum viuere. Dicunt quidem hoc quaſi non credentes: propter quod referunt ſe territos. ſ. ſtupefactos. non enim quod erat eis relatum firmum eſtimabant: aut angelicam illuminationem fuiſſe: ſed ſtuporis ⁊ turbinis cauſam inde ſumebant. Teſtimonium quoque petri non certum eſtimabāt dum diceret: ſe non vidiſſe dominum: ſed reſurrectionem eius conicere ex eo ꝙ corpus ipſius in ſepulchro nō iacebat. vnde ſequitur: Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum: ⁊ ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt. ipſum vero non inuenerunt. AVGVSTINVS. de cō cordantiis euangeliſtarum: Cum autem lucas dixerit petrum accurriſſe ad monumentum: ⁊ cleophā dixiſſe: ipſe retulerit ꝙ quidam eorum ierant ad monumentum: intelligitur atteſtari ioanni ꝙ duo ierint ad monumentum: ſed petrum primo ſolum commemorauit: quia illi primit⁹ maria nunciauerat.

**Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti ⁊ tardi corde ad credendum in omnibus que locuti ſunt prophete. Nōne hec oportuit pati chriſtum ⁊ ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens a moyſe ⁊ omnib⁹ prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis que de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello quo ibant ⁊ ipſe ſe finxit longius ire: Et coegerunt illum dicentes: Mane nobiſcum quoniam adueſperaſcit ⁊ inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt dum recumberet cū eis accepit panem ⁊ benedixit ac fregit ⁊ porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum ⁊ cognouerūt eum. Et ipſe euanuit ex oculis eorum. Et dixerūt ad inuicem. Nonne cor noſtrum ardēs erat in nobis dū loqueretur in via: ⁊ aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes eadē hora regreſſi ſunt in hieruſalem: ⁊ inuenerunt congregatos vndecim ⁊ eos qui cum illis erant dicentes ꝙ ſurrexit dominus vere: ⁊ apparuit ſimoni. Et ipſi narrabant que geſta erant in via: ⁊ quomodo cognouerunt eum in fractione panis.**

THEOPHI. Quia predicti diſcipuli nimia dubietate laborabant: dominus eos redarguit. vnde dicitur: Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti. Fere enim eadem dixerāt que ⁊ aſtantes cruci: Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Et tardi corde ad credendum in omnibus que locuti ſunt prophete. Contingit enim credere que locuti ſūt prophete. particulariter quedam: ⁊ nō vniuerſaliter oia puta ſi aliquis credat que de cruce chriſti dicuntur a prophetis ſicut eſt illud: Foderunt manus meas ⁊ pedes meos. que vero ſpectant ad reſurrectionem non credant: ſicut eſt illud: Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Decet autem in omnibus fidem adhibere prophetis tam in glorioſis que de chriſto predixerūt: ꝙ i ingloriis: quia ex paſſione malorum eſt ingreſſus in gloriam. Unde ſequitur: Nonne hec oportuit pati chriſtum: ⁊ ita intrare in gloriam ſuam. ſ. ſecundum humanitatē. ISIDORVS. Sed ⁊ ſi oportebat chriſtum pati: tamen qui crucifixerunt rei ſunt pene: non enim ſatagebant perficere quod de⁹ diſponebat. vnde ⁊ eorum executio fuit impia: dei vero diſpenſatio prudentiſſima: qui nequitiam eorum in beneficia generis humani conuertit: quaſi vtens vipereis carnib⁹ ad antidoti ſalutiferi confectionem. CHRY. Et ideo dominus oſtendit conſequenter hec omnia nō euenīſſe ſimpliciter: ſed ex dei propoſito ante predeſtinato. vnde ſequitur: Et incipiens a moyſe ⁊ omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus ſcripturis que de ipſo erāt: quaſi diceret: Poſtq̄ eſtis tardi: ergo promptos vos reddā: myſteria ſcripturarum vobis exponendo. nam ſacrificium abrae cum iſaac dimiſſo immolatus eſt aries: hoc prefigurauit. Sed ⁊ i aliis ſcripturis ꝓpheticis ſparſim iacēt myſteriū crucis ⁊ reſurrectionis xpi. BEDA. Si aūt

moyſes ⁊ prophete de chriſto locuti ſunt: ⁊ cum per paſſionem in gloriam intraturum predixerunt: quomodo gloriatur ſe eſſe chriſtianum: qui neqꝫ qualiter ſcripture ad chriſtū pertineant inueſtigat: neqꝫ ad gloriam quam cum chriſto habere cupit: per paſſionem attingere deſiderat. GRECVS. Quia vero predixit euangeliſta: Tenebantur oculi eorū ne eum agnoſcerent: donec ſermo domini mentem eorum moueret ad fidem: conuenienter opportunum aſpectum ſui auditui ſubiungit. vnde ſequitur: Et appropiquauerūt caſtello quo ibāt: ⁊ ipſe finxit ſe lōgiꝰ ire. AVG. de que. euā. Quod nō ad mēdaciū ptinet. non .n. omne quod fingimꝰ mendacium eſt: ſed quando id fingimus quod nihil ſignificat: tunc mendacium eſt. cū autem fictio noſtra refertur ad aliquam ſignificationē: non ē mēdaciū ſed aliqua figura veritatis: alioquin omnia que a ſapientibus ⁊ ſanctis viris: vel etiā ab ipſo domino figurate dicta ſunt mendacia deputabūtur: quia ſecundum vſitatū intellectū non conſiſtit veritas in talibus dictis. Sicut aūt dicta: ita etiā finguntur facta ſine mendacio ad aliquā rē ſignificādā. GRE. in home. Quia ergo adhuc in eorū cordibus peregrinꝰ erat a fide: ire ſe longius finxit. Fingere nāqꝫ cōponere dicimus. vnde ⁊ cōpoſitores luti figulos vocamus. Nihil ergo ſimplex veritas ꝑ duplicitatē fecit: ſed talē ſe exhibuit in corpore: qualis apud illos erat in mente. Sed qꝛ eſſe extranei a charitate non poterant: hi cū quibus charitas gradiebatur: eū ad hoſpitiū quaſi peregrinū vocant. vnde ſequit: Et coegerunt illū. Ex quo exemplo colligitur quia peregrini ad hoſpitium non ſolum inuitandi ſunt: ſed etiā trahēdi. GLO. Nec ſolū factis eū cogunt: ſed etiā verbis inducunt. Sequitur enim: Dicentes: Mane nobiſcū: quoniam adueſperaſcit: ⁊ inclinata ē iam dies .ſ. ad occaſū. GRE. in home. Ecce autem cū per mēbra ſua chriſtus ſuſcipitur: ſuſceptores ſuos etiā per ſemetipſum requirit. Sequitur enim: Et intrauit cum illis. Menſam ponunt: cibos afferunt: et deum quem in ſcripture ſacre expoſitione nō cognouerāt in panis fractione cognoſcunt. Seqtur enim: Et factū eſt dum recumberet cum illis: accepit panem ⁊ benedixit ac fregit: ⁊ porrigebat illis: ⁊ aperti ſunt oculi eorū ⁊ cognouerunt eum. CHRY. Quod non de ſenſibilibus oculis dictum eſt: ſed de ſenſu mentali. AVG. de con. euā. Neqꝫ enim clauſis oculis ambulabant: ſed inerat aliqd quo non ſinerentur agnoſcere quod videbant: quod .ſ. caligo ⁊ aliquis humor efficere ſolet: non quia dominus nō poterat transformare carnem ſuam: vt alia reuera eſſet effigies: quā ſolebāt intueri: quādoquidē ⁊ ante paſſionē trāſformatus eſt in monte: vt facies eius clareſceret ſicut ſol. Sed non ita nunc factum ē. non enim incongruenter accipimꝰ hoc impedimentū in oculis eorum a ſathana fuiſſe ne agnoſceretur ieſus: ſed tm̄ a chriſto facta eſt permiſſio vſqꝫ ad ſacramētū panis: vt veritate corporis eiꝰ participata: remoueri itelligatur impedimētū inimici: vt chriſtus poſſit agnoſci. THEO. Sed ⁊ aliud innuit: ꝙ .ſ. ſumētibus ſacrū panem aperiuntur oculi vt eū agnoſcāt. magnam enī ⁊ ineffabilem vim habet dn̄i caro. AVG. de que. euan. Uel ꝙ dominus ſe ire longius finxit: cū comitaretur diſcipulis exponens ſacras ſcripturas: vtrū ipſe eſſet ignorantibus: ſignificat quia hoſpitalitatis officio ad ſuā cognitionem peruenire poſſe homines intimauit: vt cum longius ipſe ab hominibus abſceſſerit ſuper omnes celos cū eis tranſit: qui hec exhibent ſeruis eius. Tenet ergo chriſtum ne longius ab eo eat quiſquis cathetizatur verbo in omnibus bonis ei qui ſe cathetizat communicat. Etenim iſti cathetizati erant verbo cum exponeret eis ſcripturas. Et quia hoſpitalitatē ſectati ſunt: eum quē in ipſa expoſitione ſcripturarum non cognouerunt: i panis fractione cognoſcūt. non enim auditores legis iuſti ſunt apud deū: ſed factores legis iuſtificabūtur. GRE. in home. Quiſquis ergo audita vult intelligere: feſtinat ea que iam intelligere potuit: opere implere. Ecce dominus non eſt cognitus dum loqueretur: ⁊ dignatus eſt cognoſci dum paſcitur. Sequitur enim: Et ipſe euanuit ex oculis eorum. THEO. Non enim tale corpus habebat: vt diutius cum eis cōmorari deberet: ⁊ hoc pariter augeret affectū eorum. vnde ſequit: Et dixerunt ad inuicem: Nōne cor noſtrum ardens erat in nobis: dum loqueretur in via ⁊ aperiret nobis ſcripturas. ORI. Per quod innuit ꝙ prolati ſermones a ſaluatore accendebant audientiū cor ad amorem diuinum. GRE. in home. pentheco. Ex audito enī ſermone inardeſcit animꝰ: torporis frigus recedit: mens in ſuperno deſiderio fit anxia. Audire libet precepta celeſtia: ⁊ quot mandatis inſtruitur: quaſi tot facibꝰ iflāmat. THE. Ardebat ꝗ cor eoꝝ vel igne verborum domini quibus intendebant tanꝗ veris. Uel quia eo diſſerente ſcripturas: precellebatur intrinſecus cor eoꝝ: ꝙ ille q̄ diſſerebat dominꝰ eſſet. Adeo ergo letati ſunt: vt nullā morā paſſi: mox reuerſi ſint in hieruſalem. ⁊ hoc eſt quod ſequitur: Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in hieruſalē. Surrexerunt quidem eadē hora: peruenerūt aūt per plures horas: ſicut oportebat ſexagita ſtadia trāſeuntes. AVG. de concor. euan. Iā autem fama erat ꝙ ſurrexerat ieſus a mulieribus facta: ⁊ a ſimone petro: cui iam apparuerat. Etenim iſti duo hec inuenerunt loquentes illos ad quos in hieruſalem venerunt. Sequitur eni: Et inuenerunt congregatos vndecim: ⁊ eos qui cum ipſis erant dicentes ꝙ ſurrexit dominus vere: ⁊ apparuit ſimoni. BEDA. Omnium enim virorū primo dominꝰ apparuiſſe videtur petro, ex his quos euangeliſte quattuor ⁊ paulus apoſtolus commemorauerunt. CHRY. Non enim ſimul omnibus ſe manifeſtabat: vt ſereret fidei ſemina. nam qui primo viderat ⁊ certꝰ erat: aliīs referebat. Deinde ſermo prodiens preparabat animum auditoris viſioni: ⁊ ideo primo digniori ⁊ fideliori omnibus apparuit. Erat .n. opus anime fideliſſime: que prius acciperet hunc aſpectum: vt minime turbaretur inopinata viſione. Et ideo primo videtur a petro: vt qui primo confeſſus eſt eum chriſtum: primo reſurrectionem videre mereatur: ⁊ etiam quia eum negauerat: prius ei voluit apparere conſolans eum ne deſperaret. Poſt petrum vero aliīs apparuit: quandoqꝫ paucioribus: quandoqꝫ pluribus: quod duo diſcipuli confitentur. Sequitur enim: Et ipſi narrauerunt que geſta erant in via: ⁊ quomodo cognouerūt eū in fractione panis. AVG. de concordā. euange. Quod autem ait marcus annunciauerunt ceteris: nec illis crediderunt: cum lucas dicat: ꝙ iam inde loquebantur vere reſurrexiſſe dominum: quid intelligendum eſt: niſi aliquos ibi fuiſſe qui hoc credere nollent?

**Dum autem hec loquuntur: ſtetit ieſus in medio eorum ⁊ dixit eis: Pax vobis. Ego ſum: nolite timere. Conturbati vero ⁊ conterriti eſtimabāt ſe ſpiritū videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis ⁊ cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Uidete manus meas ⁊ pedes: quia egoipſe ſum: Palpate ⁊ videte: quia ſpiritus carnem: ⁊ oſſa non habet ſicut me videtis habere. Et cum hec dixiſſet oſtē dit eis manus ⁊ pedes.**

CIRYL. Undiqꝫ reſurrectionis fama per apoſtolos diuulgata ⁊ affectu diſcipulorum erecto ad chriſti viſionem venit deſideratus: ⁊ querentibus ⁊ expectantibus reuelatur: nec diſceptat vt de alio: ſed euidenter ſe offert. vnde dicitur. Dum hec autem loquuntur: ſtetit ieſus in medio eorum. AVGV. De concor euangeliſta. Hanc oſtenſionem domini poſt reſurrectionem ⁊ ioannes cōmemorat. Sed quod dicit ioannes: Non cum illis fuiſſe apoſtolum thomam: cum ſcd̄m lucam duo illi regreſſi i hieruſalem: inuenerunt congregatos vndecim: ꝑcul dubio intelligendū eſt: ꝙ inde thomas exierit: anteꝗ dn̄s hec loquētibꝰ appareret. Dat .n. lucas locū i ſua narratione: q̄ðo poſſit itelligi dū hec loquerēt: prius inde exiſſe thomā: ⁊ poſtea dn̄ū intraſſe: niſi qs dicat: nō illos vndecim qui iam tunc apoſtoli vocabant: ſed diſcipulos illos vndecim fuiſſe ex multo numero diſcipulorum. Sed cum adiunxit lucas: Et eos qui cū ipſis erant. Satis vtiqꝫ declarauit euidentiꝰ illos vndecim apoſtolos qui vocabantur apoſtoli: cū quibꝰ ceteri erant. Sed videamus cuius myſteriī gratia ſm̄ mattheū ⁊ marcū reſurgens ita mandauerit: Precedā vos in galileā: ibi me videbitis: Quod etſi cōpletū ē: tamē poſt multa cōpletum ē: cū ſic mandatū ſit: vt aut hoc ſolum: aut hoc primū expectaretur fieri debuiſſe. AM. Unde hoc conuenientiꝰ arbitror: ꝙ dominus quidē mandauerit diſcipulis: vt in galilea eū viderent: ſed illis ob metū intra conclaue reſidentibus primū ſe obtuliſſe. GRECVS. Nec hoc ē promiſſi trāſgreſſio: ſed potius feſtinata ex benignitate impletio propter puſillanimitatē diſcipulorū. AM. Poſtea vero cōfirmatis animis vndecim illos galileā petiſſe. Uel nihil obſtat ſi dicantur pauciores intra conclaue: ⁊ in monte quāplures fuiſſe. EVSE. Duo enim euangeliſte .ſ. lucas ⁊ ioannes ſolis vndecim hunc ſcribūt apparuiſſe in hieruſalē: ceteri vero duo in galileā properare non ſolū vndecim ſed etiam vniuerſis diſcipulis ⁊ fratribꝰ dixerunt angelū ⁊ ſaluatorē vidiſſe: de quibus paulus meminit dicēs: Deinde apparuit plus ꝗ quingentis fratribus ſimul. Eſt autem verior ſolutio: ꝙ prius ꝗ in hieruſalē latitantibus ſemel aut bis viſus ē ad eorum conſolationē: in galilea vero non in conclaui aut ſemel aut bis: ſed cum multa poteſtate oſtenſionem ſui fecit: prebens ſe eis viuētē poſt paſſionē in ſignis multis: vt lucas teſtatur i actibus. AVG. de con. euan. Uel quod ab angelo hoc ē a domino dictū eſt: prophetice accipiendū ē. In galilea enī ſm̄ trāſmigrationis ſignificationē intelligendū occurrit: quia de populo iſrael tranſmigraturi erant ad gentes: quibus apoſtoli predicantes non crederent: niſi ipſe dominꝰ viā in cordibus hominū prepararet: ⁊ hoc itelligitur: Precedet vos in galileā. Secūdū aūt illud ꝙ galilea interpretat reuelatio: nō iā in forma ſerui intelligendū ē: ſed in qua ē equalis patri: quam promiſit electoribus ſuis: illa erit reuelatio tanꝗ vera galilea: cū videbimus eum ſicuti eſt. Ipſa ēt erit beatior tranſmigratio ex iſto ſeculo in illam eternitatem. vnde ad nos veniens non receſſit: ⁊ quo nos precedens non deſeruit. THEO. Primo igitur dominus in medio diſcipulorum ſtans ſoluto pacis affatu eorū turbinē ſedat: oſtendens ꝙ ipſe idem eſt magiſter eorū qui hoc verbo gaudebat: quo etiam eos muniuit cū ad predicandū miſit. vñ ſequit: Et dixit eis: Pax vobis: ego ſum: nolite timere. CYRIL. Pudeat ergo nos pacis munꝰ deſerere: quā nobis hinc deſcendēs chriſtus reliqt. Pax ⁊ res ⁊ nomē dulce: quā ⁊ dei eſſe accepimus iuxta illud: Pax dei. ⁊ eius eſſe deū: iuxta illud: Deus pacis ipſaꝫ ē deū: iuxta illud: Ipſe eſt pax noſtra. Per bonū cōmendatum ab omnibus: obſeruatū autē a paucis. Que autem eſt cauſa? Fortaſſis ambitio domini aut facultatū: aut liuor: aut odium: aut contēptus: aut aliquid huiuſmodi ex his que dei ignaros videmus incurrere. Dei quippe precipue pax eſt: que cōfederatꝰ omnia: cuius nihil eſt adeo propriū ſicut vnitas nature ⁊ pacificus ſtatus. Trāſſumitur vero ab angelis ⁊ diuinis poteſtatibus: que ad deum ⁊ ad inuicem pacifice ſe habent. Diffūditur vero per totā creaturā cuius eſt decor: tranquillitas in nobis aūt manat: ſm̄ animā quidē per inueſtigationē virtutū ⁊ communicationē: ſm̄ corpus vero in mēbrorū ⁊ elementoꝝ cōmēſuratione: quorum alterū pulchritudo: alterū ſanitas appellatur. BEDA. Diſcipuli autem nouerant chriſtū verū hominē: cū quo tanto tempore fuerant conuerſati. ſed poſtꝗ mortuus ē: non credunt tertia die potuiſſe verā carnē de ſepulchro reſurgere. Putant ergo ſe videre ſpiritum quē emiſit in paſſione: vnde ſequitur: Cōturbati vero ⁊ conterriti: exiſtimabant ſe ſpiritū videre. Error ille apoſtolorū ſecta eſt manicheorū. AM. Adducti autē virtutū exēplis petrū, ⁊ ioannē non credimus potuiſſe dubitare. Cur ergo lucas inducit fuiſſe turbatos. Primo omnium quia paucorum opinionem ſententia maioris partis includit. Deinde quia ⁊ ſi petrꝰ de reſurrectione crediderat: turbari tamē potuit ꝙ ſe dominus cū corpore vectibulis obſeratis: improuiſus infunderet. THEO. Uerū quia per verbū pacis non ē ſedatus turbo in animabus diſcipulorum. aliunde idicat eis ſe filiū dei eē: qui mentis cognoſcebat archana. vnde ſeqtur: Et dixit eis: Quid turbati eſtis. ⁊ cogitationes aſcendūt in corda veſtra. BEDA. Quales vtiqꝫ cogitatiōes niſi falſe ⁊ pernicioſe. Perdidit eni chriſtus fructū paſſionis: ſi non eēt veritas reſurrectionis tanꝗ bonus agricola diceret quod ibi plantaui inueniam .i. fidem que in cor deſcendit: quia deſuper eſt. Cogitationes autem iſte non deſuper deſcenderunt: ſed de imo in cor ſicut herba mala aſcenderunt. CIRYL. Hoc autem fuit euidentiſſimū ſignū: ꝙ non alius eſt qui videtur: ſed ille idem quem viderant in ligno mortuum: ⁊ poſitum in ſepulchro: quem non latebat aliquid eorum que erant in homine. AM. Conſideremus autem qua gratia ſcd̄m ioannem apoſtoli crediderunt qui gauiſi ſunt: ſcd̄m lucam qui increduli redarguūtur. Et videtur mihi ioannes quaſi apoſtolus maiora ⁊ altiora tetigiſſe hec ſequentia ⁊ humanis proxima: hic hiſtorico vſus circuitu: ille cōpendio: quia ⁊ de illo dubitari non poteſt: quia teſtimoniū perhibet de his: quibus ipſe iterfuit: ⁊ ideo vtrūqꝫ verū putamus. Nam ⁊ ſi in primo lucas eos non crediduſſe dicat: poſtea tamen crediſſe demonſtrat. CIRYL. Comprobans autē dominus deuictā eſſe mortē: ⁊ humanā naturā iā i chriſto corruptionē exuiſſe: primo oſtendit eius manus ⁊ pedes: ⁊ clauorū foramina. vnde ſubdit: Uidete manus meas ⁊ pedes: qꝛ ego ipſe ſum. THEO. Sed ⁊ aliud ſubiungit: palpationem .ſ. manuū atqꝫ pedū cū dicit. Palpate ⁊ videte: quia ſpiritus carnē ⁊ oſſa non habet: ſicut me videtis habere. quaſi diceret: Uos putatis me eē ſpiritū .i. phantaſma: ſicut plures defunctorum circa ſepulchra videri ſunt ſoliti. Sed ſcitote ꝙ ſpiritus neqꝫ carnē habet: neqꝫ oſſa: ego autem carnē ⁊ oſſa habeo. AM. Hoc autē dominus ideo dixit: vt ſpeciem nobis ſue reſurrectionis oſtenderet: nam quod palpatur corpus eſt. In corpore autem reſurgemus: ſed illud ſubtilius: hoc craſſius: vtpote adhuc terrene labis qualitate concretū. Non ergo per incorpoream naturā: ſed per reſurrectionis corporee q̄litatē chriſtus clauſa penetrauit. GRE. xiiī. mora. Non enim in illa reſurrectionis gloria corpus noſtrum erit impalpabile: ⁊ ventis aereqꝫ ſubtilius vt eutichius dixit: ſed ſubtile quidē per effectū ſpiritalis potentie: palpabile autē per veritatē nature. Sequit: Et cū hec dixiſſet: oſtendit eis manus ⁊ pedes. BEDA. Quibus .ſ. indicata clauorū veſtigia claruere: ſed ſm̄ ioannē etiam latus eis oſtendit: cum fuerit lancea perforatum: vt .ſ. oſtenſa vulnerū cicatrice dubietatis eorū vulnus ſanaret. Solent autem in hoc loco gentiles calūniā ſtruere: quaſi non valuerit dominus vulnera ſibi inflicta curare. Quibus reſpondendū eſt: quia non eſt conſequēs: vt qui maiora feciſſe probatur: minora facere nequiuerit ſꝫ certe diſpenſationis gratia qui mortem deſtruxit: ſigna mortis delere noluit: primo quidē, vt per hoc diſcipulis fidē ſue reſurrectionis aſtrueret: deinde vt patri pro nobis ſupplicans quale genus mortis pro homine pertulerit ſemper oſtendat: tertio vt ſua morte redemptis ꝗ miſericorditer ſint adiuti: propoſitis eiuſdem mortis indiciīs inſinuet: poſtremo vt in iudicio ꝗ iuſte damnentur impiī denunciet.

**Adhuc autem illis nõ credẽtibus ⁊ mirãtib⁹ pre gaudio dixit: Habetis hic aliquid: quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi: ⁊ fauum mellis. Et cũ manducaſſet corã eis: ſumẽs reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hec ſunt verba que locutus ſum ad vos: cum adhuc eſſem vobiſcũ: qm̃ neceſſe ẽ iplere oĩa que ſcripta ſũt in lege moyſi ⁊ prophetis ⁊ pſalmis de me.**

CIRYL. Oſtenderat dñs diſcipulis man⁹ ⁊ pedes: vt certificaret diſcipulos ꝙ corpus quod paſſuz fuerat reſurrexit. Ut adhuc aũt magis certificaret aliquid mãducabile petiit. vnde dicit: Adhuc aũt illis nõ credentibus ⁊ mirãtib⁹ pre gau. dixit: Habetis hic aliquid quod manducet? GRE niſſenus: Et iuſſu quidẽ legis paſca cũ amaricantib⁹ edebatur: quia adhuc amaritudo manebat: poſt reſurrectionẽ vero cib⁹ fauo mellis dulcoratur. vnde ſequit: At illi obtulerũt ei partẽ piſcis aſſi: ⁊ fauum mellis. BEDA. Ad inſinuãdũ ergo reſurrectionis ſue veritatez non ſolũ tãgi a diſcipulis: ſed etiã cõueſci cũ illis dignatur: ne arbitrarent eũ nõ ſolide: ſed imaginabiliter ſibi apparere. vnde ſequit: Et cũ manducaſſet corã eis: ſumẽs reliquas dedit eis. Mãducauit quidẽ poteſtate: nõ ex neceſſitate. aliter eniz abſorbet aquã terra ſitiens: aliter ſol calens: illa indigẽtia: iſte potentia. GRECVS. Si dam⁹ dominũ vere comediſſe: dem⁹ ⁊ oẽs homies poſt reſurrectionez vti ciborũ fomentis. Sed que ex quadã diſpenſatione fiunt a ſaluatore: nõ ſunt regula ⁊ norma nature: qm̃ in quibuſdã alijs diſpenſauit. Reſuſcitabit. n. noſtra corpora incorrupta: qui tñ dereliquit ꝓprij corporis foramina: que claui forauerant ⁊ lateris cicatricẽ: vt oſtendat ꝙ manſit poſt reſurrectionẽ natura corporis: nec ẽ in aliã mutatus ſubſtantiã. BEDA. Manducauit ergo poſt reſurrectionẽ: non quaſi cibo indigens: nec quaſi in reſurrectiõe quã expectam⁹ cibis egere ſignificans: ſed vt eo modo naturã corporis reſurgentis aſtrueret. Myſtice aũt piſcis aſſus quẽ chriſtus comedit: ſignificat chriſtũ paſſum: ipſe eniz latere dignatur in aquis generis humani. Capi voluit laqueo mortis noſtre: ⁊ quaſi tribulatione aſſatus ẽ tẽpore paſſionis ſue: ſed fauus mellis nobis extitit i reſurrectione. In fauo quidẽ mellis vtrãq; naturã exprimere voluit perſone ſue. Fauus quippe mellis in cera ẽ: mel vero in cera ẽ diuinitas in humanitate. THEO. Uidentur aũt ⁊ comeſta aliud habere myſteriũ. ꝙ eniz mãducauit partẽ piſcis aſſi: ſignificauit ꝙ naturã noſtrã in huius vite mari natãtẽ: aſſans eaz igne proprie deitatis: ⁊ exiccans ei⁹ humiditatẽ: quã a profundis vndis contraxerat: eſcã fecit diuinã: ⁊ eã que prius erat abominabilis preparauit deo cibũ ſuauẽ: quod ſignificat fauus mellis. vel per piſcẽ aſſuz ſignificat vitã actiuã conſumẽtẽ noſtrã humiditatẽ laborũ pruinis. cõtẽplationẽ vero ſignificat per fauũ mellis: propter dulcedinẽ eloquiorũ dei. EBDA. Poſtꝙ aũt viſus ẽ ⁊ tact⁹ manducauit: ne in aliquo ſenſus humanos ludificaſſe videretur: miſit man⁹ ad ſcripturas. vnde ſequit: Et dixit ad illos: Hec ſunt verba que locutus ſum ad vos: cũ adhuc eſſem vobiſcũ. i. cũ adhuc eſſem in carne mortali in qua eſtis ⁊ vos. tunc quidẽ in eadẽ carne reſuſcitatus erat: ſed cũ illis in eadẽ mortalitate nõ erat. ⁊ ſubdit: Quoniã neceſſe ẽ ipleri oĩa que ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ prophetis ⁊ pſalmis de me. AVG. de con. euan. Illud attendãt qui magicis artib⁹ chriſtũ tanta potuiſſe: ⁊ nomẽ ſuũ ad apoſtolos in ſe conuertendos arte ipſa conſecraſſe delyrãt: vtrũ potuit magicis artib⁹ prophetas diuino ſpiritu anteꝙ in terra naſceretur implere. Neq; enim ſi magicis artib⁹ fecit vt coleretur ⁊ mortuus: magus erat anteꝙ nat⁹: cui prophetando venturo gens vna deputata eſt.

**Tunc aperuit illis ſenſum: vt intelligerent ſcripturas: ⁊ dixit eis: Quoniam ſic ſcriptum eſt ⁊ ſic oportebat chriſtum pati ⁊ reſurgere a mortuiſ tertia die: ⁊ predicare i nomine eius penitentiam ⁊ remiſſionẽ peccatorũ in omnes gentes: incipientib⁹ ab hieroſolyma. Uos autez teſtes eſtis horum: ⁊ ego mittã promiſſum patris mei in vos. Uos autem ſedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto.**

BEDA. Poſtꝙ prebuit ſe videndũ oculis: manib⁹ contractãdũ: legis commemorauit ſcripturas. conſequenter aperuit ſenſum: vt intelligatur quod legitur. vnde dicitur Tũc aperuit illiſ ſenſũ: vt intelligerent ſcripturas. THE. Alioquin quomodo eorum anima turbata ⁊ vacillãs circa chriſti myſterium ſtuduiſſet: ſed ⁊ verbis eos docuit. Sequitur enim: Et dixit eis: quoniam ſic ſcriptum ẽ: ⁊ ſic oportebat chriſtum pati. ſ. per lignũ crucis. BED. Perdidit autẽ chriſtus fructũ paſſionis: ſi non eẽt veritas reſurrectionis. vnde ſubdit: Et reſurgere a mortuis die tertia. Deinde poſt cõmendatam ſui corporis veritatẽ: commendat eccleſie vnitatẽ cũ ſubdit: Et predicare in nomine eius penitẽtiã ⁊ remiſſionẽ peccatorum in omnes gentes. EVSE. Dictum enim erat: Poſtula a me: ⁊ dabo tibi gentes hereditatẽ tuam. Oportebat aũt cõuictos ex gentib⁹ expiari a quolibet contagio ⁊ macula per ipſius virtutẽ ꝗſi cõtaminatos ab errore demonũ idolatrie: et nuper quaſi conuerſos a vita execrabili ⁊ ipudica. ⁊ ideo dicit: ꝙ oportet predicari pri⁹ quidẽ penitẽtiã: conſequẽter remiſſionẽ peccatorũ i oẽs gentes. Eis eniz qui prius ꝙ verã oſtẽderũt malorũ pñiaz ſalubri gratia veniã commiſſorũ donauit: pro quib⁹ ⁊ mortẽ ſubijt. THEO. In hoc vero ꝙ dicit Pñiaz ⁊ remiſſionẽ peccatorũ. etiaz de baptiſmate meminit: in quo per depoſitionẽ priorũ ſcelerum: ſubſequit venia peccatorũ. Sed quo pacto intelligetur in ſolo chriſti nomine baptiſma fieri: cũ alibi mandet hoc fieri in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Et ꝑmo quidẽ dicimus ꝙ non intelligitur ꝙ in ſolo chriſti nomine fiat baptiſma: ſed ꝙ chriſti baptiſmate aliquis baptizetur. i. ſpiritaliter non iudaice: nec tali quali ioannes baptizabat ad ſolã penitẽtiã: ſed ad ſpiritus almi participationem: ſicut ⁊ chriſtus in iordane baptizatus oſtẽdit ſpiritũſanctũ in ſpecie colũbina. Porrò baptiſma in chriſti nomine. i. morte chriſti intelligas. ſicut. n. ipſe poſt mortẽ triduo reſurrexit: ſic ⁊ nos ter in aquã mergimur: ⁊ cõuenienter emergimur: incorruptibilitatis ſpũs arrã recipiẽtes. Hoc etiam chriſtus nomen continet in ſe: ⁊ patrẽ quaſi vnctorẽ: ⁊ ſpiritũ quaſi vnctionẽ: ⁊ filiũ quaſi vnctum. ſ. ſm̃ humanã naturã. Non autẽ decebat amplius bipartitũ eẽ humanũ gen⁹ in iudeos ⁊ gẽtiles. Et ideo vt omnes in vnũ vniret: mãdauit incipere ſermonẽ a hieruſalẽ ⁊ ad gentes terminari. vnde ſequit: Incipi. ab hieruſalẽ. BEDA. Non ſolũ quia credita ſunt illis eloquia dei: ⁊ corũ ẽ adoptio filiorũ ⁊ gloria. verũ etiã vt gentes varijs erroribus implicate: hoc maxime indicio diuine pietatis: ad ſpem venie prouocentur ꝙ eis qui filiũ dei crucifixerunt venia concedetur. CHRY. Inſuper ne dicerent aliqui: ꝙ omiſſis notis iuerunt ſe oſtentaturos ad extraneos. Ideo prius apud ipſos occiſores pandũt reſurrectionis ſigna in eadẽ ciuitate in qua prorupit temerarius auſus. Ubi. n. crucifixores credere videntur: reſurrectio plurimũ demonſtratur. EVSE. ꝙ ſi ea que chriſt⁹ predixit iã ſortiuntur effectũ: ⁊ verbũ ei⁹ viuax ⁊ efficax per vniuerſum mũduz oculata fide perſpicitur: tẽpus ẽ nõ incredulos eẽ erga eũ qui protulit verbũ. Cũ. n. neceſſe ẽ diuinaz vitã ducere: cuius opera viuida verbis conſona oſtendũtur: q̃ quidẽ miniſterio apoſtolorũ impleta ſunt. vñ ſubdit Uos aũt eſtl teſtes horũ. mortl. ſ. ⁊ reſurrectiõis. THE. Conſequẽter ne turbati cogitarent quomodo nos homines idiote teſtimoniũ perhibebimus gentib⁹ ⁊ iudeis qui te occiderunt: ſubiũgit: Et ego mitto ꝓmiſſ. pa. mei in vos qđ. ſ. per ioelẽ promiſerat dicens: Effũdaz ſpiritũ meũ ſuper oẽz carnẽ. CHRY. Sicut aũt milites inuaſuros multos nemo dux exire ſinit donec armati ſint: ⁊ ſic diſcip[u]los ante ſpirit⁹ deſcenſuz: ad conflictũ egredi nõ permittit. vñ ſubdit: Uos aũt ſedebitis in ciui. quoadusq; indua. vir. ex alto. THEO. i. virtute nõ humana ſed celeſti: nec dixit: Suſcipiatis: ſed induamini: integrã tutelã ſpiritalis velaminis indicãs. BEDA. De hac aũt virtute. i. ſpũſcõ dicẽt angelus marie: Et virtus altiſſimi obũbrabit tibi. et ipſe domin⁹ alibi: Nã ⁊ ego noui virtutez de me exiſſe. THEO. Cur aũt nõ chriſto preſente vel eo diſcedente ſtatiz ſpirit⁹ venit? Decebat eniz eos fieri cupidos rei: et demũ recipere gratiã. tunc eniz magis ad deuz erigimur: cũ icũbit neceſſitas. oportebat enim interim noſtrã cõparere naturã in celo: ⁊ federa cõſummari: ac deinde ſpiritũ aduenire: ⁊ gaudia celebrari ſerena. Attende ẽt quãtam eis neceſſitatẽ ipoſuit hieroſolymis eẽ: i eo ꝙ illic ſpiritũ ꝓmiſit largiri. Ne eniz rurſus poſt eius reſurrectionẽ aufugerẽt: hac expectatione quaſi quodã vinculo oẽs ſimul eos ibi detinuit. dicit aũt: Donec induamini virtute ex alto. Nec expreſſit qñ vt ſint iugiter vigiles. Quid ergo miraris: ſi diẽ nobis nouiſſimũ nõ pandit: cũ diẽ hũc ꝓpinquũ pandere noluit? GRE. in paſtora. Admonẽdi ſunt ergo quos predicationis officio imperfectio vel etas ꝓhibet: ⁊ tñ precipitatio ipellit: nedũ ſibi tantũ onus officij precipitatione arrogãt: viã ſibi ſubſequẽtis melioratiõis abſcindant. Ipſa enim veritas que repente quos vellet roborare potuiſſet: vt exẽplũ ſequẽtib⁹ daret: ne iperfecti predicare preſumerent: poſtꝙ plene diſcipulos de virtute predicationis inſtruxit: mandauit eis vt in ciuitate ſederent donec induerẽtur virtute ex alto. In ciuitate quippe ſedemus: ſi intra mentiũ noſtrarũ nos clauſtra conſtringim⁹ ne loquẽdo exterius euagemur: vt cũ virtute diuina perfecte induimur: tũc quaſi a nobiſmetipſis foras etiaz alios inſtruentes exeam⁹. AM. Conſideremus aũt quomodo ſm̃ ioannẽ acceperint ſpiritũſcũz: hic aũt in ciuitate iubentur ſedere: quoadusq; induãtur virtute ex alto: ſz ſpiritũſanctũ vel illis. xi. quaſi perfectiorib⁹ inſufflauit: ⁊ reliquis poſtea tribuẽdũ promittit: vel eiſdẽ ibi iſufflauit: hic ſpopondit. Nec videt eẽ contrariũ: cũ diuiſiones ſint gratiaru. ergo aliã inſufflauit ibi operationẽ: hic aliã pollicet. Ibi enim remittendorũ gratia tributa ẽ peccatoruz: quod videtur eẽ anguſtius. ⁊ ideo inſufflatur a chriſto: vt credas ſpiritũſanctũ chriſti ⁊ credas de deo ſpiritũ. De⁹ eniz ſolus peccata dimittit: lucas autẽ linguarũ gratiam deſcribit effuſaz. CHRY. Uel dicit: Accipite ſpiritum ſanctũ: vt eos idoneos faceret ad receptionem: aut quod futurũ ẽ vt pñs indicauit. AVG. xv. de trini. Uel dominus poſt reſurrectionẽ ſuaz bis dedit ſpiritumſanctuz: ſemel in terra propter dilectionez proximorũ: ⁊ iterũ de celo propter dilectionẽ dei.

**Eduxit autem eos foras in bethaniam: ⁊ eleuatis manibus ſuis benedixit eis: ⁊ factum ẽ: duz benediceret illis receſſit ab eis: ⁊ ferebatur in celũ ⁊ ipſi adorantes regreſſi ſunt in hieruſalez cũ gaudio magno: ⁊ erant ſemper in templo laudantes ⁊ benedicentes deum. Amen.**



BEDA. Pretermiſſis omnibus que per. xliiij. dies agi a domino cuz diſcipulis potuerunt: primo dici reſurrectionis eius coniungit tacite nouiſſimũ diẽ quo aſcendit in celuz dicens: Eduxit aũt eos foras in bethaniã. Primo quidẽ propter nomen ciuitatis que domus obedientie dicitur. qui eniz propter inobedientiã peruerſorũ deſcendit: propter obedientiã conuerſorũ aſcendit. deinde propter ſitum eiuſdẽ ville que in latere montis oliuaruz poſita eẽ narrat: q: videlicet obedientis eccleſie domus in ipſius ſummi mõtis. i. in chriſti latere: fidei: ſpei: dilectioniſq; ſue fundamẽto locauit. Eos aũt benedicit: quibus precepta docendi tradiderat. vñ ſequit: Et eleuatis manib⁹ ſuis benedixit eis. THEO. Forſan viz conſeruatiuã influẽs eis vſq; ad aduẽtũ ſpiritus: ⁊ fortaſſis inſtruẽs nos: vt quotiens recedim⁹: benedictionibus ſubditos deo cõmendem⁹. ORI. Qđ aũt eleuatis manibus benedixit eos: ſignificat ꝙ deceat benedicentem cui ornatuz eẽ varijs operibus ⁊ arduis reſpectu aliorum: ſic eniz manus tolluntur in altũ. CHRY. Attende autẽ ꝙ dominus hrania repromiſſa aſpectu ſubijcit. promiſerat quidẽ corporuz reſurrectionez: a mortuis reſurrexit: ⁊ per. xl. dies diſcipulos certificat. promittitur etiaz ꝙ in nubib⁹ rapiemur in aere: ⁊ hoc ipſe patefecit per opera. Sequit eniz: Et factũ ẽ dũ benediceret illis: receſſit ab eis ⁊ ferebat in celũ. THEO. Et helias quidem videbatur quaſi aſſumi in celũ: ſed ſaluator ipſe precurſor omnium aſcendit in celũ: appariturus diuino conſpectui in ſacro ſuo corpore: ⁊ iaz noſtra natura in chriſto honorat a qualibet virtute angelica. CHRY. Sed dices: quid intereſt mea: quia ⁊ tu in nubib⁹ ſuſcipieris ſimiliter: nam corpus tuũ cõnaturale ẽ illi corpori. Erit igitur ⁊ corpus tuũ tam agile vt poſſit tranſire per aera. nam ſicut caput: ſic ⁊ corpus: ſicut principiũ ſic ⁊ finis. Aſpice aũt quomodo honoratus es per hoc pricipiũ. Infima pars ratiõalis creature homo erat: ſed pedes effecti ſunt caput: ſublimati i regiã ſedez in ſuo capite. BEDA. Aſcendente autẽ in celũ domino: diſcipuli adorãtes vbi ſteterũt nouiſſime pedeſ eius: confeſtim hieroſolymaz redeunt: vbi promiſſionez patris ſunt expectare precepti. Sequit eniz: Et ipſi adorantes: regreſſi ſunt in hieruſalẽ cuz gaudio magno. Gaudia magna agunt: quia deuz ac dominuz ſuuz poſt triũphum reſurrectionis etiam celos penetraſſe letantur. GRECVS. Et erant vigilantes non degentes in propriis laboribus: ſed expectantes ſupernaz gratiam conuerſantur in templo: inter cetera etiam loci honeſtatem addiſcentes. vnde dicitur: Et erant ſemper in templo. THE. Nondũ aderat ſpiritus: ⁊ iaz ſpiritaliter cõuerſantur: prius erant recluſi: iaz ſtant in medio principum ſacerdotũ nec aliquo diſtrahuntur mũdano ſed oĩb⁹ cõtẽptis iugit deum laudant. Sequitur enim: Laudantes ⁊ benedicentes deũ. BEDA. Et attẽde ꝙ lucas inter quattuor aĩalia celi deſignatus accipit per vitulũ: cuius victima qui in ſacerdotium eligebantur initiari ſunt iuſſi: eo ꝙ ipſuz ſacerdotiũ chriſti ceteris ampli⁹ exponẽdũ ſuſcepit. ⁊ euangeliũ ſuũ quod a miniſterio tẽpli per ſacerdotium zacharie cepit: in tẽpli deuotione compleuit: ⁊ apoſtolos ibi miniſtros noui ſacerdotij futuros non in victimaruz ſanguine: ſed in laude dei ⁊ in benedictione concluſit: vt in loco orationis ⁊ inter laudũ deuotiones promiſſuz ſpiritusſancti aduentuz paratis cordibus expectent. THEO. Quos nos imitantes in ſacra vita ſemper degamus: laudantes ⁊ benedicentes deum: cui eſt gloria ⁊ benedictõ ⁊ virtus in ſecula: Amen.


| | |
|---|---|
| Dominica prima de aduentu. | |
| Erunt ſigna in ſole ⁊ luna | xxi. |
| Dominica quarta Anno quintodecimo iperij | iij. |
| Dominica poſt natiuitatez domini | |
| Erat ioſeph ⁊ maria | ij. |
| In octaua natiuitatis domini | |
| Poſtquã conſummati ſunt dies | ij. |
| Dominica prima poſt ephianiaz | |
| Cum factus eſſet ieſus annorum | ij. |
| In ſexageſima Cuz turba multa | viij. |
| In quinquageſima Aſſumpſit ieſus. xij. | viij. |
| Feria quinta poſt dominicaz ſecundaz in. xl. | |
| Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolaz hanc | xvi. |

# Lucas


| | |
|---|---|
| Sabbato poſt eandem | |
| Dixit ieſus diſcipulis ſuis homo quidam | xv. |
| Dominica tertia in quadrageſima | |
| Erat ieſus eijciens demoniū | xi. |
| Feria ſecunda poſt eandē | |
| Dixerunt phariſei ad ieſum: quanta au. | iiij. |
| Feria quinta poſt eandē | |
| Surgens ieſus de ſynagoga | iiij. |
| Feria quinta poſt dominicam quartā in .xl. | |
| Ibat ieſus in ciuitatē que vocatur naim | vij. |
| Feria quinta poſt dominicā in paſſione | |
| Rogabat ieſum quidā phariſeus | vij. |
| Feria quarta poſt dominicam in ramis palmarū | |
| Appropinquabat dies feſtus | xxij. |
| Feria ſecunda poſt dominicam reſurrectionis | |
| Duo ex diſcipulis ieſu ibant | xxiiij. |
| Dñica prima poſt penthe. Eſtote miſericordes | vi. |
| Dominica ſecunda Homo quidā fecit cenā | xiiij. |
| Dominica tertia Erant appropinquantes | xv. |
| Dominica quarta Cū turbe irruerent | v. |
| Dominica octaua Homo quidā erat diues | xvi. |
| Dominica nona Cum appropinquaret ieſus | xix. |
| Dominica decima Dicebat ieſus ad quoſdā | xviij. |
| Dominica duodecima Beati oculi qui vidēt | x. |
| Dominica tertiadecima | |
| Dum iret ieſus hieroſolymā | xvij. |
| Dominica quintadecima Ibat ieſus in ciuitatē | vij. |
| Dominica ſextadecima Cū intraſſet ieſus | xiiij |
| In dedicationib⁹ Egreſſus ieſus perābu. | xix. |
| In feſto ſancti ſilueſtri pape | |
| Sint lumbi veſtri precincti: ꝛ lucerne ar. | xij. |
| In feſto purificationis beate marie virginis | |
| Poſtq̄ impleti ſunt dies | ij. |
| In feſto annunciationis ſancte marie | |
| Miſſus eſt angelus gabriel | i. |
| In feſto ſancti marci euangeliſte | |
| Deſignauit dominus ieſus ꝛ alios | x. |
| In feſto natiuitatis ſancti ioannis baptiſte | |
| Eliſabet impletum ē tēpus pariendi | i. |
| In feſto ſancte marie magdalene | |
| Rogabat ieſum quidam | vij. |
| In feſto aſſumptionis ſancte marie | |
| Intrauit ieſus in quoddam caſtellum | x. |
| In vigilia ſancti ioannis baptiſte | |
| Fuit in diebus herodis | i. |
| In feſto ſancti apollinaris epiſcopi ꝛ martyris | |
| Facta ē autem contentio inter diſcipulos | xxij |
| In vigilia aſſumptionis beate marie virginis | |
| Loquente ieſu ad turbas extollens vocem | xi. |
| In vigilia ſancti matthei apoſtoli ꝛ euangeliſte | |
| Uidit ieſus publicanū nomine leui. | v. |
| In vigilia plurimorum apoſtolorum | |
| Deſignauit dominus ꝛ alios | x. |
| In natali vnius martyris | |
| Siquis venit ad me ꝛ non odit | xiiij. |
| In natali plurimorum martyrum | |
| Deſcēdens ieſus de monte | vi. |
| Attendite a fermento phariſeorum | xij. |
| Dicebat ieſus turbis iudeorū: ve vobis qui edi. | xi. |
| Cū audieritis prelia ꝛ ſeditiones: noli. | xxi. |
| Qui vos audit me audit | x. |
| In feſto confeſſorum pontificum | |
| Sint lumbi veſtri precincti: ꝛ lucerne ar. | xij. |
| Nemo accendit lucernam | xi. |
| Nolite timere puſillus grex | xij. |
| Homo quidam nobilis abijt in regionem | xix. |
| Feria quinta in quattuor tēporibus aduentus | |
| Exurgens maria abijt in montana | ij. |
| In nocte natiuitatis domini in ſecunda miſſa | |
| Paſtores loquebantur adinuicem | ij. |
| Feria tertia poſt reſurrectionē domini | |
| Stetit ieſus in medio diſcipulorum ſuorū | xxiiij. |
| Feria quinta poſt feſtū penthеco. | |
| Conuocatis ieſus .xij. apoſtolis: dedit illis | ix. |
| Feria quinta poſt penthe. | |
| Factum eſt in vna dierum | v. |
| Sabbato Surgens ieſus de ſynagoga | iiij. |
| Sabbato .iiij. temporum in menſe ſeptembris | |
| Dicebat ieſus turbis ſimilitudinem hanc | xiij. |
| In natiuitate domini ad ſecundam miſſam | |
| Exijt edictum a ceſare auguſto vt deſcri. | ij. |
| In letanijs maioribus | |
| Quis veſtrum habebit amicū | xi. |
| Dominica tertia poſt feſtum penthеco. | |
| Erant autē appropinquantes publicani ꝛ. | xv. |


Finis tabule.



**Beati Thome aquatis cōtinuū in euāgeliū ſcī Joānis.**

AVG. Lux que illuminat omnē hominē venienteȝ in hunc mundū: hoc venit per carnem: quia dum hic eſſet p diuinitatē a ſtultis cecis ⁊ iniquis videri non poterat: de quibus ſupra dictum eſt: Tenebre eam non comprehenderunt. ⁊ ideo dicitur: In mundo erat. ORI. in ho. Ut enim qui loquitur: dum loqui ceſſat vox eius eſſe deſinit ⁊ euaneſcit: ſic celeſtis pater ſi verbum ſuuȝ loqui ceſſauerit: effectus verbi: hoc eſt vniuerſitas verbo cōdita nō ſubſiſtet. non autem putes: quia ſic erat in mundo: quomodo in mundo eſt terra: pecora: ⁊ homines: ſȝ quomodo artifex regens quod fecit. vnde ſequitur: Et mundus p ipm factus eſt. Non enim ſic fecit quomodo facit faber qui eniȝ fabricat extrinſecus eſt ad illud quod fabricat. Deus autem infuſus mūdo fabricat vbiq; poſitus: ⁊ nō recedit ab aliquo: preſentia maieſtatis facit quod facit: ⁊ gubernat qō facit: ſic ergo erat in mundo: quomodo per quē factus eſt mundus. CHRY. Et iteruȝ quia in mūdo erat: ſed non ut mundi contemperaneus propter hoc induxit: Et mundus per ipſū factus eſt. per hoc ⁊ rurſus te deducens ad eternam exiſtentiaȝ vnigeniti. qui eni audierit quoniaȝ opus eius hoc totuȝ: ⁊ ſi valde inſenſibilis fuerit: cogetur concedere ante opera eſſe factorē. THE. Simul auteȝ hic ⁊ martionis ſubuertit rabieȝ: qui maligniȝ conditorē cuncta produxiſſe dicebat: necnon ⁊ arrij qui filiuȝ dei dicebat creaturaȝ. AVG. Quid ē autē: mundus per ipſuȝ factus eſt: Celū terra: mare: ⁊ omia que in eis ſunt mundus dicitur. Iterū in alia ſignificatione: dilectores mundi mundus dicuntur. de quo ſequit: Et mundus euȝ nō cognouit. Non eni celi aut angeli aut ſidera non cognouerunt creatorē: quē confitentur demonia: omia vndiq; teſtimoniū perhibuerunt. Sed qui non cognouerunt euȝ: qui amando mundū dicti ſunt mūdus amando eni munduȝ habitamus corde in mundo: nam qui non diligunt mundū: carne verſantur in mundo: ſed corde inhabitant celū: ſicut apoſtolus dicit: Noſtra conuerſatio in celis eſt. amando igitur munduȝ: hoc appellari meruerunt vbi habitant. Quomodo eni cuȝ dicimus mala eſt illa domus aut bona: non parietes incuſamus aut laudamus: ſed inhabitantes: ſic ⁊ munduȝ dicimus qui inhabitant mundū amando. CHRY. Qui auteȝ dei erant amici: eum cognouerunt etiaȝ ante corporaleȝ preſentiā, vnde ⁊ chriſtus ait: Quoniaȝ abraam pater veſter exultauit vt videret diem meuȝ. Cum ergo nos interpellant gentiles dicentes: Quid eſt quod in vltimo tempore venit noſtraȝ operaturus ſaluteȝ: tanto tempore negligens nos: dicimus quoniā ⁊ ante hoc in mundo erat ⁊ prouidebat operibus ſuis: ⁊ omnibus dignis cognit' erat. ⁊ ſi eū mundus non cognouit: hi tamen quibus mūdus non erat dignus eū cognouerunt. Dicens autē: Mūdus eum non cognouit: breuiter cauſam ignorantie pbuit. Mundū eni vocat hoies qui ſoli mūdo affixi ſunt: ⁊ q mūdi ſūt ſapiūt. Nihil aūt ita turbat mentē: vt liquefieri amore preſentium.

**In propria venit ⁊ ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus: neq; ex voluntate carnis: neq; ex voluntate viri: ſȝ ex deo nati ſūt.**

CHRY. Dixit ꝙ mundus euȝ non cognouit de ſuperioribus loquens temporibus: ſed de reliquo ſermoneȝ induxit ad predicationis tempora: ⁊ ait: In propria venit. AVG. Quia ſcilicet omia per ipſuȝ facta ſunt.

THEO. Ut per propria mundū intelligas: ſiue iudeam quam pro hereditate elegerat. CHRY. In ppria ergo venit non gratia ſue neceſſitatis: ſed gratia beneficij ſuoruȝ. Sed vnde venit qui omnia implet ⁊ vbiq; adeſt:

Ea quidē ꝗ ad nos deſcēſione hic operatus eſt: quia
enim in mundo exiſtens: non putabatur adeſſe: eo ꝙ nō
dum cognoſcebatur: dignatus eſt induere carnem. Ma
niſeſtationē vero hanc ⁊ condeſcenſionem preſentiā vo
cat. Miſericors autē exiſtens deus omnia facit: ut nos
ſm virtutem ſplendeamus: ⁊ propter hoc quidem nullā
neceſſitate: ſuaſiōe vero ⁊ beneficiis volentes ad ſe attra
hit: ⁊ propterea venientem eum hi quidem ſuſceperunt:
alii vero non receperunt. Nullum enim vult inuitū neqꝫ
coactum habere famulatum: inuitum enim trahi par eſt
cum eo qui totaliter non ſeruit. vnde ſequitur: Et ſui eum
non receperunt. Judeos nunc ſuos dicit: ut populū pe
culiarem: ſed ⁊ omnes homines vt ab ipſo factos. ⁊ ſi
cut ſuperius pro cōmuni verecundatus natura dicebat:
quoniam mundus per ipſum factus conditorem non co
gnouit: ita ⁊ hic rurſus pro iudeorum anxius in deuoti
one grauius ponit accuſationem dicens: Et ſui eum non
receperunt. AVG. Si autem omnino nullus recepit:
nullus ergo ſaluus factus eſt. Nemo enim ſaluus fiet: niſi
ſi qui chriſtum recepit venientē. ⁊ ideo addit: Quotquot
autem receperunt eum. CHRY. Siue ſint ſerui ſiue li
beri: ſiue greci ſiue barbari: ſiue inſipientes ſiue ſapiētes
ſiue mulieres ſiue viri: ſiue pueri: ſiue ſenes: omnes eodē
digni facti ſunt honore. de quo ſequitur: Dedit eis pote
ſtatem filios dei fieri. AMBRO. Magna beniuolen
tia vnicus natꝰ eſt: ⁊ noluit manere vnus: non timuit ha
bere coheredes: quia hereditas eius non fit anguſta ſi
multi poſſederint. CHRY. Non āt dixit: qm̄ fecit eos
filios dei fieri: ſꝫ dedit eis ptātē filios dei fieri: oſtēdēs qm̄
multo opꝰ eſt ſtudio: ut eā q̄ in baptiſmo adoptōis forma
ta ē imaginē incontaminatā ſemꝑ cuſtodiamus. Simul
autem oſtendens quoniam poteſtatem hanc nullus no
bis vel auferre poterit: niſi noſipſi auferamus. Si enim
qui ab hominibus dominiū aliquarum rerū ſuſcipiunt
tantum habent robur quantū fere hi qui dederunt. mul
to magis nos qui a deo potimur hoc honore. Simul au
tem oſtendere vult: quoniam hec gratia aduenit volenti
bus ⁊ ſtudentibus. Etenim in poteſtate eſt liberi arbitrii:
⁊ gratie operatione filios dei fieri. THEO. Uel quia
in reſurrectione filiationem perfectiſſimā conſequemur:
ſm ꝙ apoſtolus dicit adoptionē filiorum dei expectan
tes redemptionē corporis noſtri. Dedit ergo poteſtatē
filios dei fieri. i. hanc gratiam in futura gratia conſequē
di. CHRY. Et quia in hiſipſis ineffabilibꝰ bonis: hoc
quidem eſt dei. ſ. dare gratiā: illud vero hominis. i. ꝓbe
re fidē: ſubiungit: His qui cre. in nomine eius. Quid igit
nō dicis nobis o ioannes quod eorum ſit ſuppliciū qui
eum non receperūt: qꝛ nunqd iſto ſupplicio fiet maiꝰ qm̄
ꝑlacente eis ptāte filios dei fieri nō fiant: ſed volentes ſe
ipſos tanto ꝑuant honore: ſed etiā inextinguibilis eos ſu
ſcipiet ignis: qḋ poſtea manifeſtius reuelabit. AVG.
Credētes ergo qꝛ filii dei fiunt: ⁊ fratres chriſti vtiqꝫ na
ſcunt. Nam ſi non naſcunt filii quō eſſe poſſunt: Sed filii
hominū naſcunt ex carne ⁊ ſanguine ⁊ ex voluntate viri
⁊ complexu cōiugii. Illi autē quomodo naſcunt ſubdit:
Qui nō ex ſanguinibus: tanq̄ maris ⁊ femine. Sāguina
vel ſanguines nō eſt latinū: ſꝫ quia grece poſitū ē plurali
ter: maluit ille qui interꝑtabat ſic ponere: ⁊ quaſi minus
latine loqui ſm grāmaticos: ⁊ tñ explicare veritatē ſꝫ au
ditū infirmorū. Ex ſanguinibus enī maris ⁊ femine ho
mines naſcunt. BED. Sciendū etiam eſt: quia in ſcri
ptura ſanctis ſanguis cum dī pluralit: pctm̄ ſignificare ſo
let. vnde: Libera me de ſanguinibus. AVG. In eo au
tē qḋ ſequit: Neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex volūta
te viri: carnē ꝓ femina poſuit: quia de coſta facta cū eēt
adā dixit: Hoc nūc os de oſſibus meis: ⁊ caro de carne
mea. Ponit ergo caro ꝓ vxore quō aliqñ ſpūs ꝓ mari
to: qꝛ ille imperare dꝫ: iſta ſeruire. Quid enim peiꝰ ē do
mo vbi femina hꝫ imperium ſuper virū. Hi ergo neqꝫ ex
voluntate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: ſed ex deo nati
ſunt. BED. Carnalis enī ſingulorū generatio a ꝯplexu
cōiugii duxit originē. at vo ſpūalis ſpūſſancti gratia mi
niſtrat. CHRY. Hoc aūt narrat euāgeliſta: ut vilitatē
⁊ humilitatē prioris partus qui eſt per ſanguinē ⁊ volū
tatem carnis addiſcētes: ⁊ altitudinē ſecundi qui ꝑ grām
⁊ nobilitatē eſt cognoſcētes: magnā quandā hic ſuſcipia
mus intelligentiā ⁊ dignam dono ipſius q̄ genuit: ⁊ mul
tum poſt hoc ſtudiū demonſtremus.

**Et verbum caro factū eſt: ⁊ habitauit ī nobis.**

AVG. Cum dixiſſet. Ex deo nati ſunt: quaſi ne mira
remur ⁊ horreremus tantam gratiā ⁊ nobis incredibile
videretur: quia homines ex deo nati ſunt: quaſi ſecurita
tem faciens ait: Et verbum caro factū eſt. Quid ergo mi
raris quia homines ex deo naſcuntur: attende ipſum de
um ex hominibus natum. CHRY. Uel aliter: Cum
dixiſſet: quoniam ex deo nati ſunt qui ſuſceperunt eum:
huius honoris poſuit cauſam: hoc ſcilicet verbum fieri
carnem. factus eſt enim proprius filius dei hominis fili
us: vt filios hominū faciat filios dei. Cum autem audie
ris: Quoniam verbū caro factum eſt: ne turberis: neqꝫ
enim ſubſtantiam conuertit in carnem. hoc enim vere im
pium eſt intelligere: ſed manens quod eſt: hui formā aſ
ſumpſit. Quia enī ſunt qui dicunt: quoniā fantaſmata
quedam fuerint oīa que incarnatiōis ſunt: eorum blaſ
phemiā deſtruens: hanc dictionē: Factum eſt poſuit. non
tranſmutationē ſubſtantie: ſed carnis vere aſſumptionē
repreſentare volens. Si vero dixerint: quoniā deus om
nipotens eſt: quare ⁊ in carnem tranſmutari non potuit.
Dicemus ꝙ tranſmutari ab illa incōmutabili natura om
nino procul eſt. AVG. xv. de trinita. Sicut autē ver
bum noſtrū vox quodāmodo corporis fit aſſumendo
eam in qua manifeſtatur ſenſibus hominū: ſic verbū dei
caro factum eſt: aſſumendo eam in qua ⁊ ipſū manifeſta
retur ſenſibus hominū. Et ſicut verbum noſtrū fit vox
nec mutatur in vocē: ita verbum dei caro quidē factū ē
ſed abſit vt mutaretur in carnē: aſſumendo quippe illam
non in eā ſe ꝯſumendo ⁊ hoc noſtrum vox fit: ⁊ illud ca
ro factum eſt. EX geſtis concilii epheſini: Sermo etiā
quem proferimus quo in alterutris locutiōibus vtimur
ſermo eſt incorporeus: non aſpectui ſubiectus: non tactu
tractabilis: ſed cum ſermo induerit litteras ⁊ elementa
viſibilis fit: aſpectu comprehenditur: tactu tractatur: ſic
⁊ verbum dei quod naturaliter inuiſibile eſt viſibile fit:
⁊ quod natura incorporeum eſt: inuenitur eſſe tractabi
le. ALCVIN. Cū etiam credamus animā incorpo
ream corpori coniungi: vt ex his duobus fiat vnus ho
mo: facilius poſſumus credere diuinā ſubſtantiā incor
poreā aīe in corpore coniungi in vnionē perſone: ita vt
verbū in carnē nō ſit conuerſū: nec caro in verbum: cū
nec corpus in aīam: nec anima conuertatur in corpus.
THEO. Appollinarius aūt laodicēſis in hoc verbo
hereſim ſtatuit: dicebat enī ꝙ chriſtus aīam rōnalē nō ha
buit: ſed tm̄ carnē habens: diuinitatē ꝓ aīa que corpꝰ di
rigit ⁊ gubernat. AVG. contra ſer. arriani: Si aūt mo
uentur in eo quod ſcriptū eſt: ꝙ verbum caro factum eſt
nec ibi aīa nominatur: intelligat carnem ꝓ homine poſi
tā: a parte totū figurate locutionis modo ſicuti eſt: Ad te
oīs caro veniet. Item ex operibus legis: ꝙ non iuſtifi
cabitur oīs caro: quod apertius alio loco dī: Non iu
ſtificabit homo ex operibus legis. Sic itaqꝫ dcm̄ ē: Uer
bū caro factū eſt. ac ſi diceret: Uerbū homo factum eſt.
THE. Euāgeliſta volēs oſtēdere inenarrabilē dei ꝯde
ſcenſū: carnē ꝯmemorat: vt illius admiremur miſericor
diā: quoniā propter noſtram ſalutē quod omnino remo
tū: ⁊ diſtans eſt ab eiꝰ natura: aſſumpſit. ſ. carnē. aīa nāqꝫ
habet aliquā ꝓpinquitatē ad deū. Si autem verbum in
carnatū eſt



carnatū ē: ⁊ humanā animā non aſſumpſit: ſequeretur
ꝙ adhuc anime noſtre curate nō eſſent: quod enim nō aſ
ſumpſit: nō ſanctificauit. Et qualis deriſio: cū aīa prius pec
cauerit: vt carnē aſſumendo ſanctificauerit id qḋ eſt pri
cipalius infirmū relinqueret. Subuertitur ex hoc dicto
neſtorius: q̄ dicebat ꝙ nō deꝰ verbū ipſe idē factus eſt
hō ex ſacro ꝯceptꝰ ſanguine v̄ginis: ſꝫ v̄bo pepit hoīē
q̄ oīs v̄tutis dotatus erat ſpecie: ⁊ dei verbū illi erat con
iunctū: ⁊ ex hoc duos filios aſſerebat: vnum natum de
virgine. ſ. hoīē: alterū de deo. ſ. dei filiū homini illi ꝯiun
ctū ſm gratiā habitudinē ⁊ amorē. Contra quē euangeli
ſta dixit: ꝙ ipſū verbū factū ē homo: non ꝙ verbū inue
niens hoīē v̄tuoſum ſe ſibi ꝯiunxerit. CIRY. ad ne
ſtoriū: Carnē enim aiatam aīa rationali viuēs verbum
ſibi ſm ſubſiſtentiā ineffabiliterqꝫ ⁊ intelligibiliter factꝰ
eſt homo: ⁊ appellatus ē filius hoīs: non ſecundū volū
tatē ſolā aut beneplacitū: ſed neqꝫ in aſſumptione ꝑſone
ſolius: diuerſe quidē quo ad vnionē collate nature vnuſ
aūt ex ambobus chriſtus ⁊ filius: nō quaſi differentia na
turaꝝ interempta ꝓpter adunationē. THE. Addiſci
mus ergo ꝑ hoc qḋ dicitur: Uerbum caro factū ē: qꝛ ipſū
verbum ē homo: ⁊ filius dei exiſtens factus eſt filiꝰ mu
lieris: que principalr dei genitrix nuncupat: tanq̄ deū i
carne genuerit. HYLA. x. de tri. quidā aūt volentes
vnigenitum deū q̄ in principio apud deū erat deus ver
bū: non ſubſtantiuū deū eſſe ſꝫ ſermonē vocis emiſſe: vt
quod loquentibus verbū ſuū: hoc ſit patri deo filius ar
gute ſubripere volunt: ne ſubſiſtens verbū deus ⁊ ma
nens in forma dei xp̄s homo natus ſit: vt cū hoīē illum
hūane potiꝰ originis cā q̄ ſpiritualis ꝯceptionis ſacrā
aīauerit: nō deus v̄bū hoīē ſe ex partu v̄ginis efficiēs
extiterit: ſed vt ꝓphetis ſpūs ꝓphetie: ita in ieſu v̄bum
dei fuerit. Et arguere nos ſolent ꝙ chriſtū dicamus eſſe
natū non noſtri corporis atqꝫ aīe hoīē: cū nos verbum
carnē factū: noſtre ſimilitudinis natū hoīem predicemuſ
vt vere dei filꝰ vere hoīs filius natus ſit. ⁊ vt ꝑ ſe ſibi
aſſumpſit ex v̄gine corpus: ita ex ſe ſibi aīam aſſumpſit
q̄ vtiqꝫ ab hoīe nunq̄ gignētiū originibus ꝑbet. ⁊ cū ipe
ille filius hoīs ſit: q̄ ridicule ꝑter dei filiū q̄ verbū caro
factū ē: aliū neſcio quē tanq̄ ꝓphetā v̄bo dei aiatū predi
cabimus cū dn̄s ieſus chriſtus ⁊ dei filius ⁊ hoīs filius
ſit. CHRY. Ne aūt ab eo qḋ dictū ē: Uerbū caro fa
ctū ē: incōuenienter ſuſpiceris verſionē illius icorrupti
bilis nature ſubdit: Et habitauit in nobis. Qḋ enī habi
tat: non idē ē cū habitaculo: ſed aliud. aliud aūt dico ſꝫ
naturā: vnione vero ⁊ copulatione vnū ē deus v̄bū ca
ro neqꝫ ꝯfuſione facta neqꝫ deſtructōe ſubſtantiarum.
ALCVINVS. Uel habitauit in nobis. i. inter hoīes
conuerſatus eſt.

**Et vidimus gloriam eius gloriam quaſi vni geniti a patre: plenum gratie ⁊ veritatis.**

CHRY. Cum dixiſſet filii dei facti ſumꝰ: ⁊ ñ aliter q̄
ꝑ hoc v̄bū caro factū ē: rurſus ipſꝰ dic ⁊ aliud lucrū: Et
vidimꝰ gl'iam eius. quam vtiqꝫ nō vidiſſemꝰ: niſi ꝑ con
ſortiū hūanitatis viſus eſſet nobis. Si enī moyſi nō ſu
ſtinuerūt faciē glorificatā videre: ſed velamine opus fuit
q̄liter diuinitatē nudā exiſtētē: inacceſſibilē etiā ipſis ſuperioribꝰ
v̄tutibꝰ nos lutei ⁊ terreſtres ſufferre poſſemus? AV.
Uel aliter: Quia verbū caro factū ē ⁊ habitauit ī nobis
Iſta natiuitate collyriū fecit: vnde tergerent oculi cordiſ
noſtri: vt poſſimꝰ videre maieſtatē eiꝰ ꝑ eius humanita
tē. ⁊ ideo dī: Et vidimꝰ gloriā eius. Gloriam eius ne
mo poſſet videre niſi humilitate carnis ſanaretur. Irrue
rat enī homini quaſi puluis in oculū de terra oculus iſte
ſauciatus erat: ⁊ terra illuc miſſa vt ſanetur: caro te ob
cecauerat: caro te ſanat. Carnalis enī anima facta erat:
conſentiendo carnalibus affectibus: inde fuerat oculus
cordis cecatus. medicus fecit tibi collyriū: qm̄ ſic venit
vt de carne vitia carnis extingueret. Uerbū enī caro fa
ctū ē: vt poſſis dicere: Uidimꝰ gloriā eius. CHR. Sub
dit aūt: Quaſi vnigeniti a patre: qꝛ multi ꝓphetaꝝ glo
rificati ſunt: puta moyſes: helias heliſeus: ⁊ alii multi q̄
cunqꝫ miracula oſtenderunt: ſed ⁊ angeli hoībus appa
rentes: ⁊ eaꝫ que proprie nature coruſcantē lucē mani
feſtantes. ſed ⁊ cherubin ⁊ ſeraphin cū multa gloria viſa
ſunt a propheta. Ab oībus his nos abducens euangeli
ſta: ⁊ ſupra omnem naturā ⁊ conſeruoꝝ noſtrorum cla
ritatē erigens mentē: ad ip̄m nos ꝑducit verticē. q. d.
Nō vt ꝓphe aut alicuiꝰ hoīs vel angeli aut archāgeli aut
alicuius ſuperioꝝ virtutū eſt gloria quā vidimꝰ: ſed qua
ſi ipſiꝰ dn̄atoris: ipſiꝰ regis: ipſiꝰ naturalis filii vnigeniti
GREG. In ſacro enī eloquio: Sicut ⁊ quaſi aliquan
do nō pro ſimilitudine ponit: ſed pro veritate. vnde ⁊
iſtud. Quaſi vnigeniti a patre. CHRY. Ac ſi diceret
Uidimꝰ gloriā qualē decebat ⁊ cōueniens ē habere
vnigenitū ⁊ naturalē filiū. Cōſuetudo enim multorum
regem valde ornatū videntiū: vbi cū alii enumerantes
nō poſſunt vniuerſam repreſentare claritatem hoc indu
cūt: Quid oportet multa dicere: quaſi rex ibat: ſic ⁊ io
ānes dicit: Uidimus gloriam eius gloriam quaſi vnige
niti a patre. Angeli enī apparētes vt ſerui ⁊ dn̄m haben
tes oīa agebāt. ipſe vero vt dominus cū humili forma
apparens: ſed ⁊ creature dominum cognouerunt: ſtella
magos vocans: angeli paſtores: puer exultans in vtero
ſed ⁊ pater teſtatus eſt de celis: ⁊ paraclitus ſuper ip̄m
aduenit. ſed ⁊ ipſa rerum natura omni tuba clarius cla
mauit: quoniam rex celorum aduenerat. Etenim demo
nes fugiebant: infirmitatis ſpecies ſoluebantur: mor
tuos dimittebāt ſepulchra: ⁊ animas a malitia ad virtu
tis verticē agebat. Quid vtiqꝫ q̄s dicat ꝓceptorū phi
loſophiā: celeſtiū legū v̄tutē: angelice vrbanitatis bonā
ordinationē: ORI. in ho. Eiꝰ aūt qḋ ſequit: Plenū gra
tie ⁊ veritatis: duplex intellectus ē. Pōt enī de hūanita
te ac diuinitate incarnati v̄bi accipi: ita vt plenitudo gra
tie referat ad hūanitatē ſꝫ quā xp̄s caput ē eccleſie: ⁊ pri
mogenitꝰ creature vniuerſe: qm̄ maximū ⁊ pricipale gra
tie exēplū qua nullis precedētibus meritis homo effici
tur deus: i ipſo ꝑmordialiter manifeſtū ē. Pōt etiā ple
nitudo gratie chriſti de ſpūſancto intelligi: cuiꝰ ſeptifor
mis opatio humanitatē chriſti impleuit. Plenitudo v̄o
veritatis ad diuinitatē refert. Si vero plenitudinē gratie
⁊ veritatis de nouo teſtamento mauis intelligere: non in
cōgrue pronunciabis plenitudinem gratie noui teſtamē
ti eſſe per chriſtum donatam: ⁊ legaliū ſimbulorum veri
tatem in ipſo eſſe impletam. THE. Uel Plenū gratia
prout eius verbum gratioſum erat dicente dauid: Diffu
ſa eſt gratia in labiis tuis. Et veritate ſm ꝙ moyſes ⁊ ꝓ
phete loquebantur: aut operabantur in figura: chriſtus
autem cum veritate.

**Joannes teſtimoniū perhibet de ipſo: ⁊ clamat dicēs: Hic erat quē dixi: qui poſt me venit ante me factus eſt: quia prior me erat.**

ALCVI. Dixerat ſuperius fuiſſe miſſum hoīem ad
ꝑhibendū teſtimoniū: hic determinat teſtimoniū ſuū qḋ
manifeſte ꝓcurſor ꝓnūciauit: vñ dī: Joānes ꝑhibet teſti
moniū de ipſo. CHRY. Uel aliter hoc inducit ac ſi di
cat: Nō eſtimetis ꝙ nos q̄ fuimꝰ cū eo multo tp̄e ⁊ mēſe
ipſius cōicauimꝰ: ꝓpter grām hoc teſtamur: qꝛ ioānes q̄
ātea eū nō viderat: nec ei ꝯmoratus fuerat: ei teſtimoniū
ꝑhibebat. Multotiēs aūt euāgeliſta reuoluit eiꝰ teſtimo
nium: qꝛ multam admirationē huius viri habebant iu
dei. Et alii quidē euāgeliſte antiquorum meminerunt ꝓ
phetarum dicentes: Hoc factum eſt vt impleatur quod
dictum eſt per ꝓphetā. Hic aūt altiorē ⁊ recentiorem te
ſtē inducit: non intendens a ſeruo dominatorem facere
fidedignum: ſed auditorum imbecillitati condeſcēdens

Quēadmodū eniʒ niſi ſerui formā aſſumpſiſſet:non ita facile ſuſceptibilis factus eēt:ita niſi ſerui voce auditum ꝯſeruoꝝ ꝑexcitaſſet:neq̃q̄ multi iudeoꝝ verbuʒ chriſti ſuſcepiſſent. Sequit̄: Et clamat.i.cuʒ ꝓpalatione cū libertate ſine ſubtractione oīa ꝑdicat. Nō aūt a pricipio dixit:q̄m hic ē filius dei vnigenitus naturalis:ſʒ clamat dicēs: Hic erat quē dixi:qui poſt me venit ante me factꝰ ē:quia prior me erat. Quemadmoduʒ enim matres auium non confeſtim pullos ſuos volationē docēt: ſed primo quideʒ extra niduʒ educunt:poſtea vero aliaʒ multo velociorē volationem apponūt:ſic ⁊ ioānes non cōfeſtim iudeos ad alta duxit:ſed interim paululum a terra eos euolare docuit dicens ꝙ chriſtus melior eo erat qḋ non paruū interiʒ erat. Et vide qualiter ſapienter iducit teſtimoniū.non eniʒ ſolū apparenteʒ chriſtuʒ monſtrat: ſed ⁊ anteq̄ apparuiſſet eum predicat. Qḋ ſignificatur i hoc qḋ dicit: Hic erat ḋ quo dixi: Hoc aūt fecit vt facile ſuſceptiuus eſſet.chriſtus hoīum mente iam predetenta vt ab aliȷ̄s que ḋ eo dicta erāt:⁊ nihil ad hoc humilitas habitus noceret. Ita eniʒ humili ⁊ communi oībus forma chriſtus vtebatur:vt ſi ſimul ⁊ verba hec audiſſent de eo:⁊ eum conſideraſſent:ioannis teſtimoniū deriſiſſent. THE. Dicit aūt: Qui poſt me venit:videlicet ſm tempora natiuitatis:ſex eniʒ menſibus prior chriſto ioannes erat ſm humanitateʒ. CHRY. Uel hoc non dicit de ea generatione que eſt ex maria. Jam eni natꝰ erat chriſtus quando hec a ioanne dicebantur:ſed de aduentu eius ad predicationeʒ. Dicit autē: Ante me factus eſt i.clarior ē ⁊ honorabilior:ac ſi dicat: Nō quia prior veni ad predicanduʒ ex hoc maioreʒ me eſſe illo exiſtimetis eſſe. THE. Arriani vero hanc litteram ſic exponunt:volentes oſtendere ꝙ dei filius non eſt a patre genitus:ſed factus:ſicut vna alia creatura. AVG. Non ergo intelligitur factus ē anteq̄ ego eſſem factus:ſed antepoſitus eſt mihi. CHRY. Si autem quod dicitur Ante me factus eſt:de productione ad eſſe intelligeretur. ſuperfluuʒ eſſet qḋ additur: Quia prior me erat. Quis eniʒ eſt ita inſipiens vt ignoret quoniam exquo ante euʒ factus ē:prior eo erat:quia ante me factus ē:ergo quod dicit: Ante me factus eſt:de honore intelligitur.hoc eni qḋ futuꝝ erat:factuʒ dicit:quia cōſuetudo erat antiquorū ꝓphetaꝝ ḋ futuris quaſi de iam preteritis loqui.

**Et de plenitudine eius nos oēs accepimus:⁊ gratiaʒ ꝓ gratia:q̄ꝛ lex ꝑ moyſen data ē:gratia ⁊ veritas per ieſum chriſtum facta eſt.**

ORI. Sermo iſte in pſona baptiſte de chriſto teſtantis prolatus eſt:quod plurimos fallit ex hinc vſq̄ illuc ille enarrauit:credentes in perſona ioannis apoſtoli recitari. Inconſequens aūt eſt putare ſubito ⁊ quaſi intempeſtiue interrūpi baptiſte ſermoneʒ ex verbꝯ diſcipuli ⁊ cuiq̄ ſcienti percipere dictoruʒ collationeʒ in propatulo conſtat ſeries dicti. Dixerat enim ob hoc: Ante me factus eſt:q̄ꝛ prior me erat. Ex hoc aūt coniecto prioreʒ me fore ꝙ ex eius plenitudine ego quideʒ ⁊ ante me prophete accepimꝰ gratiam:ſecundaʒ pro prima. Pertigerunt eniʒ ⁊ illi poſt figuras per ſpirituʒ ad veritatis ſpeculationeʒ:hinc etiaʒ perpendimus ex plenitudine eius accipiētes legeʒ quideʒ per moyſen fore dataʒ: gratiaʒ aūt ⁊ veritatē per ieſū chriſtū:nedū fore datā ſed factaʒ patre quideʒ legē dante per moyſen:gratiā ⁊ veritatē faciente per ieſum. Sed ſi ieſus eſt qui dicit: Ego ſum veritas:quō veritas ſit per ieſum. Sed intelligendum eſt ꝙ ipſa veritas ſubſtantialis ex prima veritate ⁊ eius imagine ſculpte ſunt multe veritates in his qui veritatē tractant:neq̄q̄ per ieſum chriſtū facta ē nec prorſus per aliquē: ſed vitas puta que cōſiſtit i paulo ⁊ apl̄is per ieſum chriſtum facta eſt. CHRY. Uel aliter: Coniungit hic teſtimonio ioannis baptiſte ſuū teſtimoniū ioannes euāgeliſta dicens:⁊ de plenitudie eius ⁊c̄. Non precurſoris eſt verbū:ſed diſcipuli.q.d. Etiam nos omnes duodeciʒ ⁊ omnis plenitudo fideliū ⁊ qui nūc ſunt ⁊ futurorum de plenitudine eius accepimus. AV. Quid autē accepiſtis? Et gratiā pro gratia:neſcio vt qd nos voluerit intelligere de plenitudine eius accepiſſe:⁊ inſuper gratiā pro gratia? Accepimus enim de plenitudine eius primo gratiā:⁊ rurſus accepimus gratiaʒ pro gratia: Quā gratiā primo accepimus: fidem. Uocat eniʒ gratia quia gratis datur. hāc ergo accepit gratiā primā peccator vt eius peccata dimitterent. ⁊ iteꝝ gratia pro gratia.i. pro hac gratia in qua ex fide viuimus recepturi ſumus aliā idest vitā eternā:vita eni eterna quaſi merces eſt fidei:ſʒ q̄ꝛ ipa fides grā eſt:vita eterna gratia ē pro gratia. Nō erat iſta grā in veteri teſtamēto:q̄ꝛ lex minabat: ñ opitulabat:iubebat:nō ſanabat languoreʒ:oſtendebat:nō auferebat:ſed preparabat medico venturo cū gratia ⁊ veritate:vnde ſequitur: Quia lex per moyſen data eſt: gratia ⁊ veritas ꝑ ieſum chriſtū facta eſt. Morteʒ.n.tēporalē ⁊ eternā occidit mors dn̄i tui.ipſa ē gratia que ꝓmiſſa ⁊ non habita erat in lege. CHRY. Uel accepimus gratiā pro gratia.i.ꝓ veteri nouā. Sicut enim eſt iuſticia ⁊ iuſticia:adoptio ⁊ adoptio : circuncisio ⁊ circumciſio ita gratia ⁊ gratia:ſed illa quidem vt typus:hec vero vt veritas. Hoc aūt induxit oſtēdens q̄m ⁊ iudei gratia ſaluabātur:ſed ⁊ nos oēs gratia ſalui ſumus: miſericordie aūt ⁊ gratie fuit legem ſuſcipere. Propterea cum dixiſſʒ Gratiā pro gratia:oñdens magnitudinē coꝝ que data ſunt ſubdit: Quia lex per moyſen data ē:grā ⁊ veritas ꝑ ieſuʒ xp̄ʒ facta ē. Et ſupra qdē ioānes ad ſeipʒ ꝯparans xp̄ʒ ait : Añ me factꝰ ē. Hic aūt euāgeliſta ad eū qui illo tpe magis i admiratione apud iudeos erat q̄ ioannes: xp̄i ꝯpationē facit.ſ.ad moyſen. Et ꝯſidera prudētiam ñ ꝑſonarum ſʒ reꝝ ꝯparationē facit:gratiā ⁊ veritateʒ legi opponēs.⁊ huic addit: Data ē:qḋ miniſtrantis erat:huic aūt: Facta ē:quod ē regis cū ptāte oīa operātis.cū gratia qdē:q̄ꝛ cū ptāte oīa dimittebat pctā.⁊ grāʒ qdē eꝰ baptiſmatis donū:⁊ adoptio q̄ ꝑ ſpm̄ nobis dat:⁊ alia multa oſtēdūt.veritatē aūt pleniꝰ ſciemꝰ:ſi figuras veteris legi didicerimus. Ea eni que i nouo teſtamēto pficiēda erāt: i veteri teſtō figuris pſcripſerūt:quas xp̄s veniēs adimpleuit. Uñ figura data ē ꝑ moyſen: v̄itas ꝑ xp̄m facta ē. AV.xiiȷ̄.de trini. Uel grāʒ referamꝰ ad ſciaʒ: v̄itatē ad ſapiaʒ:in rebꝰ eni ꝑ tp̄s ortis:illa ſūma grā ē:ꝙ hō i vnitate pſone ꝯiunctus ē deo. In rebus v̄o eternis: ſumma veritas recte tribuitur dei verbo.

**Deum nemo vidit vnq̄ꝫ. Unigenitꝰ filius q est in ſinu patris:ipſe enarrauit**

ORI. Incōgrue eraclius aſſerit hoc ꝓmulgatū fuiſſe ñ a baptiſta ſʒ a diſcipulo.nā ſi illud de plenitudine eius nos oēs accepimꝰ:a baptiſta ꝓlatū ē quō nō ē ſequens ipʒ de grā xp̄i ſuſcipiētē ⁊ haʒ ꝓ pria grā:ꝯfitentēq̄ legē ꝑ moyſen fore traditā:grāʒ v̄o ⁊ v̄itatē ꝑ ieſuʒ xp̄ʒ ꝓdiſſe:itellexiſſe q̄liter deū nemo vidit vnq̄ q̄ ꝙ vnigenitus cum i patris gremio redeſcat interꝑtationē ipi ioāni:nec nō oībus his q̄ de pfectione guſtauerint ꝯceſſerit. Non eni nūc primitꝰ ānunciauit:nā priuſq̄ abraā fieret:doceʒ nos abraā exultaſſe:vt videat eiꝰ gloriā. CHRY. Uel aliter: Euāgeliſta oñdens multā eminētiā donoꝝ chriſti ad ea que ꝑ moyſen diſpenſata ſunt:vult de reliquo cāʒ rōnaleʒ diīe dicere.nā ille qdē famulus exiſtēs: minorū reꝝ factus ē miniſter:hic v̄o dñator ⁊ regis filiꝰ exiſtēs multo maiora nobis attulit coexiſtēs ſemꝑ patri ⁊ vidēs eū.ꝓp hoc ita intulit dicēs. Deum nemo vidit vnq̄. AV. ad paulinā: Quid ḡ ē qḋ iacob dicit: Uidi dñm facie ad faciem. ⁊ quod de moyſe ſcriptū: Quia loquebatur cum deo facie ad faciē.⁊ illud qḋ ꝓpheta iſaias loquēs de ipſo ait. Uidi dñm ſabaoth ſedentē i throno.



GRE. xviij.mora. Sed pateter dat itelligi ꝙ q̄diu hic moraliter viuitur:videri per quaſdam imagines poteſt deus:ſed per ipſam nature ſue ſpeciem nō poteſt:vt anima gratia ſpiritus afflata:per figuras quaſdam deuʒ videat:ſed ad ipſam vim eius eſſentie non pertingat. hinc eſt enim ꝙ iacob qui deum ſe vidiſſe teſtatur:non niſi angelum vidit:hinc eſt ꝙ moyſes qui cum deo facie ad faciem loquitur dicit: Oſtende mihi temetipſum manifeſte vt videam te. Ex qua eius petitione colligitur:quia eum ſitiebat per incircumſcripte nature ſue claritatem cernere quem iam ceperat per quaſdam imagines videre.

CHRY. Si autem antiqui patres ipſam viderunt naturam nequaq̄ differenter conſideraſſent.ſimplex eni quedam eſt ⁊ infigurabilis:non ſedet:neq̄ ſtat:neq̄ ambulat:hec enim corporum ſunt.vnde ⁊ per propheteaʒ dicit: Ego viſionem multiplicaui eis ⁊ in manibus ꝓphetarum aſſimilatus ſum:hoc eſt condeſcendi eis:non qḋ eram apparui:quia enim filius dei per veram carnem appariturus erat nobis:primo exercitauit eos videre deum:ſicut poſſibile erat eis videre. AVG. ad paulinam: Sed cum ſcriptum ſit: Beati mūdo corde : quoniā ipſi deum videbunt.⁊ iterum . Cū appuerit ſimiles eis erimꝰ:quoniā videbimus eum ſicuti ē:quid ē qḋ hic dicit: Deum nemo vidit vnq̄? An fortaſſe rñdeatur ꝙ illa teſtimonia de vidēdo deo ſunt nō de viſo:ipſi enim deuʒ videbūt:dictum eſt:non viderunt:⁊ nō vidimus ſed videbimus eū ſicuti ē:deū eni nemo vidit vnq̄. Uel in hac vita ſicuti ipſe ē:vel etiā in angelorum vita ſicuti viſibilia iſta que corporali viſione cernunt. GREGO. xviij. mora. Si vero a quibuſdam pōt in hac corruptibili carne viuentibus:ſed tñ ineſtimabile virtute creſcentibus quodam contemplationis acumine eterna claritas dei videri:hoc ab hac ſententia non abhorret:quoniā quiſq̄s ſapientiam que deus eſt videt:huic vite funditus moritur: ne iam eius amore teneatur. AV. xiȷ̄. ſuper geneſim ad litteram: Niſi enim ab hac vita quiſq̄ quodāmodo moriatur:ſiue omnino exiens ḋ corpore: ſiue ita auerſus ⁊ alienatus a carnalibus ſenſibus: vt merito neſciat ſicut apoſtolus ait:vtrū in corpore an extra corpus ſit:nō in illam rapitur ⁊ ſubuehitur viſionē. GRE.xviij. mora. Sciendū vero eſt ꝙ fuere nonnulli qui deum dicerēt in illa regione beatitudinis in claritate ſua conſpici : ſed in natura minime videri:quos nimiꝝ minor inquiſitionis ſubtilitas fefellit. neq̄ enim illi ſimplici ⁊ incōmutabili eſſentie aliud eſt claritas:aliud natura. AV. ad paulinam: Si aūt dicitur: in hoc ꝙ ſcriptum ē: Deū nemo vidit vnq̄:homines tantūmdo intelligendos.naʒ hoc apoſtolus planius explicans: Quem nemo inquit hominū vidit:ſed nec videre pōt vt ita dictū ſit: Deuʒ nemo vidit vnq̄:ac ſi diceret: Nullus hominuʒ. queſtio illa ſolui videbitur:vt non ſit huic ſententie contrarium qḋ dñs ait: Angeli coꝝ ſemper vident facieʒ patris mei:vt.ſ. angelos deuʒ videre credamus:quē nemo vidit vnq̄.ſ.hoīuʒ. GRE. xviij.mora. Sunt tñ nonnulli qui nequaq̄ deū videre nec angelos ſuſpicant. CHRY. Dicētes ꝙ ipʒ quod deus eſt:non ſolum prophete ſed nec angeli viderūt neq̄ archāgeli. Sʒ ſi iterrogaueri eos audies de ſubſtantia nihil reſpondentes: Gloria vero in excelſis deo ñ ſolum cantantes:ſed ⁊ in terra pax hominibus bone volūtatis. Et ſi a cherubin ⁊ ſeraphin concupiueris aliquid diſcere:myſticaʒ ſanctimoniȷ̄ melodiam audies:⁊ quoniam plenum eſt celuʒ ⁊ terra gloria eius. AVG. ad paulinā:quod quidem in tantū veruʒ ē quia dei plenitudinē nullus non ſolum oculis corporis ſed vel ipſa mente aliquando comprehēdit. Aliud ē eniʒ videre aliud totum videndo comprehendere: quando quidem id videtur quod preſens vtcunq̄ ſentitur: totum autem comprehenditur videndo quod ita videtur vt nihil eius lateat videntem: aut cuius fines circumſpici poſſunt. CHRY. Sic igitur ſolus patrem videt filius ⁊ ſpiritusſanctus. Quod eni creabilis ē nature:qualit̄ poterit videre quod increabile eſt? Ita igitur nullus nouit deum vt filius. vnde ſequitur: Unigenitus filius qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit : ne propter nominis communionem vnum quendam eorum qui gratia facti ſunt filiorum eſſe exiſtimes eum:primo quidem adiectus eſt articulus. Si vero hoc non ſufficit tibi:audi aliud nomē vnigenitus. HYLA. vj. de tri. Nature quidem fides nō ſatis explic ta videbatur ex nomine filiȷ̄:niſi proprietatis virtus p r exceptionis ſignificantia adderetur: preter filium enim ⁊ vnigenitum nihil cognominans ſuſpitionem penitus adoptionis excluſit:cum veritatem nominis vnigeniti natura preſtaret. CHRY. Sed ⁊ aliud poſuit dicens: Qui eſt in ſinu patris. Etenim in ſinu conuerſari multo plus eſt q̄ ſimpliciter videre.nam qui ſimpliciter videt:non omnino eius qḋ videt cognitionē habet.qui v̄o in ſinu conuerſatur nihil ignorabit . Cum igitur audieris ꝙ nullus cognoſcit patrem niſi filius:nequaq̄ dicas:q̄m ⁊ ſi plus oībus nouit patreʒ:ſʒ nō quātus eſt nouit eum:ꝓpterea euāgeliſta in ſinu patris eum morari dicit:vt nō eſtimemus per id aliud ſignificatū q̄ familiaritatē vnigeniti ⁊ coeternitatē ad patrē. AVG. In ſinu eniʒ patris eſt in ſecreto patris. Non eniʒ deus habet ſinū quēadmodum nos habemus in veſtibꝰ: aut cogitandus ē ſic ſedere:quō nos aut forte cinctus eſt vt ſinū hēt:ſed q̄ꝛ ſinus nr̄ intus ē: ſecretū patri ſinꝰ pr̄is vocat. Qui ḡ in ſecreto patris nouit patrē:ipſe enarrauit qḋ vidit. CHR. Sed qd enarrauit:q̄m vnꝰ ē deus : ſed ⁊ hoc reliq̄ prophete ⁊ moyſes clamāt. quid ergo plus didicimꝰ a filio in ſinibus paternalibꝰ exiſtente: Primū qdē ipſa hec que aliȷ̄ narrauerūt:ſunt enarrata ex opatōe vnigeniti. Deinde quoniaʒ multo maioreʒ ſuſcipimꝰ doctrinaʒ per vnigenitū:⁊ cognouimus quoniaʒ ſpūs eſt deus ⁊ eos q̄ adorant eū i ſpiritu ⁊ veritate adorare oʒ ⁊ quoniaʒ deus pater eſt vnigeniti. BEDA. Preterea ſciendum q̄ꝛ ſi ad preteritū referat:quod ait: Enarrauit: homo factꝰ enarrauit:quid de trinitatis vnitate ſentiendum:qualiter ad eius cōtemplationem properandum: quibus actibus ſit perueniendu3? Si vero referat: ad futuꝝ tūc enarrabit cum electos ſuos ad viſionem claritatis ſue inducet. AV. Fuerūt autem hoīes qui dicerent vanitate cordis ſui decepti. Pater inuiſibilis eſt: filius aūt viſibilis eſt. Si ergo ꝓpter carnē filius viſibilis dicitur:⁊ nos ꝯcedimus ⁊ eſt catholica fides. Si aūt vt ipſi dicunt:anteq̄ icarnaret multum delyrant ſi xp̄s ſapientia dei ⁊ virtus dei ē. Sapientia enim dei videri oculis nō pōt:ſi verbum hominis oculis non videtur:verbum dei ſic videri poteſt? CHRY. Non igitur ſoli ipſi proprium ē: Deum nemo vidit vnq̄ ſed ⁊ filio:q̄ꝛ vt paulus dicit:ē imago dei inuiſibilis:qui vero inuiſibilis imago eſt:⁊ ipſe inuiſibilis eſt.

**Et hoc eſt teſtimonium ioannis : quando miſerunt iudei ab hieroſolymis ſacerdotes ⁊ leuitas ad eum vt interrogarent eum : Tu quis es? Et confeſſus eſt:⁊ non negauit ⁊ confeſſus eſt quia non ſum ego chriſtus. Et interrogauerunt eū. Quid ergo? Helias es tu. Et dixit: Nō ſuʒ Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Dixerunt ergo ei : Quis es vt reſponſum demus his qui miſerūt nos? Quid dicis de teipſo? Ait: Ego vox clamantis in deſerto dirigite viaʒ domini: ſicut dixit iſaias ꝓpheta.**

ORIGE. Secundū legitur hoc teſtimonium a ioāne baptiſta de chriſto prolatum:incipiente primo illic: Hic eſt de quo dixi:⁊ deſinente ibi: Ipſe enarrauit. THE.

vel aliter. Poſtq̃ ſuperius dixit euangeliſta φ ioannes teſtabat de chriſto: Ante me factus eſt: nunc ſubiungit quando premiſſum teſtimonium reddiderit chriſto io annes. vnde dicit: Et hoc ē teſtimonium ioannis quādo miſerunt iudei ab hieroſolymis ſacerdotes ⁊ leuitas ad ioannem. ORIGE. Judei quidem ab hieroſoly mis vt cognati exiſtentes baptiſte de ſtirpe ſacerdotali exiſtentis: ſacerdotes ⁊ leuitas deſtinant: ſciſcitaturos quis eēt ioannes: eos. ſ. qui reputati ſunt ſecundū electi onem ab alijs differre ⁊ ab electo hieroſolymorum loco. Joannem itaq̧ querunt cum tanta veneratōe: erga chri ſtum autem nihil huiuſmodi factum legitur a iudeis: ſed quod erga ioānem iudei: hoc ioannes erga xp̄m pſequi tur: p pprios diſcipulos īterrogās: Tu es q̄ venturus es an aliū expectam⁹. CHRY. Sic aūt fide dignū eſti mauerunt eſſe ioannē vt ei de ſeipſo dicenti crederēt. vn de dī: Ut interrogarent eum: Tu q̄s es. AV. Nō autē mitterent niſi mouerentur excellentia auctoritatis eius: q2 auſus ē baptiçare. ORI. Joannes aūt vt videt di ſcernebat ex q̄one ſacerdotū ⁊ leuitaꝝ dubitationē: ne forte xp̄s eēt baptizās: apertius tñ illud pfiteri cauebāt ne temerariū putarent. Quapropter merito vt eoꝝ opi nio fallax de eo primitus aboleretur: ac ſubinde veritas ppalaret φ nō ſit chriſtus ante oīa manifeſtat. vñ ſequit Et pfeſſus ē ⁊ nō negauit: ⁊ pfeſſus ē: q2 nō ſum ego xp̄s Hic etiā adijciam⁹: q2 tp̄s aduentus chriſti populū re creabat quodammō iā p̄ns exiſtēs legiſperitis ex ſacris ſcripturis illius tempus ſperatū colligentibus: ppter qd̄ theodas nō modicā multitudinē quaſi xp̄s pgrega uit: ⁊ poſt illū iudas galileus in diebus pfeſſionis. Cū ergo feruētius chriſti expectaret aduētus: iudei tranſmi ſerūt ad ioānem p hoc qd̄ ē: Tu quis es. cōijcere volentes ſi ipſe ſe xp̄m fateret. Nō aūt ex eo φ dicit: Non ſum ego xp̄s: negauit. ex hoc enim ipſo confeſſus eſt veritatem GRE. Negauit plane qd̄ nō erat: ſed nō negauit qd̄ erat vt veritatē loquēs: eius membrū fieret: cui⁹ ſibi nomen fallaciter non vſurparet. CHR. Uel aliter: Paſſi erāt iudei quādā humanā paſſionē ad ioannē. Indignum. n. eſtimabāt ſubijci eū xp̄o ppter multa que ioannis clari tatē demōſtrabāt: quoꝝ primū erat genus illuſtre: Prin cipis eni ſacerdotū fili⁹ erat: deinde dura educatio: huā noꝝ deſpectio. In chriſto aūt ptrariū videbat gen⁹ hu mile: qd̄ ei exprobrabāt dicētes: Nōne hic ē fabri filius dicta cōis ⁊ veſtimēta: nihil plus multis habētis: q2 igit ioānes ptinue ad xp̄m mittebat volētes magis ioānem hīc magiſtrū mittūt ad eū opinātes p blanditias eū alli cere ad pfitēdū ſe xp̄m eſſe. nō ergo quoſdā contempti biles mittūt: vt ad xp̄z miniſtros ⁊ herodianos ſz ſacer dotes ⁊ leuitas: ⁊ nō quoſcūq̧: ſed eos q̄ erāt ex hiero ſolymis: hoc ē honorabiliores. Et ad hoc mittūt: vt iter rogarent. Tu quis es: nō quaſi ignorātes: ſz volētes eū inducere ad hoc qd̄ dixi: vnde ioānes ad mētem ⁊ non ad interrogationē eis reſpondit. Et pfeſſus ē ⁊ non nega uit: ⁊ pfeſſus ē: q2 non ſum ego xp̄s. Et vide ſapiam euā geliſte. tertio quaſi idē dicit: ⁊ virtutē baptiſte indicans: ⁊ maliciā ⁊ amentiā iudeoꝝ. Deuoti enim famuli ē non ſolū nō rapere gloriā dn̄i: ſed oblatā a multis reſpuere. Turbe eni ex ignorātia ad hanc venerūt ſuſpitionē: vt io annē xp̄m eſtimarēt. hi vō a maligna mēte ex qua inter rogabāt eū: eſtimātes p blāditias attrahere ad hoc qd̄ volebāt: niſi enim excogitaſſent hoc rn̄denti: Nō ſuz ego xp̄s. dixiſſent. Nō hoc ſuſpicati ſum⁹: non hoc venim⁹ interrogaturi: ſed capti ⁊ manifeſti effecti ad aliud veni unt. vñ ſeq̄tur: Et iterrogauerūt eū. Quid ḡ: helias es tu AV. Nouerāt eni φ pceſſurus erat helias xp̄m. nō eni alicui ignotū erat nomē chriſti apud hebreos ſz nō puta bāt illū eē xp̄z nec tñ oīo putauerūt xp̄z ñ eē ventuꝝ: ⁊ cū ſperarēt futuꝝ: offenderūt in p̄ntem. Sequit: Et dixit nō ſum. GRE in ho. Ex his v̄bis nobis queſtio valde i

plexa generat. Alio quippe i loco inquiſitus a diſcipulis dn̄s de helie aduentu rn̄dit: Si vultis ſcire: ioānes ipſe ē helias. Requiſitus aūt ioānes dicit: Nō ſuz helias. Quō ḡ ppheta veritatis ē: ſi eiuſdem veritatis ſermonib⁹ cō cors nō eſt. ORI. Dicet aūt aliquis φ ſe ignorabat io annes eē heliā: ⁊ hoc nimiꝝ vtent: qui aſſiſtunt iterate in corporationis rōni tāq̃ anima denuo induente corpora Querūt eni iudei p leuitas ac ſacerdotes an eſſet helias cū iterate corporis aſſumptionis documētū veraꝝ arbi trant quaſi paternū exiſtēs: nec alienū ab archanoꝝ ſuo rū doctrina: ob hoc itaq̧ dicit ioānes: Helias non ſum. nā neſcit primeuā vitā ppriā: qualit aūt vi rōnabile ſi tā q̃ ppha ſpū illuminatus ē: ⁊ de deo ⁊ vnigēito tāta nar rauit: ignoraſſe de ſeipſo an vnq̃ eius anima fuerit in he lie: GRE in ho. Sed ſi ſubtiliter veritas ipſa requirat hoc quidē qd̄ inter ſe contrariū ſonuit: quō contrarium nō ſit inuenit. Ad çachariam nāq̧ de ioāne angelus di xit: Ipſe precedet ante illū in ſpū ⁊ v̄tute helie: q2. ſ. ſicut helias ſm dn̄i aduētum pueniet: ita ioānes preuenit pri mū. Sicut ille pcurſor venturus ē iudicis: ita iſte pcurſor facturus eſt redemptoris. Joannes igitur in ſpiritu he lias erat: in perſona helias non erat. Quod autem dn̄s fatetur de ſpiritu hoc ioannes denegat d̄ pſona: quia ⁊ iuſtū ſic erat vt diſcipulis dn̄s ſpūalē de ioāne ſniaz dice ret: ⁊ ioannes turbis carnalib⁹ nō de ſuo ſpiritu: ſed de corpore rn̄deret. ORI. Rn̄dit ḡ leuitis ⁊ ſacerdotibus Non ſuz. pſiectās ppoſitū queſtionis coꝝ. non enim ſa piebat pmiſſa examinatio ſi idē ſpūs eſſet in vtroq̧ ſed ſi ioānes eēt ipſe helias qui aſſumptus ē: nūc apparens ſm φ a iudeis expectabat abſq̧ natiuitate. primus autē arbitrās reſumptionē corpoꝝ dicet: φ icōſequēs ē filiū çacharie tanti ſacerdotis i ſenio natū: ſup oēm humanā expectationē ignorari a ſacerdotibus ⁊ leuitis ipm na tū fuiſſe: maxime luca teſtāte φ factus ē timor in oībus habitātibus circa eos. Sed forſan qm̄ ppe finē heliam expectabāt antichriſtū quaſi tropice ſciſcitari vidēt: an es tu q̄ pnuncias chriſtū venturū. ⁊ caute rn̄dit: Non ſuz Sed ⁊ nihil mirabile: ſicut in ſaluatore plurib⁹ ſciētibus ex maria natiuitatē eius: quidā fallebantur putantes eū ioannem baptiſtā vel heliā aut aliquē pphetarū: ſic ⁊ in ioanne quoſdā ortus eius ex çacharia nō latebat: ⁊ qui dam dubitabant: ſi forſan q̄ expectabatur helias appuit in ioanne. Quoniam vero cum plures in iſrael edite fue rint prophete vnus de quo moyſes prophetauerat pre ſertim expectabatur. iuxta illud: Prophetam vobis ſu ſcitabit deus ex fratribus veſtris: ſicut mihi illi parebi tis. Tertio ſciſcitantur: non ſi foret propheta ſimplici ter: ſed cum articulo in greco ponitur. vnde ſequitur: Propheta es tu. Per ſingulos enim prophetas nouerat populus iſrael neminem eorum fore hunc quem moy ſes prophetauerat: qui ſicut moyſes medius ſtaret inter deum ⁊ homines: ⁊ accepto teſtamento a deo traderet diſcipulis. Hoc autem illis nomen non chriſto attribuē tibus: ſed arbitrantibus alium a chriſto ipſum fore. Jo annes ſciuit quoniam ⁊ chriſtus ille propheta eſſet. vn de ſubditur: Et reſpondit: non. AVG. Uel quia ioan nes maior erat q̃ propheta: quia prophete longe prenū ciauerunt: ioannes preſentem demonſtrabat. Sequitur Dixerunt ergo ei quis es. vt reſponſum demus his qui miſerunt nos: quid dicis de teipſo. CHRY. Uides hic vehementi⁹ inſiſtentes ⁊ interrogantes. Hunc autē cum manſuetudine eas que non erant vere ſuſpitiones deſtruentem ⁊ eam que eſt vera ponētem. vnde ſequitur Ait: Ego vox clamantis in deſerto. AVG. Iſaias illō dixit: In ioanne prophetia iſta completa eſt. GREG. Scitis autem φ vnigenitus filius verbum patris vo catur. Ex ipſa aūt nr̄a locutione cognoſcimus: quia pri us vox ſonat vt verbum poſſit audiri. Joannes ergo vocem ſe aſſerit eſſe: quia verbum precedit: ⁊ per eius



miniſteriū: patris verbū ab hominibus auditur. ORI. Incidēter aūt heraclion de ioāne ⁊ pphetis cōſiderās ait: Qm̄ v̄bū q̄dē ſaluator ē: vox aūt p ioānem intelligit. Solus eni ſonus ē oīs gradus pphetic⁹. Cui dicendū φ ſi nō ſignificatiuā vocē dederit tuba: nemo ſe accinget ad bellū. Si ergo nil aliud q̃ ſonus ē vox pphetica: quō tranſmittit nos ad illā ſaluator: Scrutamini inquit ſcri pturas. Dicit aūt ioānes ſe eē vocē nō clamātē i deſer to: ſz clamātis i deſerto: ei⁹. ſ. q̄ ſtabat ⁊ clamabat: Siq̄s ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Clamat eni vt diſtātes audiri pcipiāt ⁊ grauē hñtes auditū ſentiāt imēſitatē coꝝ que dicāt. THE. Uel q2 veritatem manifeſte annunciat: oēs enim q̄ in lege erant obſcure loquebant. GREG. Uel in deſerto ioānes clamat: q2 quaſi derelicte ac deſti tute iudee: ſolatiū redēptoris annūciat. ORI. Opus au tem vocis in deſerto clamantis ē: vt aīa deo deſtituta: ad rectā faciēdā viā dn̄i reuocet: nequaq̃ prauitatē ſerpēti ni greſſus pſequēdo: ſm pteplationē quidē ſublimatā i veritate abſq̧ pmixtione mēdacij: ⁊ ſm actionē poſt pgruam ſpeculationē licitū opus referentē. vñ ſequit: Di rigite viā dn̄i: ſicut dixit iſaias ppha. GRE. Uia dn̄i ad cor dirigit: cū veritatis ſermo hūiliter auditur. Uia dn̄i ad cor dirigit cū ad preceptum vita preparatur.

**Et qui miſſi fuerant erant ex phariſeis. Et in terrogauerunt eum: ⁊ dixerunt ei: Quid ergo ba ptizas ſi tu non es chriſtus neq̧ helias: neq̧ pro pheta: Reſpondit eis ioannes dicēs: Ego bapti zo in aqua: medius autem veſtrum ſtetit quē vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venit qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus vt ſoluam corrigiā calciamenti. Hec in bethania facta ſūt trans iordanē vbi erat ioannes baptizans.**

ORI. Facta rn̄ſione verſus ſacerdotes ⁊ leuitas: de nuo miſſuz ē a phariſeis. vñ dī: Et q̄ miſſi fuerāt erāt ex phariſeis. Quātū eni ex ipſo ſermone piecturari ptingit dico tertiū hoc eſſe teſtimoniū. vide tñ quō iuxta ſacer dotalē ⁊ leuiticā pſonā ē cū māſuetudine platum illud: Tu qui es: Nihil enim arrogans vel pteruū in coꝝ que ſtione ptinet: ſed cuncta decētia vos dei miniſtros. Sz phariſei ſm ſuum nomē diuiſi ⁊ importuni ex diſcordis pumelioſas voces pferūt baptiſte. vñ ſequit: Et dixe runt ei: Quid ergo baptiças: ſi tu non es xp̄s neq̧ heli as neq̧ ppheta: Non quaſi ſcire volentes: ſed phibere eū a baptiſmo. Deīde vō neſcio quo pacto pn̄i ad baptiſ mū iuerūt ad ioānē. Huius aūt ſolutio ē: q2 phariſei nō credētes accedūt ad baptiſma: ſed ex hypocriſi cū time rēt populū. CHRY. Uel ipſi ijdē ſacerdotes ⁊ leuite ex phariſeis erant. Et q2 blandimijs eū nō valuerūt ſup plantare: accuſationē ei immittere tentant: cogentes eū di cere quod non erat: vnde ſequitur: Et interrogauerūt eū ⁊ dixerunt: Quid ergo baptiças: ſi tu non es chriſtus ne q̧ helias neq̧ ppheta: quaſi audacie videbatur eſſe ba ptiçare: ſi chriſtus non erat: nec precurſor illius: nec pre co. i. ppheta. GRE. Sz ſanctus quiſq̧ etiā cum puer ſa mente requiritur a bonitatis ſue ſtudio non muta tur. Unde ioānes quoq̧ ad verba inuidie pdicamēta re ſpondit vite. vñ ſequit: Reſpondit eis dicēs: Ego bapti ço in aqua. ORI. Ad illud enim: Quid ḡ baptiças: q̄d aliud afferri decebat: niſi ppriū baptiſmū carnale pretē dere: GRE. Joannes eni non ſpū ſed aqua baptiçat: q2 pctā ſoluē nō valebat: baptiçatoꝝ corpora p aquā lauat ſed tñ aīas p veniaz non lauat. Cur ergo baptiçat: q̄ pec cata p baptiſmū nō relaxat: niſi vt pcurſionis ſue ordinē ſeruās. ſ. qui naſciturū naſcendo preuenerat: baptiçaturū quoq̧ dn̄m baptiçādo pueniret: ⁊ qui pdicando factus eēt pcurſor chriſti: baptizando etiam pcurſor eius fieret imitatione ſacramēti: qui iter hec myſteriū redēptionis

noſtre ānunciās: hunc i medio hoīuz ⁊ ſteiſſe aſſerit ⁊ neſciri. Sequit eni: Medius aūt veſtrū ſtetit quē vos ne ſcitis: q2 p carnē dn̄s apparēs ⁊ viſibilis extitit corpo re ⁊ inuiſibilis maieſtate. CHRY. Hoc aūt dixit: qm̄ decēs erat xp̄m pmixtū eſſe populo: vt vnū multoruz ſe vbiq̧ humilē eſſe docentē. Cū aūt dixit: Quē vos neſci tis. Scientiā hic cognitionē certiſſimā dicit: puta quis ē ⁊ vnde: AVG. Humilis enim nō videbat: ⁊ ppterea lucerna accenſa ē. THE. Uel medius erat phariſeo rū dn̄s: ſed ignorabāt eū: q2 ipſi ſcripturas ſe ſcire puta bant: ⁊ in q̄uz in illis pnunciabat dn̄s: medius eoꝝ erat ſ. in cordibus eorum: ſed neſciebāt eū: eo φ ſcripturas ñ intelligebant. Uel aliter: Medius quidē erat inquantum mediator dei exiſtēs ⁊ hoīuz chriſtus ieſus medi⁹ pha riſeoꝝ extitit: volens illos deo iungere: ſz ipſi neſciebāt eum. ORI. Uel aliter: Hoc edito ego baptiço in aqua ad illud. Quid ergo baptiças: Ad ſecundum ſi tu non es chriſtus: preconium de precedēti chriſti ſubſtantia pro ponit: φ tanta ſit ei virtus: φ inuiſibilis ſit ſua deitate: cū ſit p̄ns cuilibet ⁊ totū p orbē diffuſus: qd̄ notat ex illo Medi⁹ veſtrū ſtetit. Hic eni p totā orbis machinā efflu xit: ſic vt que creant: p ipm creent: oīa eni p ipm facta ſūt vnde palam ē φ inquirentibus a ioanne: Quid ergo ba ptiças: ipſe medius erat. Uel qd̄ dī: In medio veſtrū ſte tit: intelligendū ē de nobis hoībus. Cū enim ſimus rati onales: in medio noſtrū exiſtit: ex eo φ principale. ſ. cor in medio totius corporis inſitū ē. Qui ergo v̄bū in me dio gerūt: nō aūt cognoſcūt de illi⁹ natura: nec de quo fonte manauit: nec quō cōſiſtit in eis: hi v̄bū i medio ſui obtinētes ignorāt: qd̄ tñ ioānes agnouit. vñ exprobran do dicit ad phariſeos: Quez vos neſcitis. Quia expe ctantes phariſei chriſti aduētū: nihil tā arduū de eo cōtē plabāt: ſolū hoīem ſanctū exiſtimātes eū eē. Dicit autē Stetit. Nā ſtat pater inuariabilis exiſtēs ⁊ ipermutabilis. ſtat quoq̧ v̄bū eius ad ſaluandū ptinuo q̃uis carnē ſu ſcipiat: q̃uis mediū hoīuz ſtet inuiſibile. Ne vō putet ali quis aliū eē inuiſibilē ad oēs hoīes veniētē: vel ad vniuer ſum orbē ab eo q̄ humanatus ē ⁊ i terra pparuit: ſubdit Qui poſt me venit. hoc ē q̄ poſt me apparitur⁹ ē. Nō aūt idē denotat h p hoc qd̄ dic: Poſt: ⁊ cū ieſus nos p⁹ ſe in uitat. Illic eni ſeq̄ poſt ipm pcipit nobis vt ei⁹ idagādo veſtigia: pueniamus ad prēm: hic aūt vt pateat: quid ſe quat ex ioānis dogmatibus. venit eni vt cuncti credant p eum pparati ad pfectū v̄bū p minora. Dicit ḡ: Ipſe eſt q̄ poſt me venit. CHRY. Acſi diceret: Ne exiſtimetis tm̄ i meo pſiſtere baptiſmate. ſi enim meū baptiſma pfe ctum eſſet: alius nō veniret poſt me: aliud baptiſma datu rus: ſed hec pparatio ē illi⁹ ⁊ tranſibit i proximo: vt vmbra ⁊ imago: ſed oportet eū qui veritatē imponet venire p⁹ me. ſi enim hoc eſſet pfectum: nequaq̃ ſecundi locus que reret. Et ideo ſubdit: Qui ante me factus eſt. hic ē hono rabilior ⁊ clarior. GRE. Sic nāq̧ dī: Ante me factus eſt: ac ſi dicatur: antepoſitus ē mihi. Poſt me ergo venit quia poſtmodum natus: ante me autem factus eſt quia mihi prelatus. CHRY. Ne aūt exiſtimes compabilē eſſe excellentiā hanc: incomparabilitatē oñdere volens ſubiungit: Cuius ego non ſum dign⁹ vt ſoluā corrigiam calciamēti. q. d. intantum ē ante me vt ego neq̧ in vltimis miniſtrorum vocari dignus ſim. Calciamentum enim ſol uere vltimi miniſterij res ē. AV. Unde ⁊ ſi dignum ſe dicēret tantummodo corrigiam calciamenti ſoluere mul tum ſe humiliaſſet. GREG. Uel aliter: Mos apud veteres fuit vt ſiquis eam que ſibi competeret accipere vxorem nollet: ille ei calciamentum ſolueret qui ad hāc ſponſus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines chriſtus niſi ſancte eccleſie ſponſus apparuit Recte ergo ioannes ſe indignū eſſe ad ſoluendam corri giā eius calciamenti denunciat: ac ſi aperte dicat redem ptoris veſtigia non denudare valeo: quia ſpōſi nomē

mihi imeritus nō vſurpo. qđ tñ intelligi ⁊ aliter pōt: Quiſ enim neſciat q̄ calciamenta ex mortuis animalibus fiāt. Jncarnatus vero dñs veniens quaſi calciatus apparuit qui in diuinitate ſua morticina noſtre corruptionis aſſumpſit. Corrigia ergo calciamēti ē ligatura myſterij. Joannes ergo ſoluere corrigiā calciamēti eius non valet: q2 incarnationis myſteriū nec ipſe inueſtigare ſufficit: ac ſi patenter dicat: Quid mirū ſi mihi ille prelatus ē quem poſt me quidē natum conſidero: ſed natiuitatis eiꝰ myſteriū nō cōprehendo? ORI. Quidā vero nō inepte dixit hoc ſic intelligendum: Non ſum ego tanti vt cauſa mei deſcendat a magnalibus: ac carnē quaſi calciamentum ſuſcipiat. CHRY. Et q2 ioannes cum decenti libertate ea que de chriſto ſunt omnibus predicabat: propterea euangeliſta ⁊ locū deſignat dicens: Hec in bethania facta ſunt trans iordanem: vbi erat ioannes baptizans. Non eñi in domo neq3 in angulo chriſtum predicabat: ſed iordanē tranſiens in media multitudine pñtibus oībus qui ab eo baptiçabant. Quedam vero exemplariorū certius hñt in bethabora. Bethania enim non vltra iordanē: neq3 in deſerto erat: ſ3 ꝓpe hieroſolymam. GLO. Uel due ſunt bethanie vna trans iordanē: altera citra nō lōge a hierlꝫ vbi laçarus fuit ſuſcitatꝰ. CHR. hoc aūt ⁊ ꝓpter aliā cām deſignat: q2 enim res nō antiquas narrabat: ſed ante paruū tempus ꝯtingētes preſentes: ⁊ videntes teſtes facit eorum que dicunt. demonſtrationē a locis tribuens. ALCVINVS. Bethania vero domus obediētie īterpretat̄ p quā innuitur: q2 p obedientiā fidei oēs ad baptiſma debent ꝑuenire. ORI. Bethabora vō interptat̄ domus ꝑparationis ⁊ ꝯuenit cū baptiſmo: ꝑparantis dño plebē ꝑfectā. Jordanis autē īterptat̄ deſcenſus eorū. Quis aūt erit hic fluuius niſi ſaluator noſter p quē ingredientem in hūc mundū mūdari ꝯuenit: nō ſuū deſcendentē deſcenſum: ſed humani generis: hic ſegregat donatas a moyſe ab his que p ieſum donātur ſortes: huiꝰ riuuli letificant ciuitatē dei. Sicut aūt draco latitat in egyptiaco fluuio: ita deus ī iſto. Pater eñi ē ī filio: ⁊ q ꝓficiſcūtur illuc vbi ſe lauēt: obprobrium egypti deponūt ac apti ad pceptionē hereditatis ꝑparātur: necnō a lepra mūdāt: ⁊ duplicis capaces ſunt gratie ac ꝓmpti fiūt ad ſuſceptionē ſpiritus almi. Jn aliud flumē nequaq̄ deſcendenti ſpirituali columba. Trās iordanē vero ioānes baptizat vt precurſor veniētis nō innocētes: ſed peccatores vocare.

**Altera die vidit ioannes ieſum venientē ad ſe: ⁊ ait: Ecce agnꝰ dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt de quo dixi: Poſt me venit vir qui ante me factus eſt: qui prior me erat: ⁊ ego neſciebā eū. Sed vt manifeſtetur in iſrael: propterea veni ego in aqua baptizans.**

ORI. Poſt teſtimoniū ioānis: iā videt ieſus veniens ad eū nō ſolū adhuc pſeuerantē: ſed ⁊ potiorē effectum qđ p diē ſecundariā deſignat: vñ dī: Altera die vidit ioannes ieſum veniētē ad ſe. Pridē aūt ieſu mater ꝓtinus vt illū ꝯcepit ad matrē ioānis ꝑgnātē ꝓficiſcit: ⁊ p vocē ꝓuenientē ad aures eliſabeth ex maria ſalutione exultat ioannes ꝯceptus ī vtero. Hic aūt poſt ioannis teſtimonia ipe vī a baptiſta: accedēs ad eū: prius aūt auditu aliorū inſtruit aliquis: ac deinde oculate inſpicit illa. Per hoc aūt q̄ maria ad heliſabeth venit minorē: ⁊ filius dei ad baptiſtā: ad ſermonē opitulādi minoribꝰ ⁊ ad modeſtiā admonemur. Uerū vnde ad baptiſtā venit ſaluator: nō hic dī: ſ3 ex dictis matthei colligimꝰ dicētis: Tūc venit ieſus a galilea ad iordanē ad ioanē: vt baptiçaret ab eo. CHRY. Uel aliter: Mattheus aduētū xp̄i ad baptiſmū ꝑncipaliter dicit. Joānes aūt ⁊ rurſus eū iuiſſe ad ioanē oñdit pꝰ baptiſma: ⁊ hoc manifeſtat qđ poſtea dicit: Quia vidi ſpm̄ deſcēdentem ⁊c. Partiti eñi ſunt ſibi euāgeliſte tpa narrationis. Mattheus eñi ea q̄ anteq̄ ligaretur ioānes baptiſta preteriēs feſtinat ad ea que deinceps ſūt tpa. Sed ioannes his maxime imorat: que. ſ. ante icarcerationē ioānis fuerūt. vñ hic dī: Altera die vidit ioānes ieſū venientē ad ſe. Cuius igit̄ grā ſcđo pꝰ baptiſmū ad eū veniebat: q2 ipm baptiçauerat cū multis vt nullus ſuſpicet̄ qm̄ ex eadē cā ex qua ad ioānē ⁊ alij ad ioānē veniret: puta peccata ꝯfeſſurus aut in penitentiam abluendus in flumine. Propterea ꝗ accedit dans ioāni occaſionē corrigēdi hanc ſuſpitionē quā ioānes p vba correxit. vñ ſequit̄ ⁊ ait: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Qui igit̄ ita purus erat vt aliorū peccata abſoluere poſſet: manifeſtū ē qm̄ nō vt cōfiteret peccata accedit: ſed vt occaſionē daret ioāni loquēdi de ipſo. Uenit etiā ſecundo vt hi qui priora audierant: certius recipiāt q̄ predicta ſunt: ⁊ alia rurſus audiant. Dicit aūt Ecce agnus dei. inueniens q̄ hic eſt qui olim querebat: rememorans ꝓphetie iſaie: ⁊ vmbre que ſm̄ moyſen erat: vt a figura facilius eos ducat ad veritatē. AVG. Si autem agnus dei ē inocēs: ⁊ ioānes agnus an nō ⁊ ipe ē inocēs: ſed oēs ex illa ꝓpagine veniunt de qua cantat gemēs dauid: Ego in iniquitatibus ꝯceptus ſum. Solus ꝗ ille agnꝰ q nō ſic venit nō eñi in iniqtate cōceptus eſt: nec ī pctis mr̄ eiꝰ eū ī vtero aluit: quē vgo ꝯcepit vgo peperit: q2 fide cōcepit: ⁊ fide ſuſcepit. ORI. Sed cū quinq3 offerantur aīalia ī templo: tria terreſtria: vitulus ouis ⁊ capra: volatilia vō duo: turtur ⁊ columba. ⁊ de oibꝰ tria adducant: aries ouis agnus: de genere ouiū agnum memorauit. Agnū eñi in oblationibꝰ quotidianis offerri videmus: vnū quidē mane alterum vō veſpere. Quenam autem oblatio alia pōt eſſe quotidiana a rōnali natura ꝯprehendenda: niſi vbum ingens agnus typice nūcupatū: Hec nempe cenſebitur oblatio matutina ad frequētiam intellectus ī diuinis relatū. neq3 eñi aīa pati pōt vt ſummis iugiter iſiſtat: eo q̄ corporis terreſtris ⁊ grauis coniugium ē ſortita. Ex hoc etiam verbo quod chriſtus ē coniectare de pluribus poterimus: ⁊ quodammodo veſpere pertingemus ad corporalia procedentes. Qui aūt hunc obtulit agnū ad imolandū deus fuit ī homine reconditus: magnus ſacerdos qui dixit. Nemo tollit animam meam a me ſed ego pono eam. vñ dicitur: Agnus dei. Jpſe enim nr̄os languores accipiens totius mundi tollēs peccata: mortem quaſi baptiſmū ſuſcepit. Apud deū eñi nō pertranſit incorrectum quicquid agimus qđ diſciplina indigeat: que p difficilia exercet. THE. Uel dicitur: chriſtus agnus dei: inquantum deus pater mortem chriſti acceptauit pro noſtra ſalute: vel inquantum cum pro nobis tradidit morti. Sicut eniꝫ dicere cōſueuimus: Hec oblatio ē talis hominis. i. quam talis homo obtulit: ſic ⁊ xp̄s dī agnꝰ dei: dantis. ſ. filiū ſuū p noſtra ſalute in mortem. ⁊ ille quidē agnus typicus nullius omnino peccatū ſuſtulit: hic vō peccatum vniuerſi orbis terrarum: periclitantem eñi mūdū eruit ab ira dei vnde ſubdit: Ecce q tol. pec. mun. Nō aūt dixit qui tollet ſ3 qui tollit peccata mūdi: quaſi ſemp hoc faciente ipſo nō enim tunc ſolum tulit cum paſſus ē: ſed ex illo tempore vſq3 ad preſens tollit: non ſemp crucifixus: vnam eñi p peccatis obtulit oblationē: ſed ſemp purgans per illam. GREGO. viij. mora. Tunc autem ab humano genere plene peccatū tolletur: cū p incorruptionis gloriā noſtra corruptio ꝑmutabitur. Eſſe nāq3 a culpa liberi non poſſumus: quouſq3 in corporis morte tenemur. THE. Sed quare non dixit Peccata mundi: ſed peccatum: vt videlicet per hoc q̄ dixit peccatum vniuerſaliter peccatū videretur innuere: ſicut cōſueuimus dicere q̄ homo electus ē de paradiſo ideſt omne genus humanum. BFDA. Uel peccatum mūdi dicitur originale peccatū quod eſt commune totius mundi: quod quidem pctm̄ originale ⁊ ſingulorū ſuperaddita: xp̄s p grām relaxat.



AVG. Qui. n. de nr̄a natura pctm̄ nō aſſūpſit: ipſe ē q tollit nr̄m pctm̄. Noſtis q2 q̄dā hoies dicūt: nos tollim peccata ab hoibus: quia ſancti ſumus. ſi enim non fuerit ſanctus qui baptiçat: quō tollit pctm̄ alterius: cū ſit ipſe homo plenus peccato. Contra iſtas diſputatiōes hic legamus: Ecce qui tol. pec. mun. ut nō ſit pſumptio hominibus in hoies. ORI. Sicut tñ iugi oblatiōi agni cognate ſunt reliquie oblatiōes legales: ſic huius agni oblatiōi cognate oblatiōes videnť mihi effuſiones ſanguinis martyrū: quorū patientia ⁊ confeſſiōe ⁊ ꝓmptitudine ad bonū obtundunt machinatiōes impiorum. THE. Quia vō ſupius illis qui ex phariſeis venerant ioannes dixerat: q̄ medius veſtrū ſtat quem vos neſcitis: hic ignorantibus demonſtrat dicens: Hic eſt de quo dixi: Poſt me venit vir: qui ante me factus ē. Uir dominus dicitur propter etatis perfectionē. Nam triginta annorū baptiçatus ē: vel q2 ſpiritualis aie vir eſt: ⁊ eccleſie ſponſus. vñ paulꝰ Deſpondi vos vni viro: virginē caſtam exhibere chriſto. AVG. Poſt me aūt venit: q2 poſterior natus eſt: Ante me factus eſt: quia platus eſt mihi. GRE. Prelationis aūt eius cauſas aperuit: cum ſubiungit. Quia prior me erat: acſi aperte dicat: Jnde me etiam poſtnatus ſuperat quo eum natiuitatis ſue tpa nō anguſtant. nam qui p matrem in tempore naſcit: ſine tempore ē a patre generatus. THE. Auſculta o arriene: nō dixit: Quia prior me creatus ē: ſed q2 prior me erat. Audiat hoc pauli ſamoſateni abuſio q̄ nō ex maria ſumpſit primordiū: quia ſi eſſendi principiū ſumpſit ex virgine: qualiter prior extitit ꝑcurſore: Nam manifeſtū ē q̄ precurſor xp̄m in ſex menſibꝰ ſuperabat ſm̄ humanā generationē. CHRY. Ut autē nō videatur ex amicitia ꝓpter cognationē ei teſtimoniū ꝑhibere: quia cognatus eius erat ſm̄ carnē. ꝓpterea dicit Ego neſciebam eum. ⁊ ſm̄ rōnem hoc contigit. Eteniꝫ in deſerto conuerſatus eſt ioannes. Miracula vō quecūq3 xp̄s puero exñte facta ſūt: puta que circa magos ⁊ q̄cūq3 talia aū multū contigerāt tpe: Joanne ⁊ ipſo valde puero exñte. Jn medio vō tpe ignotꝰ oibꝰ exiſtebat: ꝓpt̄ qđ ſubdit: Sed ut mani. in iſrl': ꝓpte. veni ego in aqua baptiçans. Hinc enim manifeſtū ē qm̄ ⁊ illa ſigna que quidā dicunt a chriſto in pueritia facta mendacia ⁊ fictiones ſūt. Si eñi a prima etate miracula feciſſet ieſus: nequaq̄ neq3 ioannes eū ignoraſſet: nec reliqua multitudo indiguiſſet magiſtro ad manifeſtandū eum. Non igit ipe xp̄s baptiſmate indigebat neq3 aliquā aliā cām habebat illud lauacrū: q̄ ꝑmonſtrationē facere eius fidei que ē in xp̄m. Nō enim dixit: Ut mundē eos qui baptiçant. neq3 ut liberē a peccatis veni baptiçans. ſed Ut manifeſtetur in iſrael. Sed nunqd ſine baptiſmate nō licebat ꝑdicare ⁊ inducere turbas: ſed facilius ita factū ē: Nequaq̄ eñi concurriſſent oēs ſi ſine baptiſmate ꝑdicatio facta eſſet. AVG. Ubi ergo cognitus ē dñs ſupfluo ei via parabat: quia cognoſcētibꝰ ſe ipſe factꝰ ē via. Jtaq3 nō durauit diu baptiſma ioānis: ſed quoaduſq3 demōſtratꝰ ē dñs humil. Ergo ut daret nobis a dño humilitatis exemplū ad pcipiēdā ſalutē baptiſmi ſuſcepit baptiſmū ſerui: ⁊ ne ꝑponeret baptiſmꝰ ſerui baptiſmo dñi: baptiçati ſunt alij baptiſmo cōſerui: ſed q baptiçati ſunt baptiſmo ꝯſerui: oportebat ut baptiçarent baptiſmo dñi: Qui aūt baptiçabant baptiſmo dñi: nō opus habent baptiſmo ꝯſerui.

**Et teſtimonium perhibuit ioannes dicens: Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi colūbā de celo: ⁊ manſit ſuper eum: ⁊ ego neſciebam eū: ſed qui miſit me baptizare ī aqua: ille mihi dixit Super quem videris ſpiritum deſcendentē ⁊ manentem ſuper eum: hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. Et ego vidi ⁊ teſtimonium perhibui quia hic ē filius dei.**

CHRY. Quia ioannes teſtatus ē ita magnū qđ quod ſufficiēs erat auditores oēs ſtupefacere: puta q̄ totiꝰ orbis terrarū ſolus ipſe peccata tolleret: volens credibiliꝰ id facere: reduxit hoc ad deū ⁊ ſpm̄ſcm̄. Poſſet eñi aliqs dicere ioanni: Qualiter igit tu cognouiſti eū? Rñdet q̄ p deſcenſū ſpūſſancti. vnde ſequit̄: Et teſti. phi. io. di quia vidi ſpi. deſcē. q̄ſi colū. de celo ⁊ ma. ſup eum. AVG. xv. de trini. Nō aūt tūc vnctus ē xp̄s ſpūſcō: qn̄ ſup eū baptiçatū velut columba deſcendit. Tunc eñi corpꝰ ſuū. ſ. eccleſiā ſuā ꝑfigurare dignatꝰ eſt: in qua ꝑcipue baptiçati accipiūt ſpm̄ſcm̄. Abſurdiſſimū eñi ē ut credamꝰ eum cum iam triginta eſſet annorū: cuius eñi etatis a ioāne baptiçatꝰ ē: accepiſſe ſpm̄ſcm̄: ſed veniſſe ad illud baptiſma ſicut ſine vllo oino pctō ita nō ſine ſpūſcō. Si eñi de famulo eius ⁊ ꝑcurſore ipſo ioanne ſcriptū ē: Spūſcō replebitur ab vtero matris ſue: qui q̄uis ſeminatꝰ a patre: tamē ſpm̄ſcm̄ in vtero formatꝰ accepit: quid de hoie xp̄o intelligendū ē vel credendum cuius carnis ipa conceptio nō carnalis: ſed ſpiritalis fuit? AV. de agone xp̄iano: Nō autem dicimus ſolum xp̄m verum corpus habuiſſe. ſpiritū autem ſanctum fallaciter apparuiſſe oculis hominū. Sicut eñi nō oportebat ut hoies falleret filius dei: ſic nec ſpūſcū ſed omnipotenti deo qui vniuerſam creaturā ex nihilo fabricauit: non erat difficile verum corpus columbe ſine aliarū columbarū miniſterio figurare: ſicut ei nō fuit difficile verum corpus in vtero virginis ſine virili ſemine fabricare. AVG. ſuper io. Duobus autē modis oñdit viſibiliter dominus ſpm̄ſcm̄: p columbam ſuper dominū baptiçatū: per ignē vero ſuper diſcipulos cōgregatos. ibi ſimplicitas: hic feruor oñditur. Ergo ne ſpiritu ſanctificati dolū habeāt: in colūba demſtratus ē: et ne ſimplicitas frigida remaneat: in igne demſtratus ē: nec moueat q2 lingue diuiſe ſunt. Noli diſſipationē timere vnitatem in columba cognoſce. Sic ergo oportebat demſtrari ſpm̄ſcm̄ veniētē ſuper dominū: ut cognoſcat vnuſqſq3 ſi habeat ſpm̄ſcm̄: ſimplicē ſe eſſe debere ſicut columbā ⁊ habere cum fratribꝰ veram pacem quā ſignificāt oſcula columbarū. Oſculanť ⁊ corui: ſed laniant. A laniatu ī nocens ē natura columbarū. nam corui de morte paſcūť columba nō niſi de frugibus terre viuit. Si etiā gemūt columbe in amore: nolite mirari quia in colūbe ſpē voluit demſtrari ſpūſſanctus: Jpſe enim interpellat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus. Nō autem ſpūſſanctus in ſemetipſo: ſ3 in nobis gemit: q2 gemere nos fac. Qui enim nouit in pſſura ſe eſſe mortalitatis hꝰ pegrinari ſe a dño: q̄diu ꝓpter hoc gemit: bñ gemit: ſpūs illū docuit gemere. Multi aūt gemūt in infelicitate terrena: vel quaſſati dānis: vel egritudine corpis ꝑgrauati: ſ3 nō colūbe gemitu gemūt. Uñ ergo debuit demſtrari ſpūſſcūs vnitatē quādā deſignās: niſi p colūbā: ut pacate eccle diceret: Una ē colūba mea. Uñ debuit hūilitas figurari: niſi p auē ſimplicē ⁊ gemētē: Apparuit ibi ſcā ⁊ vā trinitas: pr̄ in voce dicēte: Tu es filiꝰ meꝰ dilectꝰ: ſpūſſcūs in colūba. Jn iſta trinitate miſſi ſūt aplī baptiçare: Jn noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſci. GRE. ij. mor. Dicit aūt: Manētē ſup eū. Jn cunctis nāq3 fidelibus ſpūſſcūs venit: ſed in ſolo mediatore ſemp ſingulariť permanet: quia eius humanitatē nunq̄ deſeruit: ex cuiꝰ diuinitate pcedit. Sed cū de eodem ſpiritu diſcipulis dicatur: Apud vos manebit: quomodo ſingulare ſignum erit: q̄ in chriſto permanet? Quod citius cognoſcimus ſi dona ſpiritus diſcernamus. Jn his enim donis ſine quibꝰ ad vitā ꝑueniri nō poteſt: ſpūſſanctus ī electis omnibus ſemper permanet: ut ſunt manſuetudo: humilitas: fides ſpes charitas. Jn illis autem quibus p oſtenſionē ſpūs nō nr̄a ſeruatur vita ſed aliorū querit. nō ſemp manet ſed aliqn̄ ſe a ſignorū oſtenſionibus ſubtrahit ut humilius eius virtutes habeant. Chriſtus autem in cūctis eū ſemper ⁊ continue habuit pñtem. CHRY. Ne autem

aliquis eſtimet q̄m chriſtus natiuitatē habebat ſpiritūſcō adueniente ſicut ⁊ nos: hanc etiā deſtruit ſuſpitionem oñdens ꝙ ſpiritusſancti deſcenſio ſolū pro manifeſtando chriſto facta eſt. vnde ſequitur: Et ego neſciebā eum: ſed qui miſit me baptiçare in aqua: ille mihi dixit. Sup quē videris ſpm̄ deſcendentem ⁊ manentē ſuper eum: hic eſt qui baptiçat in ſpūſancto. AV. Quis autem miſit ioā nem? Si dicam⁹ Pater. verum dicimus. Si dicam⁹ Filius. verum dicim⁹. Manifeſtius aūt eſt: ut dicam⁹ Pater ⁊ filius. Quomodo ergo neſciebat eū a quo miſſus ē? Si eni nō nouerat eū a quo voluit baptiçari: temere dicebat Ego a te debeo baptiçari: nouerat ergo eū. Quid ē eſt qđ dicit: Et ego neſciebā eū? CHRY. Sed cū dicit: neſciebā eum anteri⁹ tp̄s dicit: nō tp̄s qđ eſt ꝓpe baptiſmum cū ꝓhibebat eum dicēs: Ego a te debeo baptiçari. AV. Sed legant alij euangeliſte qui planius illud dixerūt: ⁊ inuenimus apertiſſime tunc deſcendiſſe columbā cū dñs ab aqua aſcendit. Si ergo poſt baptiſma deſcendit colūba: ⁊ anteꝙ baptiçaret dixit illi ioannes: Ego a te debeo baptiçari: ante baptiſmū illum nouerat: quō ergo dixit: Ego neſciebā eū: ſꝫ ꝗ miſit me baptiçare ⁊c̄. hoc audiuit ioannes: ut noſceret eū quē nō nouerat: an forte ut pleni⁹ noſſet quem iam nouerat? Nouerat quidem dominū: nonouerat filiū dei: nouerat q2 ipſe baptiçaret in ſpirituſancto Ante eni ꝙ veniret ad fluuiū xp̄s: cum multi ad ioannē ꝯcurrerent ait illis: Qui poſt me venit: maior me eſt: ipſe vos baptiçabit i ſpūſcō ⁊ igne. Sed quid nō nouerat? poteſtatē baptiſmi ipm dñm habiturū ⁊ ſibi retenturum: ne paulus aut petrus diceret: Baptiſmus me⁹: ſicut inuenis dixiſſe Euangeliū meū: ſed miſteriū plane tranſiturū in bonos ⁊ malos. Quid tibi faciat malus miniſter vbi bonus eſt dñs. Ecce poſt ioannē baptiçatū eſt: poſt homicidā nō eſt baptiçatū: q2 ioānes dedit baptiſmū ſuū: hōicida dedit baptiſmū xp̄i: qđ ſacrm̄ tā ſcm̄ eſt: ut homicida miſtrāte polluat. Potuit aūt dñs ſi vellet ptātem dare alicui ſeruo ſuo ut daret baptiſmū ſuū tanꝙ vice ſua: ⁊ cōſtitueret tantā vi in baptiſmate trāſlato in ſeruū: ꝙtā vi haberet baptiſma datū a dño. Hoc noluit: ut in illo eēt ſpes baptiçator a quo baptiçatos ſe agnoſceret. ⁊ noluit ſuū ponere ſpem in ſuo. Si aūt daret hanc ptātē ſeruis: tot eſſent baptiſmata quot eēnt ſerui: ut quō dcm̄ eſt: baptiſma ioannis: ſic diceret: baptiſma petri vel pauli. ꝑ hanc ergo poteſtatē quā ſibi xp̄s retinuit: ſtat vnitas eccleſie: de qua dcm̄ eſt: Una eſt columba mea. pōt aūt fieri ut aliquis habeat baptiſmū ꝑter columbā: ut ꝓſit ei baptiſm⁹ ꝑter columbā nō pōt. CHRY. Et quia pater vocē emiſit ꝑdicans filium: ſupuenit ſpūſſanctus vocē trahens ſuper caput xp̄i: ne quis pñtiū exiſtimaret dici de ioanne: quod dcm̄ eſt de xp̄o. Sed dicet aliquis: qualiter nō crediderūt iudei: ſi viderunt ſpm̄. Sed talia non ſolum indigent oculis corporis: ſed magis viſione mentis. Si naꝙ miracula facientē videntes intantū ebrij erant a liuore ut cōtraria his que videbant enunciarent: qualiter ſolo aduentu ſpirituſſancti in ſpecie columbe expuliſſent icredulitatem? Quidam vero dicunt nō omnes vidiſſe ſpiritū ſed ſolum ioannē: ⁊ eos qui deuotius diſpoſiti erant. Et ſi enim ſenſibilibus oculis poſſibile erat videre in ſpecie columbe ſpm̄ deſcendentem: nō tamē ꝓpter hoc neceſſe eſt oibus hoc fuiſſe manifeſtum. Etenim çacharias in ſpecie ſenſibili mlta ꝯſiderauit: ⁊ daniel ⁊ ezechiel. ſꝫ ⁊ moyſes multa vidit: qualia aliorū nullus. vnde ſubdit ioānes Et ego vidi ⁊ teſtimoniū ꝑhibui: q2 hic eſt fili⁹ dei. Agnū quidē eum vocauerat: ⁊ q̄m in ſpū baptiçare debebat dixit: Filium autem ante hoc nuſꝙ. AV. Oportebat eni ut ille baptiçaret qui eſt filius dei vnicus non adoptatus Adoptati filij miniſtri ſunt vnici: vnicus autē habet poteſtatem adoptati miniſterium.

Altera die iterum ſtabat ioannes: ⁊ ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens ieſum ambulantem dixit Ecce agnus dei.

CHRY. Quia multi his que a pricipio ioannes dicebat nō attendebāt: ſecūda rurſus eos excitat voce: vnde dicit: Altera die iteꝝ ſtabat ioānes ⁊ ex diſcipul' ei⁹ duo. BE. Stabat quidem ioannes q2 illam virtutū arcē conſcenderat: a qua nullis temptationum poſſet improbitatibus deijci. Stabant cum illo diſcipuli: q2 magiſterium illius corde ſequebantur immobili. CHR. Sed quare non toti mundū circuiuit in omni loco iudee predicans eum: ſed ſtabat circa flumen expectans eum venire ⁊ oſtēdere venientem: q2. ſ. ꝑ opera chriſti hoc fieri volebat. Uide etiam qualiter hoc maioris edificationis fuit. q2 enim paruā imiſit ſcintillam: repēte flāma in altū eleuata eſt. Aliter aūt ⁊ſi circuiēs hoc dixiſſet: videretur ex ſtudio quodā humano fieri que fiebant: ⁊ ſuſpitione plenū eſſet eius ꝑconiū. igit ꝓphete quidem ⁊ apoſtoli oēs abſentem chriſtum prediccauerunt: hic quidē ante pñtiam ſm̄ carnem: illi vo poſt aſſumptionē. vnde ⁊ oſtendat ꝙ non voce ſolū: ſed ⁊ oculis eū oñdebat ſubdit: Et reſpiciens ieſum ambulantem dixit: Ecce agnus dei. THE. Reſpiciens inquit: quaſi oculis innuens gratiam ⁊ admirationem quā habebat in chriſto. AV. Joannes quidem amicus ſponſi erat: non querebat gloriam ſuam: ſed teſtimoniū ꝑhibebat veritati. Non enim voluit apud ſe remanere diſcipulos ſuos ut non ſequerentur dñm: ſed magis oſtendit quē ſequerentur dicēs. Ecce agnus dei. CHRY. Non longum facit ſermonē quoniā vnum ſolum in ſtudio habedat adducere eos ⁊ coniungere chriſto: ſciebat enim quoniam de reliquo non indigerent eo teſtante. Non autem ſingulariter diſcipulis loquitur de his ioannes: ſed eis publice cū omnibus: q2 ex cōmuni doctrina, ſuſcipientes' ſequelam chriſti: firmi de reliquo ꝑmanſerunt: non ꝓpter gratiam chriſti ſequentes: ſed ꝓpter ſuum lucrū: ⁊ non facit, ſermonem ſuum deprecatiuum: ſed admiratur ſolum preſentē ⁊ demonſtrat eis preparationem ꝓpter quem venit: ⁊ modum preparationis. Agnus enim vtrunꝙ inſinuat: ⁊ dicit agnus cum articuli adiectione: excellentiam eius oſtēdens. AV. Jſte enim ſingulariter dicitur agnus ſolus ſine macula: ſine peccato: non cuius macule abſterſe ſunt ſed cuius macula nulla fuerit. ſingulariter hic eſt agnus dei: quia ſingulariter huius agni ſanguine ſolo homines redimi potuerunt. hic eſt agnus quem lupi timent: qui leonē occiſus occidit. BED. Jdeo etiam agnū vocat: q2 dona ſui velleris ſponte largiturum: ex quo veſtem nobis nuptialem facere poſſumus. i. exempla viuendi nobis relicturum preuidit: quibus in dilectione calefieri deberemus. ALCVIN. Myſtice autem ſtat ioānes: ceſſat lex ⁊ venit ieſus. i. gratia euangelij: cui ipſa lex perhibet teſtimonium. Ambulat ieſus diſcipulos collecturus. BED. Ambulatio etiam ieſu diſpenſationē incarnationis qua ad nos venire ac nobis exempla viuendi prebere dignatus eſt inſinuat.

Et audierunt eum duo diſcipuli loquentem: ⁊ ſecuti ſunt ieſum. Conuerſus autem ieſus ⁊ videns eos ſeq̄ntes ſe: dicit eis: Quid q̄ritis? Qui dixerūt ei: Rabbi: quod dicitur interpretatū magiſter: vbi habitas? Dicit eis: Uēite ⁊ videte. Uenerunt ⁊ viderunt vbi maneret: ⁊ apud eum manſerunt die illo. Hora aūt erat quaſi decima. Erat aūt andreas frater ſimonis petri: vnus ex duob⁹ qui audierant a ioāne ⁊ ſecuti fuerant eum.

ALCVI. Joanne ꝑhibente teſtimoniū q2 ieſus eſſet agnus dei: diſcipuli qui prius erant cum ioanne magiſtri imperium implentes ſecuti ſunt ieſum. vnde dicitur

Et audierūt

Et audierūt eū duo diſcipuli loquētē ⁊ ſecuti ſunt ieſū

CHRY. Cōſidera aūt q2 q̄n dixit: Poſt me veniēs ante me factus ē: ⁊ q̄n nō ſū dign⁹ ſoluere corrigiā calciamēti ei⁹: nullū cepit. Sed q̄n de diſpenſatōe locut⁹ ⁊ humili⁹ ſmonē duxit dicēs. Ecce agnus dei. tūc ſecuti ſt eū diſcipuli. Multi eni non ita adducunt cū aliqđ magnū ⁊ excelſum de deo dicit: ſicut cum benignū ⁊ amicū hoīem audiūt ⁊ aliquid ad ſalutē hoīum ptinens. Conſiderandum aūt ꝙ ioānes dicit: Ecce agnus dei: ⁊ xp̄s nihil loquitur. nā ⁊ ſponſus cū ſilentio adeſt: alij eū inducunt ⁊ ſpōſam in manu eius ponūt: quam cum acceperit de ea diſponit: ita xp̄s venit copulatur⁹ ſibi eccliam nihil ipſe dixit: ſed acceſſit ſolū amicus eius ioannes dexteram ei ſpōſe impoſuit ꝑ ſermones ſuos: aias hoīum i man⁹ ei ponēs quos accipiēs ita diſpoſuit ut vltra ad ioannem non redirent. Sed aliud hic obſeruandum: ſicut enim i nuptijs: nō puella ad ſpōſum vadit: ſed ipſe ad eam feſtinat: ita hic contingit. Non eni in celū aſcendit hoīum natura: ſed ad eā filius dei acceſſit: ⁊ ad domum duxit paternā. Et quidā alij diſcipuli ioannis erāt: qui nō ſolum ſecuti ñ ſunt: ſꝫ ⁊ çelotipe ad xp̄ꝫ diſpoſiti erāt. q aūt meliores erant ſimul audierūt: ⁊ ſecuti ſunt: nō quaſi magiſtrū priorē ꝯtēnentes: ſed ab eo perſuaſi ꝓmittēte ꝙ baptiçaret in ſpūſcō xp̄s: ⁊ inde diſcipulorum ſtudium cū verecundia fieri. Neꝙ eni mox aſcendētes interrogauerūt ieſū ꝺ neceſſarijs ⁊ maximis rebus: neꝙ publice ſꝫ ſingulariter ei loq ſtuduerūt. vñ ſequit: Cōuerſus aūt ieſus ⁊ vidēs eos ſeq̄ntes ſe: dicit eis qđ q̄ritis? Hic erudimur q2 cū nos bene velle iceperim⁹: tūc de⁹ dat nobis multas ſalutiſ occaſiōes. Interrogat aūt nō ut diſcat: ſꝫ ut ꝑ iterrogationē magis eos familiares faciat ⁊ ampliorē fiducia det: ⁊ oñdat eos auditione dignos. THE. Uide aūt ꝙ ſequentibus ſe dñs conuertit faciē ⁊ reſpexit: q2 niſi ꝑ bonā operationē ipm ſecut⁹ fueris: ad viſionē faciei eius nunꝙ ꝑtinges: neꝙ ad domū eius poteris ꝑuenire. ALCVI. Ergo illi diſcipuli tergū ipſius ſequebant ut viderēt: ⁊ faciē dñi videre non poterāt. iō ꝯuertit ſe: ⁊ quodāmodo de ſua maieſtate deſcēdit: ut poſſint faciē diſcipuli illi⁹ ꝯtēplari. ORI. Forte aūt nō fruſtra poſt ſextū teſtimoniū deſinit ioānes eos ꝯteſtari: ⁊ ieſus ſm̄ ſeptimū dicit: Quid queritis? CHRY. Sed illi nō ſolum ſequendo: ſed interrogādo amorē ſuum ad xp̄m manifeſtauerūt. vñ ſequit: Qui dixerūt ei: Rabbi qđ dī interpretatū magiſter vbi habitas? Nōdū ab eo aliqđ diſcēte: magiſtrū eū vocāt ad diſcipulatū ſe ipellētes ⁊ cāꝫ oñdentes ꝓpter quid ſequebant. ORI. Congrus vo ꝑfectis ex ioannis teſtimonio ꝓlatio depromens chriſtū doctorem: ac exprimens deſiderare habitaculū filij dei ꝯtueri. ALCVI. Nolūt eni tranſitorie vti eius magiſterio ſed inquirūt vbi maneat: ut ⁊ tunc in ſecreto vbis illius imbui: ⁊ exinde ſepius poſſent eum viſitare: ⁊ pleni⁹ inſtrui. Myſtice aūt volūt ſibi oſtendi: in quibus xp̄s habitet: ut eorum exemplo ſe tales exhibeant in quibus velit habitare: vel ꝙ ieſum ambulantē vident ⁊ ſtatiꝫ vbi maneat querūt nos monet: ut cū incarnationē eius ad mētē reducimus: ſolicito corde eum rogemus: ut manſionē eterni habitaculi nobiſ oñdat: vñ quia videt bene petētes libere eis ſua reſat archana: vñ ſequit: Dicit eis venite ⁊ videte. q. d. habitaculū meū explicari nō pōt ſmone ſed opere demonſtrat: venite ē credēdo ⁊ operādo: ⁊ videte itelligendo. ORI. Uel ꝑ hoc ꝙ dicit. Uenite ad actionē inuitat: ꝑ hoc aūt ꝙ dicit Uidete ad contemplationē. CHRY. Chriſtus aūt non dicit eis ſigna dom⁹ neꝙ locū: ſed attrahit eos ad ſequendū. Nō dixit: Non ē tp̄s nūc: audietis cras: ſiquid vultis diſcere: ſed ut ad amicos ⁊ familiares loquit: qualiter alibi ait. Filius hominis non hꝫ vbi caput reclinet. hic aūt dicit: Uenite ⁊ videte vbi habito. Sed ꝑ hoc ꝙ dixit: Non habet vbi caput ſuū reclinet: demrauit ꝙ hitaculū ꝓpriū ñ hēbat: ſi ꝙ i domo ñ maneret. Seqt eni. Uenerūt ⁊ viderūt vbi maneret: ⁊ māſerūt ibi die illo. C⁹ aūt grā māſerūt: ñ adiūgit euangeliſta: q2 manifeſtū erat ꝙ ꝓpter doctrinam.

AV. Quā beatū aūt diem duxerūt: ꝙ beatā noctē! Edificemus ē ⁊ noſmetipſi in corde nr̄o ⁊ faciam⁹ domum: quo veniat ille ⁊ doceat nos. THE. Nō fruſtra autē ⁊ tp̄s notauit euāgeliſta cum ſubdit: Hora aūt erat quaſi decima. ut tā doctores ꝙ diſcipulos erudiret ꝙ doctrina ꝓpter tēpus nō ē pretermitēda. CHRY. Multū eni ſtudiū demōſtrabāt ad audiendū: in eo q2 neꝙ ab hora auerſi ſunt cū ſol eſſet ad occaſum: ⁊ multis quidem carni ſeruientibus tēpus qđ ē poſt eſcas: nō ē aptū ad quippiā neceſſariorum: eo ꝙ corpus eſcis grauat. Joānes vero cuius iſti erāt diſcipuli: nō erat talis: ſed cū multo maiori ſobrietate veſpere degens ꝙ nos mane. AVG. Numerus etiā iſte legē ſignificat: quia in decē ꝑceptis data ē lex. Uenerat aūt tp̄s ut impleret lex ꝑ dilectionē que a iudeis ipleri nō poterat ꝑ timorē. vñ ⁊ decima hora dñs audiuit: Rabbi. Magiſter eni legis nō eſt niſi dator legiſ Sequit: Erat aūt andreas frater ſimonis petri: vnus ex duobus qui audierāt a ioāne ⁊ ſecuti fuerāt eū. CHR. Cui⁹ aūt grā alterius nomē nō ponit? quidā dicunt propterea q2 hic qui ſcribit ē qui ſecutus ē eum. Quidā vo dicūt ꝙ ille alius nō inſignis erat. q̄ igit vtilitas ſi didicerimus nomē illi⁹: neꝙ. n. ſeptuaginta duorum diſcipulorum nomina euangeliſta poſuit. ALCVI. Uel duo diſcipuli qui ſecuti ſunt ieſum andreas ⁊ philippus.

Jnuenit hic primū fratrē ſuum ſimonē: ⁊ dicit ei. Jnuenimus meſſiam quod eſt interpretatū chriſtus. Et adduxit eum ad ieſum. Jntuitus autem eum ieſus dixit: Tu es ſimon filius ioanna: tu vocaberis cephas: quod interpretatur petrus.

CHRY. Andreas qui a ieſu didicit: nō detinuit apō ſeipſum: ſed feſtinat ⁊ currit cito ad fratrē: traditurus ei bona que ſuſcepit. vnde dī. Jnuenit hic primū fratrē ſuū ſimonē: ⁊ dixit ei: Jnuenimus meſſiam quod eſt interpretatū chriſtus. BE. Hoc ē eni vere dominū inuenire: vā dilectione feruere: fraterne quoꝙ ſalutis curā gerere. CHRY. Et quidē nō dixerat euāgeliſta que chriſt⁹ fuerat ſequētibus ſe locutus: ſed ex his que hic dicūt licet addiſcere. Quecūꝙ eni andreas didicit: in breui oñdit magiſtri virtutē: qui ꝑſuaſerat eis: ⁊ eorū deſideriū qđ prius habuerāt repſentat. hoc eni vbum inuenimus ē patiētis preſſurā ꝓpter abſentiā ⁊ exultātis: poſtꝙ apparuit qđ expectabat. AV. Meſſias aūt hebraice: grece chriſtus: latine vnctus dī. Chriſma eni vnctio ē: ille autē ſingulariter vnctus ē. vñ oēs chriſtiani vnguntur: ſm ꝙ in pſalmo dī. Unxit te deus deus tu⁹ oleo exultationis pre ꝑticipibus tuis. Participes eni eius ſunt oēs ſācti: ſed ille ē ſingulariter ſāctus ⁊ ſingulariter vnct⁹. CHRY. Et ideo nō dixit meſſiam ſimpliciter ſꝫ cū adiectione articuli. Conſidera vo ex ipſo principio obediētem petri mentem. ꝯfeſtim eni cucurrit nihil tardans. vñ ſequit: Et adduxit eū ad ieſū. Sꝫ nullus facilitatē ei imponat: ſi nō prius multa ꝑquirens ita ſermonē ſuſcepit Cōueniens eni eſt ⁊ fratrē diligentius ei dixiſſe hoc: ⁊ ꝑ longa vba: ſꝫ euāgeliſte vbiꝙ multa intermittūt: breuiloqui curā hñtes. Aliter aūt neꝙ dictū ē: q̄m credidit ſimpliciter: ſed quoniā duxit eū ad ieſum: illū ei ꝺ quo dixerat traditurus ut oia ab illo diſcat. Jpſe aūt dñs incipit reuelare ea que deitatis ſunt: ⁊ paulatim ea aperire ꝑdicationibus. Non enim min⁹ ꝙ ſigna ꝓphetie adducunt hoc eni eſt maxime opus dei: quod neꝙ imitari demones poſſunt. Nam in miraculis quidē ⁊ phātaſia fit vtiꝙ. Futura aūt predicere cū certitudine: illius ſolius incorruptibilis eſt nature. vnde ſequit: Jntuitus aūt eum ieſus dixit: Tu es ſimon filius ioanna. Tu vocaberis cephas: quod interpretatꝰ petrus. BED. Jntuitus autē

eſt eũ non exterioribus oculis ſolum: ſed ⁊ eterno diuini
tatis intuitu. vidit cordis eius ſimplicitatem: animi ſub-
limitatẽ: cui⁹ merito cuncte eſſet pferendus eccleſie. Ne-
q; aũt in petri vocabulo: quaſi hebreo vel ſyro aliã inter-
pretationẽ querere oportet quia idẽ ẽ grece ⁊ latine pe-
trus: qđ ſyriace cephas ⁊ in vtraq; ligua nomẽ a petra
deriuat. Vocat aũt petrus ob firmitatẽ fidei: qua illi pe
tre adheſit: de qua apl's ait: Petra aũt erat xp̄s: q̄ ſpe-
rantes in ſe ab hoſtis inſidijs reddit tutos ⁊ ſpiritualiũ
chariſmatum flueta miniſtrat. AV. Non ẽ aũt magnũ
q: dñs dixit cui⁹ filius eſſet: iſte omnia enim noīa ſancto
rũ ſuoꝝ ſciebat quos ante ꝯſtitutionẽ mundi pdeſtina-
uit. Illud aũt magnum: q: mutauit ei nomẽ ⁊ fecit de ſi
mone petrũ. Petrus aũt a petra: petra vero eccleſia: er-
go in petri nomine figurata ẽ eccleſia. Et quis ſecur⁹ eſt:
niſi qui edificat ſupra petrã? Intentũ aũt te fecit dñs. nã
ſi antea petrus vocaret: nõ ita videres myſteriũ petre: ⁊
putares caſu eũ ſic vocari: nõ ꝓuidentia dei. Ideo eum
voluit aliud prius vocari: vt ex ipſa commutatione no-
minis: ſacramenti viuacitas comendaret. CHRY.
Ideo etiã nomẽ mutauit vt oſtendat: q: ipſe ẽ qui vet⁹ te
ſtamentũ dedit: ⁊ noīa tranſmutauit: q: abram abraam
vocauit: ⁊ ſarai ſaram: ⁊ iacob iſraelem. Igitur multis q
dẽ ⁊ a natiuitate noīa impoſuit vt iſaac ⁊ ſamſon: alijs au
tem poſt eã que a ꝓgenitoribus ẽ nuncupationẽ: vt pe-
tro ⁊ filijs zebedei. nã quibus q̄dẽ a prima etate debat vir
tus clareſcere: ex tũc noīa ſuſceperũt: quibus aũt poſtea
debebat augeri: poſtea nuncupatio poſita ẽ. AV. de cõ.
euã. Nõ aũt pua repugnãtia põt putari ſi iuxta iordanẽ
anteq̄ ieſus iſſet in galileam: ad teſtimoniũ ioãnis bapti
ſte ſecuti ſunt eũ duo. quoꝝ vnus erat andreas qui frẽm
ſuũ ſimonẽ adduxit ad ieſum: qñ ⁊ nomẽ vt petrus noīa
ret accepit: cũ ab alijs euãgeliſtis dicat: q eos in galilea
piſcantes inuenerit: atq; ad diſcipulatũ vocauerit: niſi q:
intelligẽdũ ẽ: non ſic eos vidiſſe dñm iuxta iordanẽ: vt ei
iam inſeparabiliter inhererent: ſ; tm̃ cognouiſſe q's eſſet
eũq; miratos ad ꝓpria remeaſſe. Nõ aũt quis arbitret
q tũc petrus nomẽ accepit: vbi ait illi dñs: Tu es petr⁹
⁊ ſup hãc petrã edificabo eccleſiã meã: ſed vbi cõmemo
rat ei dictũ eẽ: Tu vocaberis cephas: qđ iterp̄tatur pe-
trus. ALCVI. Vel aliter: Nõdũ iponit ei nomẽ: ſ; pre
ſignat qđ poſtea fuit ei impoſitũ: quãdo dixit ei ieſus: Tu
es petrus ⁊ ſup hãc petrã edificabo eccl'iam meã. Mu-
taturus aũt nomẽ xp̄s: voluit oñdere etiã nomẽ illud: qđ
a parentibus datũ erat: nõ carere v̄tutis ſignificatione.
ſimon enĩ obediẽs iterpretat: Ioãna grã: Iona columba
q. d. Tu es obediens: filius grẽ: vl' filius colũbe. i. ſpũſſcĩ
q: humilitatẽ de ſpũſcõ accepiſti: vt vocante andrea vi
dere me deſiderares. Non enim dedignatus eſt maior
minorem ſequi quia non eſt ordo etatis vbi eſt meritum
fidei.

In craſtinũ voluit exire in galileam ⁊ inuenit philippum. Et dicit ei ieſus: Sequere me. Erat autẽ philippus a bethſaida ciuitate andree ⁊ petri. Inuenit philippus nathanael ⁊ dicit ei. Quẽ ſcripſit moyſes in lege ⁊ prophete: inuenim⁹ ieſũ filium ioſeph a nazaret. Et dixit ei nathanael: A nazareth põt aliquid boni eſſe. Dicit ei philipp⁹ Veni ⁊ vide.

CHRY. Poſtq̄ accepit chriſt⁹ diſcipulos venit õ reli
quo ad alios conuertendũ. ſ. philippũ ⁊ nathanaelẽ. vñ
di: In craſtinũ aũt voluit exire in galileã. ALCVI. A
iudea. ſ. vbi erat ioannes baptiçãs: deſerẽs honorẽ ba-
ptiſte: ne videat magiſtrũ eius minuere: dũ adhuc ſtatu;
habet. Vocaturus etiam diſcipulũ ad ſequendũ voluit
exire in galileam. i. in tranſmigrationẽ factã vel reuelatio
nẽ vt ſic ipe pficiebat ſapia ⁊ etate ⁊ grã apud deũ ⁊ ho
minibus: ⁊ ſicut paſſus eſt ⁊ reſurrexit: ⁊ ita intrauit i glo-
riã ſuã: ſic etiã ſuos ſequaces oſtenderet ⁊ exire ⁊ pfice
re in virtutibus: ⁊ p paſſiones ad gaudia tranſmigrare
debere. vnde ſequit: Et inuenit philippum: ⁊ dicit ei ieſus
ſequere me. Sequitur qui imitat humilitatẽ ⁊ paſſionẽ
eius: vt ſit ſocius reſurrectionis ⁊ aſcenſionis. CHR.
Et vide q anteq̄ aliquis ei adhereret: nullum vocauit.
nam ſiquidem nullo iã ſpõte adueniẽte attraxiſſet: fortaſ
ſis reſiluiſſent: nũc aũt a ſeipſis eligentes ſeq dñm: firmi
de reliquo pmanſerũt. Philippũ aũt vocat magis notũ
ei exiſtentẽ: q: in galilea nutrit⁹ erat. S; vñ philippus
ſecutus ẽ xp̄m: nã andreas quidẽ audiẽs a ioanne bapti
ſta: petrus aũt ab andrea: hic aũt a nullo aliquid diſcẽs
ſolũ dicẽte chriſto ad eũ: ſequere me: ꝯfeſtim pſuaſus eſt
Cõueniens ẽ aũt philippum a ioanne audientem ſequi
xp̄m: vel etiã vocem chriſti hoc operatã eſſe. THEO.
Nõ enĩ ſimpliciter oĩbus vox chriſti dicebat: ſ; fideliũ
interiora ad eius inflãmabat amorem: deinde q: in corde
philippi de xp̄o cogitatio inerat: ⁊ i libris moyſi aſſidua
lectio vt expectaret chriſtũ: ſtatim cũ vidit credidit. For
te aũt ab andrea ⁊ petro de xp̄o aliquid didicit q: ex ea
dem patria erãt: qđ euãgeliſta vĩ innuere p hoc q ſubdit
Erat aũt philippus a bethſaida ciuitate andree ⁊ petri.
CHRY. Chriſtus etiã hinc ſuã v̄tutẽ oñdit: q a terra
nullũ ferẽte fructũ. nã a galilea ꝓpheta nõ ſurgit: incly-
tos diſcipuloꝝ elegit. ALCVI. Bethſaida etiã dom⁹
venatoꝝ interpretat quo noīe ciuitatis curauit euangeli
ſta oſtendere: quales tũc iam aĩo erãt philippus petrus
⁊ andreas: ⁊ quales officio erant futuri. i. capiẽdis ad vi
tã aĩabus intenti. CHRY. Nõ ſolum aũt philippus a
xp̄o pſuaſus ẽ ſed pco alijs fit. vnde ſequit: Inuenit phi
lippus nathanael ⁊ dicit ei. Quẽ ſcripſit moyſes i lege ⁊
ꝓphete: inuenim⁹ ieſum filiũ ioſeph a naçareth. Vide q̄li
ter ſolicitã mentẽ hẽbat: ⁊ cõtinue meditabat: q̄ ſũt moy
ſi ⁊ expectabat aduentũ xp̄i: ⁊ quidẽ q xp̄s debebat ve
nire nouerat prius: qm̃ aũt hic chriſtus erat ignorabat.
Dicit aũt Quẽ ſcripſit moyſes ⁊ ꝓphete: credibilẽ faciẽ
ſuã pdicationẽ: ⁊ ex hinc pſuadẽs auditorẽ: q circa legẽ
⁊ prophetas ſolicitus erat: ⁊ oĩa pſcrutans cum veritate
vt ⁊ xp̄s teſtatus ẽ. Si vero dicit Filium ioſeph. ne tur-
beris: ei⁹. n. filius eſtimabat eſſe. AV. Cui. ſ. deſponſa-
ta erat mater eius: nam q ea intacta conceptus ⁊ natus
ſit: bene nouerũt ex euangelio oẽs xp̄iani: addit autẽ ⁊
locũ: A naçareth. THE. Non q: in ea natus erat: ſed
nutritus. Generatio enim eius multis erat incognita: ſ;
q in naçareth eſſet nutritus cognitũ erat: ⁊ dixi ei natha
nael a naçareth põt aliqđ boni eſſe. AV. Ambas ꝓnun
ciationes põt ꝯñs vox philippi ſequi: ſiue ſic pronunciet
tanq̄ confirmans: A naçareth põt aliquid boni eẽ: ⁊ ille
dicat. Veni ⁊ vide. ſiue ſicut dubitans ⁊ totum interro-
gans A naçareth põt aliquid boni eſſe: Veni ⁊ vide. Cũ
ergo ſiue illo modo ſiue iſto ꝓnuncietur: non repugnent
verba ſequentia: noſtrum eſt querere quid potius intelli
gamus in his verbis: Nathanael enim doctiſſim⁹ legis
cum audiſſet philippum dicentẽ: Inuenimus ieſu; audi
to a naçareth erectus eſt in ſpem: ⁊ dixit: A naçareth po
teſt aliquid boni eſſe. Scrutatus enim erat ſcripturas. ⁊
ſciebat q non facile alij ſcribe ⁊ phariſei nouerant q: in
de erat expectandus ſaluator. ALCVI. Qui ſingulari
ter ſanctus eſt: innocens: impollutus: de quo propheta
Exiet virga de radice ieſſe ⁊ naçareus. i. flos de radice
eius aſcendet. vel põt hic v̄ſiculus ſub dubitatione inter
rogatiue proferri. CHRY. Audiuerat enim nathanael
a ſcripturis q a bethleem oportet xp̄m venire: ſecun-
dum illud. Et tu bethleẽ terra iuda ex te exiet dux qui
reget pplm meũ iſrael. Cum igitur audiuit A naçareth.
dubitauit: ñ inueniens conuenire enunciationem philip
pi: cum prophetica predicatione. Naçareum autem vo-
cant prophete ab educatione: ⁊ conuerſatione: conſide
ra vero



ra vero eius inquirendo prudentiam ⁊ manſuetudinem
non enim dixit: Decipis me philippe: ſed interrogat di
cẽs: A naçareth põt aliquid boni eẽ. Valde aũt ⁊ philip-
pus prudẽs erat: Nõ enĩ interrogatus frãgitur ſed inmorat
vix volẽs ducere ad xp̄m: vñ ſequit: Dicit ei philippus
veni ⁊ vide. Trahit quidem eum ad chriſtũ: ſciẽs de re-
liquo eum non contradicturum ſi verba ⁊ doctrinam il
lius guſtauerit.

Vidit ieſus nathanael veniẽtẽ ad ſe: ⁊ dicit de eo: Ecce vere iſraelita: in quo dolus non eſt. Dicit ei nathanael. Unde me noſti? Rñdit ieſus: ⁊ dixit ei. Priuſq̄; te philippus vocaret cum eẽs ſub ficu vidi te. Rñdit ei nathanael ⁊ ait: Rabbi tu es filius dei: tu es rex iſrael. Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei: Quia dixi tibi vidi te ſub ficu credis: mai⁹ his videbis. Et dicit ei: Amen amen dico vobis vi debitis celum apertum: ⁊ angelos dei aſcendẽtes ⁊ deſcendentes ſupra filiũ hominis.

CHRY. Nathanael nõ ſuſcipiẽdo ex naçareth xp̄m
eſſe eã que illi erat circa ſcripturas diligẽtiã oñdit. In ñ
reſpuẽdo v̄o eũ q annunciauerat multũ deſideriũ qđ ha
bebat circa xp̄i pñtiã monſtrauit. Sciebat enim q pote
rat philippus circa locũ falli. vnde ſequit: Vidit ieſus na
thanael venientẽ ad ſe: ⁊ dicit de eo: Ecce vere iſraelita
in quo dolus nõ ẽ. Nequaq̄ enĩ eũ accuſare oportebat:
ſ; v̄ba non credẽtis ꝓtulerit: magis inueſtigãs ꝓphetas
q philippus: dicit aũt vere iſraelita: in quo dolus nõ ẽ.
q: nihil ad gratiã vel odiũ loquebat. AV. Vel aliter:
Quid eſt in quo dolus nõ ẽ: forte nõ hẽbat peccatũ: for-
te illi medicus nõ erat neceſſarius? abſit: Nemo ſic nat⁹
ẽ vt medico illo nõ egeret. Dolus enĩ ẽ cũ aliud agit: ⁊ ali
ud fingit: quõ g̃ in illo dolus nõ erat: ſi peccator ẽ: fatetur
ſe peccatorẽ. Si enĩ peccator ẽ: ⁊ iuſtũ ſe dicit: dolus eſt i
ore ipſius: ergo in nathanaele ꝯfeſſionẽ peccati laudauit
nõ iudicauit nõ eſſe peccatorẽ. THE. Sed nathanael
laudatus nõ acquieuit exẽplo: ſed expectauit adhuc vo
lẽs aliqđ manifeſtius diſcere ⁊ interrogat. Sequit enim
Dicit ei nathanael: vñ me noſti. CHRY. Ipſe quidem
igit vt hõ inueſtigat. ieſus aũt vt deus reſpõdebat. Seqt
enĩ: Rñdit ieſus ⁊ dixit ei: priuſq̄ te philippus vocaret
cũ eſſes ſub ficu vidi te. Nõ vt homo eũ intuens: ſed vt
deus deſup cognoſcẽs: Vidi inquit te. i. moꝝ tuoꝝ mã
ſuetudinẽ. dicit aũt: Cum eſſes ſub ficu. qm̃ nullus ibi erat
ſed ſoli philippus ⁊ nathanael ſingulariter loquebãtur
⁊ ꝓpter hoc dcm̃ ẽ q videns eum a lõge dixit Ecce vere
iſraelita. vt ſcires qm̃ anteq̄ appropinquaret philippus
hec loquebat chriſtus: ⁊ inſuſpicabile fiat xp̄i teſtimoniũ
Noluit aũt xp̄s dicere: Nõ ſum ex naçareth. vt annunci
auit tibi philippus: ſed ex bethleem vt non faceret alte-
rabilẽ ſermonẽ: neq; etiã p hoc dediſſet argumentum ſuf
ficiẽs qđ ipe eſſet xp̄s: ſ; oñdit ſe xp̄m p hoc q pñs erat
loquẽtibus illis. AV. Querẽdũ ẽ enĩ an aliquid ſigni-
ficet arbor fici. Inuenimus arborẽ fici maledictã: q: ſola
folia habuit: ⁊ fructu caruit. In origine humani generis
adã ⁊ eua cũ peccauiſſent: de folijs ficus ſubcinctoria ſi
bi fecerũt. Folia ergo ficulnee itelliguntur peccata. Erat
aũt nathanael ſub arbore fici: tanq̄ ſub vmbra mortis: ac
ſi dñs ei dicat: O iſrael ſine dolo q̄ſq̄s es: O popule iu
deus ex fide: anteq̄ te p apoſtolos meos vocarem: ⁊ cũ
eſſes ſub vmbra mortis ⁊ tu me non videres: ego te vidi
GRE. xviij. mora. Vel cũ eſſes ſub ficu vidi te. i. poſi-
tũ te ſub vmbra legis elegi. AVG. de v̄bis dñi: Recor
datus ẽ aũt nathanael ſe fuiſſe ſub ficu: vbi nõ erat xp̄s
pñtia corporali: ſ; ſcientia ſpirituali: ⁊ q: ſciebat ſe ſolum
fuiſſe ſub ficu agnouit in illo diuinitatẽ. CHRY. Sic
ergo ab hac pdicatione ⁊ ab eo q mentẽ ſcrutatus ẽ ei⁹
⁊ q: eũ aduerſus eũ dicere videret nõ culpauit: ſ; lauda
uit cognouit qm̃ vere ẽ xp̄s. vnde ſequit: Rñdit ei natha
nael ⁊ ait: Rabbi: Tu es fili⁹ dei: tu es rex iſrael. q. d.
Tu es qui expectaberis: tu es qui querebaris. q: g. ar-
gumentũ inalterabile ſuſcepit: venit ad ꝯfeſſionem ⁊ in
mora priori diligentiam oñdens: ⁊ in poſteriori confeſſi
one deuotionẽ. Multi aũt legentiũ ſmonẽ hũc neſciunt
Petrus. n. qui poſt miracula ⁊ doctrinã confeſſus ẽ qm̃
filius ẽ dei beatificat: vt a pr̃e reuelationẽ iã ſuſcipiens.
Nathanael aũt ante ſigna ⁊ doctrinã hoc dicẽs nihil ta-
le audiuit. Eſt igit huius cã qm̃ v̄ba quidẽ eadem locut⁹
ẽ petrus ⁊ nathanael: nõ aũt eadẽ mẽte: ſed petrus q̄dẽ
ꝯfeſſus ẽ filiũ dei vt deum verũ: hic aũt vt hominẽ nudũ
dicẽs ei: Tu es filius dei. induxit: Tu es rex iſrael. Dei
aũt fili⁹ nõ iſraelitis ẽ rex ſolum: ſed ⁊ orbis terraꝝ vni
uerſi. Hoc ẽt manifeſtũ eſt ex his que conſequuntur. nã
petro nihil poſtea addidit xp̄s: ſed quaſi pfecta eius exi
ſtente fide: eccleſiã ſe dixit in cõfeſſione illius fabricatu-
rũ eſſe. nathanael aũt quaſi multa pte ⁊ maiori ꝯfeſſiõis
deficiente ad maiora educit. nã ſequit: Et dixit ei: q: di-
xi tibi: vidi te ſub ficu credis: mai⁹ his videbis. q. d. Ma
gnũ tibi viſum eſt hoc eẽ qđ dixi: ⁊ ꝓpterea me regẽ iſrae
lis ꝯfeſſus es: quid igit dices cũ maius videbis ⁊ quid
ſit iſtud maius oſtendit ſubdens: ⁊ dicit eis: Amen amẽ
dico vobis: videbitis celũ apertũ ⁊ angelos dei aſcẽdẽ
tes ⁊ deſcẽdẽtes ſup filiũ hoīs. Vide qualiter paulatim
eum a terra abducit: ⁊ facit q nõ vltra eſtimet chriſtũ eẽ
hoiẽ ſolum. cui. n. angeli miniſtrant: qualiter hic homo
purus eſſet: per hoc igit ſuadet angeloꝝ ſe eẽ dñatorẽ: ſi
cut. n. in ꝓprium regis filiũ deſcẽderũt ⁊ aſcẽderũt in cõ
miniſtri regales: hoc quidẽ i tpe crucis: hoc v̄o i tpe reſur
rectionis ⁊ aſcenſionis: ſed ⁊ ante hoc qñ acceſſerunt ⁊
miniſtrabãt ei: ⁊ qñ euãgeliçabant eius natiuitatẽ. Futuꝝ
v̄o a preterito ꝓbauit: qui enĩ i preteritis v̄tutẽ ei⁹ agnoue
rat: ⁊ de futuris audiens facilius ſuſcepit. AV. de ver.
dñi: Recolamus autem veterem hiſtoriã qñ iacob i ſõ
nis vidit ſcalam a terra ptingentem vſq; in celũ: ⁊ dñs i
cũbebat ſup eam: ⁊ angeli aſcendebant ⁊ deſcendebant p
eam. Deniq; ipe iacob q: itellexit quid viderit: poſuit la
pidem ⁊ fudit oleum. dũ vnxit lapidẽ iacob: nũquid ido
lum fecit: ſignificauit: non adorauit. agnoſcitis chriſma:
agnoſcite ⁊ xp̄m. Ipſe eſt lapis quem reprobauerũt edi
ficantes. ſi ergo iacob vidit ſcalam q ẽ iſrael appellatus
⁊ nathanael iſte v̄e iſraelita erat: conuenienter ſomnium
iacob dñs dixit ei. q. d. cuius nomie te appellaui ipſius
ſomniũ in te apparuit: Videbis enĩ celum apertum: ⁊
angelos dei aſcendentes ⁊ deſcẽdẽtes ſuper filiũ hoīs
ſi aũt ad illũ deſcẽdũt ⁊ ad illũ aſcẽdũt: ⁊ ſurſũ ẽ: h ẽ ſur
ſum in ſe: deorſum in ſuis. AV. ſup io. Sũt aũt angeli dĩ
boni predicatores pdicantes chriſtũ: hoc ẽ ſup filiũ ho
minis aſcẽdũt ⁊ deſcẽdũt: ſicut paulus q aſcẽderat vſq;
ad tertiũ celũ deſcẽdit vſq; ad lac potũ paruulis dandũ di
xit aũt: Maius his videbis. q: plus ẽ q nos dñs voca
tos iuſtificauit: q̄ q vidit iacentes ſub vmbra mortis
Quid enim nobis ꝓderat ſi ibi manſiſſem⁹: vbi nos vi
dit. Querit aũt q̄re nathanael cui tantũ teſtimoniũ phi
buit filius dei: inter. xij. apoſtolos nõ inuenit. Intelligere
aũt debemus ipm eruditũ fuiſſe ⁊ peritũ legis: ꝓpterea
noluit illũ dñs inter diſcipulos ponere: q: ideotas elegit
vnde ꝯfunderet mundũ. Volẽs enĩ ſupboꝝ frangere cer
uices: nõ quęſiuit p oratorẽ piſcatorẽ: ſed de piſcatore lu
cratus ẽ imperatorẽ. Magnus cyprianus orator: ſ; pri
us petrus piſcator p quem poſtea crederet nõ tantũ ora
tor: ſed etiam imperator.

## CA. II.

Et die tertia nuptie facte ſunt in cana galilee: ⁊ erat mater ieſu ibi. Vocat⁹ eſt autẽ ieſus ⁊ diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater

ieſu ad eum: Uinum non habent. Et dicit ei ieſus Quid mihi ⁊ tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea.

CHRY. Quoniā i galilea notus erat dñs: vocāt eū ad nuptias: vnde ſequitur: Et die tertia nuptie facte ſūt in chana galilee. ALCVI. Galilea ē ꝓuincia i qua eſt chana viculus. CHRY. Uocāt aūt ad nuptias dñz ñ tanq̄ magnificū aliquē: ſed ſimpliciter tanq̄ notū: ⁊ vnū multorum vñ hoc euangeliſta declarans ait: Et erat mater ieſu ibi. ſicut enī matrē vocauerāt: ita ⁊ filiū. vnde ſequit: Uocat' ē aūt ieſus ⁊ diſcipuli ei' ad nuptias: ⁊ accedit: Neq̧ eni ad dignitatē reſpiciebat ſuā: ſed ad beneficiū noſtrū. Qui enim non dedignatus ē formam ſerui accipere: neq̧ dedignatus eſt ad nuptias venire ſeruoꝝ. AV. de v. dñi: Erubeſcat igit homo eſſe ſuperbus: quoniam factus eſt humilis deus: Ecce inter cetera filius virginis venit ad nuptias qui cum apud patrem eſſet inſtituit nuptias. BED. Quod etiam ad nuptias venire dignatus ē iuxta lr̄am ſidē recte credentiū confirmat Porro tatiani ⁊ martionis ceteroꝝq̧ q̄ nuptijs detrahunt: pfidia q̄ ſit dānabilis inſinuat. Si eni thoro immaculato ⁊ nuptijs debita caſtitate celebratis culpa ineēt: nequaq̄ dñs ad has venire voluiſſet. Nūc aūt q2 bona ē caſtitas coniugalis: melior continentia vidualis: optia pfectio v̓ginalis. Ad ꝓbandā omnium electionē graduū diſcernendum tñ meritū ſinguloꝝ ex intemerato marie virginis vtero naſci dignatus ē a ꝓphetico vidue anne ore mox nat' bñdicit: a nuptiaꝝ celebratorib' iā iuuenis inuitat' hos pñtia ſue v̓tuti honorat. AV. Quid āt mirū ſi i illā domū ad nuptias venit q̄ i hūc mūdū ad nuptias vēit: Hēt .n. h̄ ſpōſā quā redemit ſanguie ſuo: ⁊ cui pign' dedit ſpiritūſanctū: quā ſibi cōiunxerat in vtero v̓ginis. Uerbū eni ē ſpōſus ⁊ ſpōſa caro hūana: ⁊ vtrūq̧ vn' filius dei: ⁊ idē fili' hominis. Ille vter' virginis marie thalamus ei' ē: vñ ꝓceſſit tanq̄ ſponſus de thalamo ſuo.

BED. Nec vacat a myſterio q̄ die tertia nuptie facte referunt: primū q̄dē ſeculi tp̄s ante legē patriarchaꝝ exemplo. ſecundū ſub lege ꝓphetaꝝ ſcriptis. tertiū ſub gratia pconijs euāgeliſtaꝝ quaſi tertie diei luce mundo refulſit in quo dñs in carne natus apparuit: ſed ⁊ hoc qd̓ in chana galilee. i. in zelo tranſmigrationis eedē nuptie facte ꝑhibent. Typice denūciat eos maxie grā xp̄i dignos exiſtere: qui zelo feruere pie deuotionis ac de vitijs ad virtutes: de terrenis ad eterna norunt trāſmigrare: diſcūbēte aūt ad nuptias dño: vinū defecit vt vino meliore p ip̄z facto manifeſtaret gloria latentis i hoie dei. vñ ſequitur Et deficiēte vino: dicit mater ieſu ad eū: Uinuz nō habēt

CHRY. Dignū aūt ē querere vñ venit in mentez matri magnū quid imaginari de filio: neq̧. n. ante miraculū fecerat. Sequitur enim: Hoc fecit initiū ſignoꝝ ieſus: ſꝫ reuelari incipiebat ⁊ a ioanne ⁊ ab his que ad diſcipulos dixerat: ſed ante hec oia ipſa ↄceptio ⁊ ea que poſt natiuitatē facta ſunt: maximā ei de puero ipoſuerūt eſtimationē. vnde lucas dicit: Maria conſeruabat oia v̓ba hec conferens in corde ſuo. Cuius igit grā nō ante miraculū eū icitauit: nā antea vt vnus multoꝝ ita ↄſeruabat. vnde nō p̄ſumebat ei mater tale quid dicere: quia vero audiuit q̄ ioannes ei teſtificatus ē: ⁊ q̄ diſcipulos iam haberet de reliquo confidenter rogat. ALCV. Significat etiā in hoc loco ſynagogam que xp̄m ꝓuocat ad faciendū miraculū: familiare eni ē iudeis: miracula inquirere. Sequit: Et dicit ei ieſus: quid mihi ⁊ tibi mulier? AV. Quidā derogātes euāgelio ⁊ dicētes q̄ ieſus ñ fuit nat' ꝺ maria v̓gine hic argumentū ſumere conant erroris ſui vt dicant quomō erat mater eius cui dixit: Quid mihi ⁊ tibi mulier? Sed quis hoc narrauit: vt credamus quia hoc dñs dixit: Nempe ioānes euāgeliſta. At ipe dixit: Et erat ibi mater ieſu: quare hoc: niſi q2 vtrunq̧ verū ē: Sꝫ nunqd ideo venit ad nuptias: vt doceret matres cōtemni? CHRY. Sed q̄ valde venerabat matrē. Audi lucā enarrantem: qualiter ſubditus parentibus erat. Nā vbi quidē parentes nihil īpediūt eorū que ſunt ſm deuz debitū ē ſubijci eis. Quādo aūt nō tpe debito aliqd querunt: ⁊ abſcindunt nos a ſpiritualibus: nō ex hoc fallar. AV. de ſymbolo: Ut ergo diſtigueret inter deū ⁊ hoiez quia ſm hoiem minor ⁊ ſubditus erat. ſm aūt deum ſupra oēs erat dixit: Quid mihi ⁊ tibi ē mulier. CHR. Sed ⁊ ꝓpter aliam cāz vt non ſuſpecta eſſent miracula que fiebāt: ab his eniz qui indigebāt rogari oportuerat nō a matre: voluit oñdere q̄m oia decenti tpe operatur nō ſimul oia faciens: quia cōfuſio quedā eēt. ⁊ iō ſeqt: Nondū venit hora mea. i. nondū cognitus ſum his qui aſſunt: ſed neq̧ ſciūt q̄m defecit vinū: ſine eos primū hoc ſentire. Qui eni neceſſitatem non preſentit: neq̧ beneficij grādē ſuſcipiet ſenſum. AV. Uel iō q2 dñs noſter: ſꝫ q̄ deus erat: matrē nō habebat. ſꝫ q̄ hō erat: habebat matrē. Miraculū aūt quod facturus erat: ſm diuinitatē facturus erat: non ſecundū infirmitatem humanam. Miraculū tamen exigebat mater: At ille tanq̄ nō agnoſcēs viſcera humana: operatur' facta diuina, dixit: Quid mihi ⁊ tibi ē mulier. tanq̄ dicat. Quod in me facit miraculum: non tu genuiſti deitatē meam: Dicitur aūt Mulier ſm femineū ſexum: non ſm corruptionez integritatis: ſꝫ q2 genuiſti infirmitatē meā: tunc te cognoſcā cū ipa infirmitas pendebit in cruce. vnde ſubdit: Nōdū venit hora mea. quaſi diceret: ibi te agnoſcā cum pendere in cruce infirmitas ceperit: cuius ⁊ mater es. Commendauit eni matrem diſcipulo: prius matre moriturus: ⁊ ante mortem matris reſurrecturus. Uidete aūt ne forte quomō inuenerūt manichei occaſionē pfidie ſue: q2 dixit domin' Quid mihi ⁊ tibi ē mulier. ſic inueniāt mathematici occaſionē fallacie: q2 dixit: Nondū venit hora mea. Dicunt eni: vides q2 ſub fato erat xp̄s: q2 dixit: Nondum venit hora mea. Credant aūt deo dicenti: Poteſtatē habeo ponendi animam meam: ⁊ iterum ſumēdi eā: ⁊ querāt quare ſit dictum: Nondum venit hora mea. Nec ideo iā ſub fato ponant conditorem celi: quia ſi eſſet fatum de ſideribus: ñ poterat eſſe ſub neceſſitate ſideꝝ: ↄditor ſiderū qd̓ ñ ſolū xp̄s nō habuit: quod appellas fatū: ſed nec tu aut ille aut quiſquā hoium. quare ergo dixit: Nondū venit hora mea. q2 in poteſtate hēbat q̄ñ moreret: ſed nondum videbat eſſe opportunū vt illa poteſtate vteret. vocandi erant diſcipuli. annunciandū erat regnum celoruz faciende erant virtutes: cōmendāda erat diuitas domini in miraculis. commendanda erat humilitas domini in ipſa compaſſione mortalitatis. At vbi tñ fecit q̄tum ſufficere iudicauit venit hora: non neceſſitatis ſed voluntatis: non conditionis ſed poteſtatis.

Dicit mater eius miniſtris: Quodcūq̧ dixerit vobis facite. Erant aūt ibi lapidee hydrie ſex poſite ſecūdū purificationē iudeoꝝ capientes ſingule metretas binas vel trinas. Dicit eis ieſus: Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas vſq̧ ad ſummū. Et dicit eis ieſus: Haurite nūc ⁊ ferte architriclino: ⁊ tulerunt. Ut aūt guſtauit architriclinus aquā vinū factā: ⁊ nō ſciebat vnde eēt: miniſtri aūt ſciebant qui hauſerūt aquā vocat ſponſum architriclinus: ⁊ dicit ei: Omnis homo primuꝫ bonū vinum ponit: ⁊ cū inebriati fuerit: tūc id quod deterius ē. Tu aūt ſeruaſti bonū vinum vſq̧ ad huc. Hoc fecit initiuꝫ ſignoꝝ ieſus i chana galilee: ⁊ manifeſtauit gloriam ſuam: ⁊ crediderunt in eum diſcipuli eius.

CHRY. Quāuis dixerit: Nōdum venit hora mea poſtmodū fecit quod mater dixerat: vt etiā ex hoc ſufficiens eſſet demonſtratio q̄ non ſubiectus ē hore. Si enim hore ſubijciebatur: qualiter debita hora nondum facta hoc fecit: deinde ⁊ ꝓpter honorem matris: vt non finaliter ei contradicere videretur. neq̧ eam tot pñtibus erubeſcere faceret. Adduxerat eni ad eū miniſtros: vt a pluribus fieret petitio. vnde ſequitur: Dicit mater eius miniſtris: quodcūq̧ dixerit vobis facite. BE. q. d. Lꝫ abnegare videatur tamē faciet: nouerat enim mater piū ⁊ miſericordē. Sequit: Erāt aūt ibi lapidee hydrie ſex poſite ſm purificationem iudeorum: capientes ſingule metretas binas vel trias. Hydrie vocantur vaſa aquarū recepui parata. grece enim aqua hydor dicit. ALCVI. Uaſa aūt aquarū receptui parata erāt ſm purificationē iudeorū: q2 inter alias phariſeorū traditiones etiam hoc obſeruabāt: vt crebro ſe lauarent. CHR. Quia vero inaquoſa ē paleſtia: ⁊ ñ erat multis i locis fontes ⁊ puteos inuenire: replebāt hydrias aqua vt ñ currerēt ad flumina ſi quādo īmūdi fierēt: ſꝫ de ꝓpe haberēt purgatiōis modū. Ne aūt quidā īfideliū ſuſpicarent: q̄m fece intus remanēte: deinde aqua īmiſſa: vinū ſubtiliſſimū factum eēt ꝓpterea ait ſm purificationē iudeoꝝ. oſtendēs q̄ illa vaſa nūq̄ vini receptacula facta erāt. AV. Metretas eni dicit menſuras quaſdā: tanq̄ ſi diceret vrnas amphoras vel aliud huiuſmodi. Metron eni menſurā dicunt greci inde appellate metrete. BED. Quod aūt ait Binas vel trinas: nō ita accipiendum eſt q̄ alie binas alie trinas: ſed eedem ipſe caperent binas que etiam trinas. Sequitur: Dixit eis Ieſus: Implete hydrias aqua: ⁊ impleuerunt eas vſq̧ ad ſummum. CHRY. Sed quare ante q̄ impleuiſſent hydrias aqua: nō fecit ſignū: quod multo mirabilius eſſet: q2. ſ. aliud ē ſubſtantiā in aliam qualitatem tranſmutare: ⁊ ipſam ſubſtantiaz ex nihilo facere quod quidem mirabili' eſt ſed non ita videtur credibile multis. Propterea eniꝫ multotiens a miraculoꝝ magnitudine abſtinet: volēs magis credibile eē qd̓ fiebat: cum hoc ⁊ pueria dogmata euertit. q2 enim ſunt quidā q̄ mūdi conditorem alium eſſe dicunt: plura miraculorum ex ſubiectis ſubſtantijs facit. ſi eni ↄtrarius ei eſſet q̄ conditor eſt mundi: non vtiq̧ alienis vteretur ad proprie virtutis demonſtrationem. non autem ipſe aquam hauſit ⁊ tunc vinū oſtendit: ſed hoc iubet miniſtris vt eos teſtes haberet eius quod fiebat. vnde ſequitur: Et dicit ei ieſus Haurite nūc ⁊ ferte architriclino. ALCV. Tricliniuꝫ ordo trium lectorum clinon lectum ſignificat. Architriclinus princeps triclinij. i. primus inter conuiuas q̄ more antiquo in lectis diſcumbebant. vnde quidam architriclinum itelligunt aliquem ex ſacerdotibus iudeorum qui nuptijs itereſſe poterant vt illos inſtrueret qualiter nuptijs vti deberent. CHRY. Uel aliter: quia aliqui poſſent dicere q̄ conuiue ebrij erant: ⁊ ſenſus indicantium corruptus vt neſcirent vtrum aqua vel vinum eſſet: hi autem quibus miniſtratio conuiuioꝝ credita eſt maxime vigiles ſunt vnū opus habentes vt ornate ⁊ ordinate omnia diſponant: ideo in teſtimoniū eorum que fiebant dixit dominus: Ferte architriclino ꝓpter euigilantem eis ſenſum: ⁊ non dixit: Propinate diſcumbentibus HYLA. iij. de trini. Aqua igit hydrijs infundit: vinum calicibus hauritur: infundentis ſcientie ſenſus non cōuenit haurientis. Qui infuderunt hauriri aquā exiſtimant qui hauriūt vinū infuſum arbitrātur. vnde ſequitur: Ut autē guſtauit architriclinus aquam vinum factam: ⁊ nō ſciebat vnde eſſet: miniſtri aūt ſciebant q̄ hauſerāt aquā vocat ſponſum architriclinus. Non aūt aque ſimplicitas defecit: ⁊ vini ſapor natus ē: non p tranſfuſionem potionis obtinetur quod infirmius eſt: ſed abolet quod erat: ⁊ quod non erat cepit. CHRYSOSTIMVS. Paulatim autem dñs volebat cognoſci ſuorum ſignoꝝ virtutem: ⁊ ideo neq̧ ipſe reuelabat quod factum eſt: neq̧ miniſtros architriclinus vocauit. Non eſſet eis credi tum puro homine exiſtimato: tale teſtimoniū reddentibus: ſed vocat ſponſum qui maxime poterat conſpicere quod fiebat. non ſimpliciter autem chriſtus vinum: ſed vinum optimum fecit: vnde ſequitur. Et dicit ei: Omnis homo primū bonum vinū ponit ⁊c̄. Talia eniꝫ ſunt chriſti miracula: vt multo his que per naturā fiunt: ſpecioſiora ⁊ vtiliora fiant. igit aqua vinū facta miniſtros teſtes hūit: boni v̓o vini facti architriclinū ⁊ ſponſum probabile autem eſt ⁊ ſponſum aliquid reſpondiſſe: ſed euangeliſta hoc pretermittit: tangens ſolum id quod neceſſarium ē ſcire. ſ. quoniaz vinum aquam fecit. vnde ſtatim ſubdit: Hoc fecit initium ſignorū ieſus in chana galilee. Tunc enim ſigna maxime neceſſarium erat facere: quando diſcipuli iam congregati erāt deuoti: ⁊ attēdētes his que fiebant: manifeſte aderāt. Si v̓o dixerit quis non eſſe argumentum ſufficiens: vt hoc ſit principium ſignoꝝ: quia additur. In chana galilee: quaſi contingat alibi prius eē facta. Dicemus quod ⁊ antea diximus: q2 ioannes dicit Ut manifeſtetur iſraeli propterea veni baptiſans. Si vero ſm primā etatem miracula fecit: nequaq̄ indigebant iſraelite alio manifeſtante eū. Qui enim i breui tempore ita per miraculorū multitudinem claruit: vt eius nomē manifeſtū fieret omnibus: multomagis ſi puer exiſtēs a prima etate miracula feciſſet. Nā ⁊ ea q̄ fierēt iopinabiliora exiſtimarentur ab infante facta: ⁊ tempus ampli' eēt. Decenter autem non incepit ſigna facere ex prima etate: exiſtimaſſet enim phantaſiam eſſe incarnationem ⁊ ante opportunum tēpus cruci eum tradidiſſent liuore liquefacti. AV. Hoc aūt miraculum domini quod de aqua vinū fecit: non eſt mirū eis qui nouerunt quia deus fecit Ipſe enim fecit vinum il'o die in hydrijs qui omni anno hoc facit in vitibus: ſed hoc aſſidue amiſit admirationē itaq̧ ſeruauit ſibi deus inuſitata quedam que faceret: vt tanq̄ dormientes homines ad ſe colendū mirabiliter excitaret: ꝓpter quod ſequitur: Et manifeſtauit gloriā ſuaꝫ

ALCV. Quia ipſe ē rex glorie qui ſicut dñs elementa mutabat. CHRY. Et hoc q̄tū ex parte ſua. Si vero ⁊ tunc multi non cognouerunt: ſed tamē omnes poſtea erant miraculū audituri. Sequitur. ⁊ crediderunt in euz diſcipuli eius. Hi enim dedebāt credere: ⁊ facilius ⁊ cū diligentia attendere his que fiebant. AV. de cō. euan. Sed ſi tunc in eū crediderunt: nonduꝫ erant diſcipuli cū ad nuptias vocati ſunt: ſed illo more locutionis hoc dictum eſt quo loquimur: cū dicimus apoſtolū paulum in tharſo cilicie natum: neq̧ enim tunc iam erat apoſtolus: ita diſcipulos chriſti inuitatos ad nuptias cū audim': ñ iam diſcipulos ſed qui futuri erant diſcipuli intelligere debemus. AVG. Illa aūt myſteria que in iſto miraculo dñi latent videte: oportebat impleri in chriſto que de illo ſcripta erant: illa erat aqua. fecit aūt de aqua vinum cum aperuit eis ſenſum ⁊ expoſuit ſcripturas ſic eni ſapit quod non ſapiebat: ⁊ inebriat qd̓ non inebriabat.

BED. Apparente enim dño in carne: vinoſa legalis ſenſus ſuauitas paulatī ceperat ob carnalē phariſeoꝝ interꝑrationē a priſca ſua v̓tute deficere. AVG. Si aūt iuſſiſſet aquam effundi ⁊ ipſe mitteret vinū ex occultis creature ſinibus videret ſcripturas veteres iprobaſſe. Cū aūt ipſam aquam conuertit i vinū: oñdit nobis q̄ ⁊ ſcriptura vetus ab ipſo eſt: nam iuſſu ipſius implete ſunt hydrie: ſed nihil ſapit illa ſcriptura ſi non ibi chriſtus intelligatur. nouimus aūt legē ex quibus temporibus narret i. ab exordio mundi. Inde vſq̧ ad hoc tempus qd̓ nūc agimus ſexta etas ē. nam prima etas cōputatur ab adaꝫ vſq̧ ad noe: ſecunda a noe vſq̧ ad abraā: tertia ab abraam vſq̧ ad dauid: quarta a dauid vſq̧ ad tranſmigrationem babylonis: quinta vſq̧ ad ioannem baptiſtaꝫ: ſexta inde vſq̧ ad finem ſeculi. Sex ergo ille hydrie ſex eta-

CHRY.

tes ſignificãt: qḃꝰ nõ defuit ꝓphetia. Implete ſũt ꝓphetie plene ſũt hydrie. Quid ẽ aũt capiebant metretas binas vel trinas. Si trinas tñ diceret: nõ curreret animus noſter niſi ad myſteriũ trinitatis. Sed forte nec ſic debemꝰ inde ſenſum auertere: qꝛ dixit binas vel trinas: qꝛ nominato patre ⁊ filio cõſequẽter ⁊ ſpiritus ſcũs intelligendus eſt. Oportet eni intelligi caritatẽ inuicẽ patris ⁊ filij qḋ ẽ ſpũſſanctꝰ. Sed ẽ ⁊ aliꝰ intellectus nõ pretermittẽdus: hinc eni metrete intelligũt in duobꝰ generibus hominũ .i. iudeis ⁊ grecis: tres aũt ꝓpter noe tres filios ſignificatos. ALCVI. Miniſtri aũt ſũt doctores noui teſtamẽti qui ſcripturas alias ſpũaliter interpretantur. Architriclinus aũt eſt aliquis legiſperitus vt nicodemꝰ: gamaliel: ſaulꝰ. Dum ergo talibꝰ euangelij verbũ committit: qḋ in littera legis occultabat: quaſi vinũ de aqua factũ architriclino ꝓpinatur. Et bene in domo nuptiarũ tres ordines diſcumbẽtium deſcribunt quia eccl̃ia tribus ordinibꝰ fideliũ conſtat: coniugatoꝝ: cõtinentiũ: ⁊ doctorum. Optimũ aũt vinũ chriſtꝰ vſqꝫ adhuc ſeruauit .i. euangelium vſqꝫ ad ſextã etatẽ diſtulit.

**Poſt hec deſcendit capharnaũ ipſe et mater eius et fratres eius et diſcipuli eius: et ibi manſerũt nõ multis diebus. Et ꝓpe erat paſca iudeorũ ⁊ aſcendit ihesus hieroſolymã.**

CHRY. Quoniã aũt paulopoſt dñs hieroſolymam aſcenſurus erat: capharnaũ adijt: vt non vbiqꝫ fratres et matrẽ ſecũ traheret: vnde dicitur. Poſt hec deſcendit capharnaũ ipſe ⁊ mater eius ⁊ fratres eiꝰ ⁊ diſcipuli eius ⁊ ibi manſerũt nõ multis diebus. AVG. Hic eſt aũt dominꝰ deꝰ noſter excelſus vt nos faceret: humilis vt nos reficeret: ambulans inter hoĩes: patiẽs humana: abſcondens diuina. Ecce habet matrẽ: habet fratres: habet ⁊ diſcipulos: inde fratres vnde matrẽ. Fratres eni ſcriptura noſtra appellare cõſueuit: non eos ſolos qui naſcunt ex eodẽ vtero: aut ex eodẽ patre: ſed ex eodem gradu: velut compatrueles aut cõſobrinos. Unde ergo fratres dño. Nõ eni maria iterꝫ peperit: abſit. Inde cepit dignitas virginũ. Abrahã patruꝰ erat loth ⁊ iacob laban ſyrũ hẽbat auũculũ: ⁊ vtriqꝫ dicti ſũt frẽs. ALCV. Frẽs ḡ dñi dñr cognati marie vel ioſeph: nõ filij marie vel ioſeph: quia nõ ſolũ beata virgo: ſed etiã ioſeph teſtis caſtitatis eiꝰ ab oĩ actione coniugali imunis permanſit. AVG. de con. euan. Quod vͦ dicit. Et diſcipuli eius: incertũ eſt vtrum iam illi adheſerant etiã petrus ⁊ andreas ⁊ filij zebedei. Matheꝰ eni primo narrat ꝙ venerit ⁊ habitauerit in capharnaũ: ⁊ poſtea ꝙ eos de nauibus piſcantes vocauerit: an forte mattheus qḋ ꝑtermiſerat recapitulauit: quia ſine vlla conſequẽtis tpis differẽtia dixit. Ambulans iuxta mare galilee vidit duos fratres: an potius alij diſcipuli fuerũt. Scriptura eni euãgelica ⁊ aplica: non ſolum illos duodenos appellat diſcipulos eius: ſed oẽs qui in eũ credentes ad regnũ celoꝝ magiſterio eius erudiebãt. Illud etiã requirendũ eſt quõ hic dicit. Anteꝙ ioannes baptiſta miſſus eẽt in carcerẽ ieſũ iſſe i galileã: cũ mattheꝰ dicat. Cũ aũt audiſſet ꝙ ioannes traditus eſſet: ſeceſſit in galileã: ſimiliter etiã ⁊ marcus. Lucas etiã nihil quidẽ dicit de tradito ioãne: ſed poſt baptiſmũ ⁊ tẽtationẽ chriſti dicit eũ iſſe in galileam: ſicut illi duo: vnde intelligit tres euangeliſtas: nõ ioanni euangeliſte cõtraria narraſſe: ſed pretermiſiſſe primũ domini aduentũ in galileã poſteaꝙ baptiçatus eſt: quãdo illic aquam conuertit in vinum. EVSE. in eccleſiaſtica hiſtoria. Cum eni triũ euangeliorum ad ioãnẽ euangeliſtã noticiã perueniſſet probaſſe quidem dicit fidem ⁊ veritatẽ dictoꝝ: deeſſe tñ vidit aliqua ⁊ ea maxime que primo predicatiõis ſue tempore dominus geſſerat. Certũ eſt enim ꝙ in ſuperioribus tribꝰ euãgelijs hec vident ſola contineri que in eo geſta ſunt anno quo ioannes baptiſta vel incluſus eſt in carcere vel punitus ⁊ ideo rogatus dicit ioãnes apoſtolus: vt ea que preterierant priores ante traditionẽ ioannis: ſaluatoris geſta cõſcriberet: vnde ſiquis diligenter cõſideret: inueniet euangelia nõ diſſonare: ſed alteriꝰ temporis geſta eſſe que ſcribit ioãnes: alterius vero ꝙ ceteri. CHRY. Neqꝫ eni in capharnaũ miraculũ vllũ nũc operatus eſt: qui eni ciuitatẽ habitabãt illã: nõ ſane ſe habebãt ad chriſtũ ſed erant valde corrupti: iõ tamẽ accedit: ⁊ parũ ibi trahit tempꝰ ꝓpter eam qui ad matrẽ honorẽ. BEDA. Ideo etiam nõ multis diebꝰ ibi manſerũt ꝓpter feſtũ paſce qḋ iam appropinquabat: vñ ſequit. Et ꝓpe erat paſca iudeorũ. ORI. Sed quid intendit ibi appoſitio iudeorũ: nõ eni nationis alterius paſce ſolennitas fuerat. Forſan vͦ qꝛ quoddã eſt paſca humanũ eorum qui procul a propoſito ſcripture celebrãt illud quoddã vͦ diuinum ⁊ verũ qḋ in ſpiritu ⁊ veritate ꝑficitur: ad diſtinctionem ergo diuini dicit iudeoꝝ. Sequit. Et aſcendit hieroſolymã. ALCVI. Bis in euangelijs legit ieſũ aſcẽdiſſe hieroſolymã: ſemel in primo anno predicatiõis dũ adhuc ioãnes nõ erat miſſus in carcerẽ: de hoc aſcenſu nũc agitur: ⁊ iterũ illo anno quo erat paſſus: dedit aũt nobis exemplũ dñs quãta cura diuinis ſubdi debeamꝰ imperijs. Si eni ipſe dei filiꝰ decreta legis a ſe data implebat: celebrans ſolẽnitates cũ ceteris hominibꝰ: quãto ſtudio bonoꝝ operũ ſerui debent ſolẽnitates ⁊ ꝑuenire ⁊ celebrare. ORI. Miſtice aũt cũ facta eſt nuptiarũ preparatio in chana galilee deſcendit vna cũ matre: fratribus et diſcipulis in caphernaũ: que interpretat ager cõſolatiõis. Oportebat eni ꝑꝰ vini alacritatẽ ad agrũ cõſolatiõis vna cum matre ⁊ diſcipulis aſcendere ſaluatorẽ: cõſolaturuꝫ in futuris fructibꝰ: in agroꝝ multitudine ſuſcipientes diſciplinã eius: ⁊ aiam que illũ ſpũſcõ concepit ⁊ iuuãdos ibi. Sũt eni quidã fructificãtes ad quos dñs ipſe deſcendit vna cũ verbi miniſtris atqꝫ diſcipulis: adiuuãs huiuſmodi preſente matre ſua. Videntur aũt qui capharnauꝫ ducti ſũt: nõ capere diuturnã apud ſe ieſũ pñtiã: qm̃ illuminationẽ que de pluribꝰ dogmatibꝰ eſt: inferioris conſolationis agellus nõ capit cũ paucoꝝ capax exiſtat.
ALCVI. Vel capharnaũ villa pulcherrima eſt ⁊ ſignificat mundũ in quẽ verbũ patris deſcẽdit. BEDA. Nõ multis aũt diebꝰ ibi manſit: qꝛ paruo in hoc mundo tpe cũ hominibꝰ cõuerſatꝰ eſt. ORI. Eſt aũt hieroſolyma ciuitas regis magni: velut ipſe ſaluator ait: ad quã nullꝰ eoꝝ qui manent in terris cõſcendit nec ingredit. Sed quelibet aia que naturalẽ obtinet celſitudinẽ ⁊ acumẽ intelligibiliũ perſpicuũ eius ciuitas eſt incola: ad quã ſolus ieſus aſcendiſſe dicit. Vident tñ poſt diſcipuli fore preſentes dum recolunt. Zelꝰ domꝰ tue comedit me: ſed quaſi in quolibet diſcipuloꝝ ieſus aſcendit.

**Et inuenit in templo vendentes oues ⁊ boues ⁊ columbas ⁊ nũmularios ſedentes. Et cum feciſſet quaſi flagellũ de funiculis: oẽs eiecit de tẽplo: oues quoqꝫ ⁊ boues: ⁊ nũmulariorũ effudit es: ⁊ menſas ſubuertit. Et his qui columbas vendebant dixit. Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere domũ patris mei domũ negociationis. Recordati ſunt vero diſcipuli eius: quia ſcriptuꝫ eſt: zelus domus tue comedit me.**

BEDA. Dñs hieruſalẽ adueniẽs: continuo templuꝫ oraturus adijt: nobis dans exemplum vt quocũqꝫ properamus: domũ dei primo ingrediamur dñm deprecaturi. vñ dĩ. Et inuenit in tẽplo vẽdẽtes boues ⁊ oues ⁊ colũbas. AVG. Sacrificia eni illi populo pro eius carnalitate talia data ſunt: quibus teneretur ne ad idola deflueret: ⁊ immolabant boues ⁊ oues ⁊ columbas. BEDA

Sed qꝛ



Sed quia de longinquo properantes que iuſſa ſunt immolari dño: ſecum ferre nõ poterant eorum precia deferebant: vnde nacta occaſiõe hec animalia in templo ſcribe ⁊ phariſei vendi inſtituerunt vt venientes emerẽt ⁊ offerrent. Eademqꝫ oblata ipſi alijs venderent ⁊ ſic ſua lucra accumularent. Unde ⁊ nũmularij ad hoc ſedebãt ad menſam: vt inter emptores venditoreſqꝫ hoſtiaꝝ ꝓmpta eſſet pecunia: vnde ſubdit. Et nũmularios ſedentes. Dñs aũt nolens aliquid in domo ſua terrene eſſe negociatiõis neqꝫ eius que honeſta putaret: negociatores oẽs expulit foras. AVG. Et qui flagellandus erat ab eis: prior illos flagellauit: vñ ſequit. Et cũ feciſſet quaſi flagellum de funiculis: oẽs eiecit de templo. THEO. Neqꝫ ſolũ eos eiecit qui vendebant ⁊ emebant: ſed etiã res eoꝝ: vnde ſubditur. Oues quoqꝫ ⁊ boues ⁊ nũmularioꝝ effudit es ⁊ menſas euertit .ſ. nũmularias que erant quaſi vaſa denarioꝝ. ORI. Conſideremꝰ aũt: ne forte enorme videatur ꝙ dei filius captis funiculis paret ſibi flagellum ad eijciendũ de templo. Unũ tñ refugiũ ad hoꝝ remiſſionem relinquit diuina poteſtas ieſu: vt cum volebat poſſet iracundiã hoſtium ſuffocare ꝙuis eſſent innumeri: et ſedare mentiũ turbines. Dñs eni diſſipat cogitationes gentium. Preſens aũt hiſtoria in nullo minorem ꝑtãtem pretendit his que ab eo miraculoſius edita ſunt: q̃nimo cõſtat hãc maiorẽ demonſtrare potentiã miraculo quo aqua cõuerſa eſt in vinum: eo ꝙ illic inanimata ſubſiſtit materia: hic vͦ tot miliũ hominũ domant ingenia. AVG. de con. euan. Manifeſtũ eſt aũt nõ ſemel: ſed iterato hoc factum eſſe a dño. Sed illud primũ cõmemorat hic a ioãne: iſtõ vltimũ ceteris tribꝰ. ORI. Et ioãnes quidẽ hic dicit ꝙ expulit vendẽtes de templo. Matheꝰ aũt ait. Quoniaꝫ expulit vendentes ⁊ ementes. Multo aũt maior erat numerus ementiũ ꝙ vendentiũ: quoꝝ expulſio tranſcendebat dignitatẽ eiꝰ qui reputabat filius carpentarij: niſi ꝙ diuina poteſtate ſibi oẽs ſubiecit vt dictũ eſt. BEDA. Cõmendat aũt in hac lectiõe vtraqꝫ chriſti natura: humana quidẽ in hoc ꝙ matrẽ comitẽ habuiſſe ꝑhibet: diuina in hoc ꝙ verꝰ dei filiꝰ demonſtrat. Sequit eni. Et his q̃ vendebãt columbas dixit. Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere domũ patris mei domũ negociationis. CHRY. Ecce patrem vocat: ⁊ nõ iraſcunt: eſtimat enim ſimpliciter eum dicere: ſed quia poſtea apertius loquebat vt ſolam repreſentaret parilitatis intelligentiã: ꝓpterea ſeuiebant. Et mattheus quidem dicit ꝙ eijciens eos dicebat. Nolite facere domũ meã ſpeluncã latronũ. Illud enim fecit ad paſſionẽ veniens: ideo durioribus ſermonibus vtebat. Hoc aũt in principio ſignoꝝ fecit: vnde non ita aſpera ſed remiſſa quodamodo increpatione vtitur.
AVG. Ecce templum illud figura adhuc erat: ⁊ eiecit inde dominꝰ omnes qui ad nundinas venerant: ⁊ que ibi vendebant que opus habebãt homines in ſacrificio illius tẽpis. Quid ſi ibi ebrioſos inueniret ſi negociationis non debet fieri domꝰ dei: potationis fieri debet.
CHRY. Sed cuius gratia tali vehementia chriſtus vſus eſt: quia eni in ſabbato curaturus erat ⁊ multa facturus que videbant ab eis eſſe legis tranſgreſſio: vt nõ videatur deo contrarius hoc cũ periculo fecit: dans intelligere ꝙ qui periculis ſe exponit ꝓ bono ornatu domꝰ dominũ domꝰ nõ contẽnit: ⁊ ideo ut oſtenderet ſui cõſonantiã ad deũ: nõ dixit. Domũ ſanctã: ſed Domũ patris mei. Et ꝓpter hoc etiã ſubdit: Recordati vͦ ſunt diſcipuli eius: quia ſcriptũ eſt. zelus domus tue comedit me. BED. Diſcipuli enim videntes in eo hũc feruentiſſimũ zelũ: recordati ſunt qꝛ zelo domus patris ſaluator eiecit impios de templo. ALCV. Zelus cum in bono accipitur: eſt quidã feruor animi quo mens relicto humano timore pro defenſione veritatis accenditur. AVG. Comeditur ergo zelo domus dei: qui oĩa que videt ibi peruerſa cupit emendare: ⁊ ſi emendare nõ poteſt: tolerat ⁊ gemit: ſi ergo in domo tua nẽ quid peruerſum fiat ſatagis in domo dei vbi ſalus propoſita eſt: debes pati quantũ in te eſt ſiquid peruerſi videris. Amicus ẽ: admoneat leuiter: vxor eſt: ſeueriſſime frenetur: ancilla eſt: etiam verberibus compeſcatur: fac quicquid potes pro perſona quã portas. ALCV. Myſtice aũt quotidie deus ſpiritaliter ſuã eccleſiam intrat: et qualiter ibi vnuſquiſqꝫ conuerſet attendit. Caueamus ergo ne in eccleſia dei fabulis vel riſibus vel odijs vel cupiditatibus vacemus: ne improuiſus veniens nos flagellet ⁊ de eccleſia ſua eijciat. ORI. Poſſibile eni eſt hieroſolymitanum quoqꝫ delicto ſubiacere ⁊ capaciſſimos deuiare: ꝙ niſi poſt delictum citiſſime cõuertant capacitatẽ amittũt. Inuenit igitur in templo .i. in ſacris vel in enũciatione eccleſiaſtici ſermonis quoſdam qui patris domũ: domũ negociationis conſtituebant: qui .ſ. venales exponunt boues quos oportet obſeruare ad aratrũ ne retrocedẽtes nõ diſponant ad regnum dei. Qui etiã preferunt mãmonam iniquitatis ouibus: ex quibus habẽt ornatus materiam: qui etiã ſolertiã columbarum priuata qualibet amaritudine villipendunt. Cum ergo hos inuenit ſaluator in domo ſacrata: facto de funiculis flagello fugat illos: vna cum venalibus ouibus ⁊ bobus ſuis. Expargit eris pondera velut indigna in domo dei retineri: ſubuertitqꝫ conſtitutas tabulas in aiabus auaroruꝫ ⁊ mandat ne vlterius in domo dei columbe vendant. Arbitror autem ⁊ exemplũ ipſũ ſtatuiſſe per predicta ſecretius: ut intelligamus per hoc ſiquid agi debet erga ſacram illã oblationẽ a ſacerdotibus nõ debere ritu ſenſibiliũ oblationum agi: nec legem obſeruari debere vt carnales iudei volebant: nam ieſu ꝓpellente boues ⁊ oues: iubente auferri columbas: que plurimũ offerebant iuxta conſuetudinẽ iudeoꝝ: ⁊ ſubuertente menſas materialiũ nũmoꝝ nõ expreſſe: ſed figuraliter continẽtiũ diuinas impreſſiones ea .ſ. que ſcḋm legis ſcripturam videbant honeſta: ⁊ vtente eo in plebẽ flagellis: diſſoluenda ⁊ diſpergenda hec erant: tranſlato regno ad eos qui ex gentibus crediderũt. AV. Vel vendentes in eccleſia ſunt qui que ſua ſunt querũt: non que ieſu chriſti. Venale habent totũ: qꝛ volunt redimi. Simon iõ volebat emere ſpiritũſanctum qꝛ vẽdere volebat: erat eni de illis qui colũbas vendũt: etenĩ in colũba apparuit ſpũſſcũs: colũba aũt nõ eſt venalis: gratis datur: qꝛ gratia vocat. BEDA. Vendunt igit colũbas q̃ accepta ſpũſſancti gratiã nõ gratis ut ꝑceptum eſt: ſed ad premiũ dant. Qui manuũ impoſitionẽ qua ſpũſcũs accipit: etſi nõ in queſtũ pecunie: ad vulgi tñ fauorẽ tribuũt: qui ſacros ordines nõ ad vite meritũ ſed ad gratiam largiuntur. AV. Boues aũt intelliguntur apoſtoli ⁊ prophete: qui nobis ſcripturas ſacras diſpenſauerunt. Qui ergo ipſis ſcripturis fallũt populos a quibus querũt honores: vendunt boues vendũt ⁊ oues .i. ipſas plebes: ⁊ cui vendunt niſi diabolo. Quicq̃d eni de vnica eccleſia precidit: q̃s tollit niſi leo rugiens.
BED. Vel oues ſunt opa mundicie ⁊ pietatis. Vendũt ergo oues qui humane gratia laudis opera pietatis exercent. Nũmos mutuo dant in templo: qui aperte terrenis rebꝰ in eccleſia deſeruiunt domũ etiã dñi faciũt domũ negociationis: nõ ſolũ hi qui ꝓpter ſacros ordines preciũ pecunie vel laudis vel honores querunt: verum etiam qui gradũ vel gratiã ſpiritualẽ quã in eccleſia domino largiente perceperũt: nõ ſimplici intentione: ſed cura humane retributionis exercent. AV. Signuꝫ autem quoddã nobis oñdit dñs ꝙ fecit flagellũ de reſticulis ⁊ inde negociationẽ dei in tẽplo faciẽtes flagellauit. Etenĩ vnuſquiſqꝫ in pctis ſuis reſtẽ ſibi texit dũ pctã addit pctis. Qñ ergo aliq̃d patiũt hoĩes ꝓpter iniq̃tates ſuas agnoſcant: qꝛ dñs facit flagellũ de reſticulis: ⁊ adhuc admonet eos vt mutent ſe: nã ſi ſe nõ mutauerint: audient in fine. Ligate illi manꝰ ⁊ pedes. BEDA. Facto igit de fu-

micullis flagello illos eiecit de templo: q̄ de parte ſortis ſcōꝝ eijciunt: qui inter ſanctos poſiti vel ficte vel aperte faciūt opa mala. Oues quoq; ⁊ boues eiecit q̄ taliū vitā p̄iter ⁊ doctrinā oſtendit eſſe reprobā. Nūmulariorū quoq; effudit es ⁊ menſas ſubuertit: q̄ dānatis in fine reprobis etiā ipſarū quas dilexerūt rerū tollet figurā: vēditionē colūbaꝝ de tēplo auferri p̄cepit: q̄ gratia ſpūs que gratis accipit: gratis dari debet. ORI. Pōt etiā p̄ tēplū intelligi aīa ſtudioſi: p̄pter inhabitās verbū dei: in qua añ doctrinā ieſu cōſtiterāt terreſtres ⁊ beſtiales motus. Signū añt terreſtriū motuū bos eſt: qm̄ eſt agricultor. Inſenſatorū aūt motuū ouis: qd̄ eſt plurib⁹ aīalib⁹ irrationali⁹. Leuiū vo atq; incōſtātiū mētiū ſignū eſt columba. Eoꝝ vo q̄ bona videntur ſigna ſūt era q̄ xp̄s verbo doctrine expellit: vt nō vltra dom⁹ p̄ris ei⁹ ſit forū.

Reſponderūt ergo iudei ⁊ dixerunt ei. Qd̄ ſignū oſtēdis nobis q̄ hec facis? Rñdit ieſus et dixit eis. Soluite templū hoc. et in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta et ſex annis edificatū eſt tēplū hoc. et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autē dicebat de tēplo corporis ſui. Cū ergo reſurrexiſſet a mortuis recordati ſūt diſcipuli eius. q̄ hoc dicebat de corpore ſuo: et crediderunt ſcripture et ſermoni què dixit ieſus.

THEO. Quia iudei videbant ieſū talia facere cum p̄tāte multa ⁊ dicētē. Nolite facere domū patris mei domū negociatiōis: ſignū ab eo petūt: vnde dicit. Rñderūt ergo iudei ⁊ dixerūt ei: Qd̄ ſignū oſtēdis nobis: q̄ hec facis? CHRY. Sed nūqd ſigna opus erāt: vt ea q̄ male fiebant ceſſare faceret? Nōne zelū talē accipe p̄ domo dei maximū ſignū v̄tutis erat? Nō aūt illi⁹ p̄phetie meminerāt: ſed ſignū petebāt: ſimul qdē de ſuo turpi lucro ſpedito dolentes: ſimul aūt ⁊ per hoc p̄hibere eū volētes: opinant enī eum aut p̄uocare ad miracula: aut ceſſare ab his que fiebāt: p̄pterea nō dat eis ſignū: ſicut ⁊ p⁹ petentib⁹ ſignū rñdit dicens. Generatio mala ⁊ adultera ſignū querit ⁊ ſignū nō dabit ei niſi ſignū ione prophete Sed tunc qdē manifeſti⁹ nūc aūt obſcuri⁹ rñdet idē. Nō aūt vtiq; qui nō petētes p̄occupat ⁊ ſigna dat hic petentes aduertiſſet: niſi mentē eorū cognouiſſet doloſā. Sequit enī: Et dixit eis. Soluite tēplū hoc ⁊ in trib⁹ diebus excitabo illud. BEDA. Quia enī ſignū querebāt a domino quare ſolita cōmertia p̄ijcere debuerit ex templo Reſpondit. Quia ipſū tēplū ſignificabat tēplū corporis ſui: in quo nulla prorſus eēt alicui⁹ macula peccati. q.d. Sicut inanimatū tēplū a veſtris cōmertijs ſceleribuſq; meis expio p̄tāte: ita ⁊ hoc corpis mei tēplū cui⁹ iſtud geſtat figurā: v̄ris manib⁹ diſſolutū: tertia die reſuſcitabo THEO. Nequaq̄ tñ illos ad homicidiū p̄uocat dicēs Soluite: ſed hoc eis affectantib⁹: nō ſibi eſſe abſconditū demōſtrat. Audiāt aūt arriani quō dñs mortis deſtructor dixit: Excitabo: virtute videlz p̄pria. AVG. Reſuſcitauit eū quidem ⁊ pater cui dicit in pſalmis: Excita me ⁊ reddā illis. Sed qd fecit pater ſine v̄bo? quō ergo eū pater reſuſcitat: ſic ⁊ fili⁹ reſuſcitauit: q̄ filius dixit: Ego ⁊ p̄r vnū ſum⁹. CHRY. Propi qd aūt ſignū reſurrectiōis dat eis? qm̄. ſ. maxime erat q̄ oſtēdebat eum nō eē hoiē purū: poſſe aduerſus mortē ſtatuere triūphū ⁊ tyrānidē ei⁹ longā velociter diſſoluere. ORI. Utraq; aūt. ſ. ⁊ corp⁹ ieſu ⁊ tēplū exēplar mihi fore videt eccleſie: eo q̄ ex viuis lapidib⁹ cōſtruit in domū ſpūalem in ſacerdotiū ſcm̄: ⁊ p̄pter illud: Uos eſtis corp⁹ xp̄i et mēbra de mēbro. Quāuis aūt diſſolui lapidū videatur ſtructura: ac diſſipari oīa oſſa xp̄i aduerſitatib⁹ tribulationū inſtaurabit tñ tēplū ac reſuſcitabit die tertia: que in nouo celo ⁊ noua terra p̄ſens erit. Sicut enī illud xp̄i corp⁹ ſenſibile crucifixū ē ac ſepultū ⁊ poſtea reſurrexit ſic ⁊ totale ſcōꝝ xp̄i corp⁹ cōcrucifixū eſt xp̄o. Quilibet enī eoꝝ in nullo alio gloriat niſi in cruce xp̄i: p̄ quā ipſe crucifixus eſt mūdo. Sed ⁊ cōſepult⁹ eſt xp̄o ⁊ reſurrexit cū eo: q̄ in quadā nouitate vite ambulat: ſed ſm beatā reſurrectionē nōdū ſurrexit: vnde nō ſcriptū ē. Tertia die reſtaurabo illud ſz in trib⁹ dieb⁹ p̄ficit enī ei⁹ erectio in oīb⁹ trib⁹ dieb⁹. THEO. Iudei enī de inanimato tēplo putantes eū hoc dicere: deridebāt eū: vnde ſequit. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta ⁊ ſex annis edificatū eſt tēplū hoc: ⁊ tu i trib⁹ dieb⁹ excitabis illud? ALCV. Et notandū q̄ nō de prima edificatione: que a ſalomone ſeptē annis p̄fecta eſt: ſed de reedificatione q̄ facta eſt ſub zorobabel p̄ quadraginta ⁊ ſex annos impedientibus inimicis reſpōdebāt. ORI. Uel dicit aliqs: q̄draginta ⁊ ſex annorū exurgere compoſitū: ex quo dauid allocutus eſt nathan p̄phetā cōſulēs de cōſtructiōe tēpli: ex tūc ſatagēs ad cōgregādā materiā tēpli. Animaduerte vo ſi poſſibile eſt q̄dragenariū numerū ſtatui erga tēplū p̄pter quattuor elemēta mūdi: ac ſenariū p̄pter hoc q̄ hō ſexto die creatus eſt. AVG. iiij. de trini. Uel hic numerus p̄fectioni dñici corpis apte cōgruit: quadrageſies enī ſexies ſeni. fiūt ducenti ſexaginta ſex: qui numer⁹ dierum cōplet nouē menſes ⁊ ſex dies. Ipſa aūt p̄fectio corporis dñi tot diebus ad partū p̄ducta comperit ſicut a maioribus traditū ſuſcipiēs eccl'ie cuſtodit auctoritas. Octauo enī kalendas aprilis cōcept⁹ credit: quo ⁊ paſſus. Nat⁹ aūt tradit octauo kalēdas ianuarij. Ab illo ergo die vſq; ad iſtū cōputati ducēti ſexagintaſex repiunt dies: q̄ ſenariū numerū q̄drageſies ſexies hñt. AVG. octuagintatriū q̄ōnū. Dicit etiā ꝯceptio humana ſic p̄cedere ⁊ p̄fici primis ſex dieb⁹ quaſi lactis habeat ſimilitudinē: ſequētib⁹ nouē dieb⁹ ꝯuertat in ſanguinē: deinde duodeci dieb⁹ ſolidet: reliqs decē ⁊ octo dieb⁹ formet vſq; ad p̄fecta lineamēta oīuz mēbroꝝ: ⁊ i reliquo tpe vſq; ad temp⁹ part⁹ magnitudine augeat. Sex aūt ⁊ nouē ⁊ duodeci ⁊ xviij. in vnū coacti fiūt. xlv. addito ergo vno fiunt quadragintaſex: qui ſi fuerint multiplicati p̄ ipſū ſenariū numerū: q̄ hui⁹ ordinationis caput tenet: fiūt ducēti ſeptuagintaſex. i. nouē mēſes ⁊ ſex dies. Nō ergo abſurde q̄dragintaſex annis dr̄ fabricatū eē tēplū qd̄ corp⁹ ei⁹ ſignificabat: vt quot anni fuerint in fabricatiōe tēpli: tot dies fuerūt in corpis dñici p̄fectione. AV. ſup Io. Uel aliter: quia dñs noſter de adam corp⁹ accepit non de adam peccatum traxit: templum corporeum inde ſūpſit: nō iniquitatē que de templo pellēda eſt. Si aūt facias q̄ttuor noīa greca. Anatole qd̄ eſt oriens. Diſis qd̄ eſt occidēs: Arctos qd̄ ē ſeptētrio. Meſſembria: qd̄ ē meridies: capita verboꝝ adā hñt. A quattuor enī v̄tis dñs collecturū ſe dicit electos ſuos cū venerit ad iudiciū. Habēt aūt littere noīs adā nūerū ſz grecos: ⁊ ibi inuenit q̄dragintaſex annis edificatū. Hz enī adam alpha quod eſt vnuz: ⁊ delta quod quattuor: ⁊ alpha quod eſt vnum ⁊. m. qd̄ eſt quadraginta; ⁊ ſic habes q̄draginta ſex. Sed iudei q̄ caro erant: carnalia ſapiebāt ille ſpūalit̄ loquebat ⁊ de quo tēplo diceret p̄ euangeliſtā nobis aperuit. Sequit enim. Ille autē dicebat de templo corporis ſui. THEO. Ex hoc aūt appollinarius cōtradictionē ſumit: volens oſtendere q̄ caro chriſti eſſet inanimata eo q̄ templum ſit inanimatū. ergo carnē chriſti ⁊ lapidem ⁊ lignum facies: quia ex his templum cōſiſtit. Si aūt qd̄ dicitur. Anima mea turbata eſt: ⁊ poteſtatē habeo ponēdi animā meam: nequaq̄z dici dixeris: vbi pones illud. In manus tuas domine cōmēdo ſpiritū meū: non enim de anima irrationali intelligere poteris. Neq; qd̄ dicit. Nō derelinques aīam meam in inferno. ORI. Ideo aūt corpus domini templū intelligit: quia ſicut templuz gloriam dei continebat habitantem in ipſo: ſic corpus xp̄i rep̄ntās eccleſiā vnigenitū ꝯtinet: q̄ ē imago dei glīa

CHRY. Duo aūt erāt que obſtabāt diſcipulis ne interim intelligerent: vnū ipſa reſurrectio: alterū vo qd̄ maius erat. ſ. q̄ deus erat qui in illo corpe habitabat: quod dñs occulte oñderat dicens: Soluite templū hoc ⁊c. Et ideo ſubdit: Cū ergo ſur. a mor. recor. ſunt diſ. eius quia hoc dicebat de corpe ſuo. ⁊ cre. ſcrip. ⁊ ſer. quē dixit Ieſus. ALCVI. Ante reſurrectionē enī non intelligebant ſcripturas: quia nondū accepant ſpūmſanctū. Sed i die reſurrectionis apparēs dñs aperuit diſcipulis ſenſū: vt intelligerent que de ipſo ſcripta erant in lege ⁊ p̄phetis: ⁊ tunc crediderūt ſcripture p̄phetarū: que p̄dixerūt chriſtum tertia die reſurrecturū: ⁊ ſermoni quē dixit Ieſus. Soluite tēplū hoc. ORI. Scdm̄ anagogē vo cōplementum fidei attingemus in magna corporū reſurrectiōe totius corpis Ieſu. i. eccleſie eius: cū fides que eſt ex ſpecie multū differat ab ea que ē per ſpeculū in enigmate.

Cum aūt eſſet hieroſolymis in paſca in die feſto: multi crediderūt in noīe eius vidētes ſigna que faciebat. Ipſe aūt Ieſus nō credebat ſemetipſum eis: eo q̄ ipſe noſſet oēs: ⁊ quia opus ei non erat ut quis teſtimoniū p̄hiberet de homine. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

BED. Superius euāgeliſta narrauit qd dñs hieruſalē adueniens geſſerit: nūc vo eodē hieroſolymis cōmorāte quid ab alijs erga eū actū fuerit refert. vnde dr̄: Cū āt eēt hiero. in paſ. in die feſto: mul. cre. in no. ei⁹ vi. ſig. q̄ facie.

ORI. Reſpiciendū aūt quō ex ſignis eius plerīq; videntes credebāt in eū. Non enī dr̄ p̄digia feciſſe hieroſolymis: niſi forte cū facta ſint in ſcripturis nō hñtur. Aiaduerte vo ſi poſſibile ē in miraculis deputari q̄ fecerit flagellū ex funiculis ⁊ cūctos ex tēplo p̄pulerit. CHR. Prudentiores aūt fuerant diſcipuli qui ad xp̄m acceſſerant: non p̄pter ſigna ſed p̄pter doctrinā. naz groſſiores q̄dē p̄ ſigna trahunt: rōnabiliores vo p̄ p̄phetias ſeu doctrinā. vñ ſubditur: Ipſe aūt Ieſus nō credebat ſemetipz eis. AVG. Quid ſibi vult hoc? Illi credebant in noie eius: ⁊ ipſe ieſus non credebat ſemetipſum eis? An forte non credebant ei ⁊ fingebant ſe crediſſe. Sed nō diceret euāgeliſta: Multi crediderūt in noie eius. Magna ergo res ⁊ mira: Credūt hoies in xp̄m: ⁊ chriſtus nō ſe credit hoibus p̄ſertim q̄ filius dei ē: ⁊ vtiq; volēs paſſus ē: eſſi nollet nunq̄ pateret: ſed tales ſunt oēs cathecumini. Si dixerimus cathecumino: credis chriſto: rñdz: Credo ⁊ ſignat ſe. Si interrogemus eū: Manducas carnez filij hois: neſcit quid dicimus: quia ieſus nō ſe credidit ei.

ORI. Uel dicendū q̄ ieſus nō ſe credidit credentibus in noie eius: ⁊ nō in illū. In illū enim credūt qui anguſtā viam vadunt ducentē ad vitā. qui aūt credunt ſignis: nō in eū ſed in noie eius credunt. CHRY. Uel hoc dicit quia non cōfidebat in eis vt in diſcipulis perfectis. neq; cōmittebat eis oīa dogmata vt iam firmiter fidelib⁹ fratribus. Non enī intendebat exterioribus verbis: ad mētem eorū intrans ⁊ tēpus oportunū manifeſte ſciens. vñ ſequitur: Eo q̄ ipſe noſſet oēs: ⁊ quia opus nō erat vt qs teſtimoniū p̄hiberet de hoie: ipſe enī ſciebat qd eēt in homine. Scire enī ea que ſunt in corde hoiuz eſt dei: qui ſolus corda plaſmauit. non indigebat ergo teſtibus vt propriorū plaſmatū mentē addiſceret. AVG. Plus etiā nouerat artifex quid eſſet in ſemetipſo. Nā ⁊ petrus nō nouerat qd in ipſo eēt qñ dixit: Tecū ero vſq; ad mortem. ſed dñs nouerat qd eſſet in hoie dicens: p̄riuſq̄ gall⁹ cātet ter me negabis. BE. Quapropt monemur vt nūq̄ de cōſcia noſtra ſecuri ſim⁹: ſed ſemp ſoliciti formidem⁹ q̄ qd̄ nos latet eternū arbitrū latere nō valet. CA. III.

Erat aūt homo ex phariſeis nicodemus noie p̄nceps iudeorū. Hic venit ad Ieſum nocte ⁊ dixit ei: Rabbi ſcimus q̄ a deo veniſti magiſter. Nemo enī pōt hec ſigna facere que tu facis: niſi fuerit deus cum eo. Rñdit Ieſus ⁊ dixit ei: Amen amē dico tibi: niſi quis renatus fuerit denuo non poteſt videre regnum dei.

AVG. Supius dixerat q̄ cū eēt hieroſolymis multi crediderūt in noie eius videntes ſigna ⁊ p̄digia q̄ faciebat. Ex his aūt erat nicodemus: de quo dr̄: Erat aūt hō ex phariſeis nicodemus noie. BE. Cuius etiā dignitatis officiū oſtendit: cū ſubditur: Princeps iudeorū. Deinde quid egerit cū ſubiecit: Hic venit ad ieſum nocte cupiens. ſ. ſecreta eius allocutione plenius diſcere myſteria fidei: cuius aperta oſtenſione ſignorū iam rudimenta p̄ceperat. CHRY. Adhuc tamen a iudaica detinebat infirmitate: p̄pterea ⁊ nocte venit: trepidans in die hoc facere. vnde ⁊ euangeliſta alibi dicit: Quoniam ex principibus multi crediderunt in eum: ſed p̄pter iudeos non confitebantur: vt non extra ſynagogam fierent expulſi.

AVG. Nicodemus etiā ex illo numero erat qui crediderunt: ſed nondū renati ſunt. vnde hoc ad rem p̄tinet q̄ in nocte venit: Renati aūt ex aqua ⁊ ſpirituſancto audiunt ab apoſtolo: Fuiſtis aliqñ tenebre: nunc aūt lux i domino. AIMO. Uel pulchre in nocte veniſſe dicit: q̄ tenebris ignorantie obnubilatus ad tantā lucē nondum peruenerat: vt perfecte deū verum crederet. Nox enī in ſacro eloquio p̄ ignorantia pōitur. vnde ſubditur: Et dixit ei: Rabbi ſcimus quia a deo veniſti magiſter. Quod autē hebraice rabbi: latine dicit magiſter. Magiſtꝝ ergo appellat et deum tacet: quia credebat eum a deo miſſuz ſed tamen vt dictum eſt deum non agnoſcebat. AVG. Unde autem iſte crediderat: patet p̄ id quod ſubdit: Nēo enī pōt hec ſigna facere que tu facis niſi fuerit deus cum eo. Sic ergo nicodemus de illis multis erat: qui crediderant in nomine eius. Uidentes ſigna que faciebat.

CHRY. Sed tamen neq; a ſignis aliquid magnum exiſtimabat de eo: ſed adhuc humanā habens de eo mētem vt de propheta loquitur: ad operationē eū miſſū dicēs Et alieno auxilio indigentē hec agere que agebat. cuz tñ pater p̄fectū eū genuerit: ⁊ ſufficiētē ſibiipſi: ⁊ nihil hñtez imperfectū. quia vo chriſti ſtudiū erat interim non ita dignitatē ſuā reuelare: ſicut p̄ſuadē q̄ nihil ex aduerſo agebat patri: p̄pterea in verbis multotiens humilit̄ loquēs videt: i rebus autē cū p̄tāte oīa operatur. Ideoq; ⁊ nicodemus nunc manifeſte quidē nihil excelſum loquit de ipſo occulte aūt ab humili eū opione reducit: docens q̄ ſufficiens ſibiipſe ē in miraculorū operatione. vnde ſubdit: Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei: Amen amen dico tibi: niſi qs renatus fuerit denuo: non pōt videre regnū dei. AVG. Iſti ſunt ergo qbus ſe credit ieſus: qui nati fuerit denuo qui non in nocte veniūt ad Ieſum ſicut nicodem⁹. tales enim iam etiā p̄fitent. Dicit ergo: Niſi quis renatus fuerit ⁊c. q.d. Quia nondū es natus denuo. i. ex deo. Spiritual generatione noticia quā habes de me ſpiritalis nō eſt: ſed aīalis ⁊ hūana. Ego autē dico tibi q̄ ſiue tu ſiue alius quicunq;: niſi ex deo denuo natus fuerit: nō poterit apprehendere gloriā que circa me ē: ſed extra regnuz erit. nā generatio que p̄ baptiſmū fit: illumiationē anime tribuit. CHRY. Uel littera talis ē: Amen amen dico tibi: niſi qs renatus. hoc ē: ſi tu ñ natus fueris deſup: et dogmatū ſuſceperis certitudinē alicubi: extra erras ⁊ lōge es a regno celoꝝ ſeipſum hic oſtēdens ⁊ indicans: qm̄ non eſt hoc tm̄ quod videt: ſed alijs oculis opus ē ad videndū eū. Hoc aūt quod dicit: Deſuper. hi quidē. i. de celo exponūt: alij vo a p̄ncipio. Igit iudei quidē ſi hoc audiſſent: deridentes vtiq; diſceſſiſſent: hic vero ⁊ in hoc amorem diſcipuli oſtendit q̄ a chriſto vlterius interrogat.

Dicit ad eū nicodemus: Quō pōt hō naſci

**cum ſit ſenex? Nunquid pōt in ventrē matris ſue iterate introire ⁊ renaſci. Rn̄dit Jeſus: Amē amē dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto: non pōt introire in regnū dei. Qđ natū eſt ex carne: caro eſt: ⁊ quod natū eſt ex ſpū: ſpūs eſt. Non mireris quia dixi tibi: opoꝛtet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpirat: ⁊ vocem eius audis: ſed neſcis vnde veniat: aut quo vadat. Sic ē omnis qui natus eſt ex ſpiritu.**

CHRY. Ueniens nicodemus ad Jeſum vt ad hoīez audiēs maioꝛa q̄ ab hoīe: erigitur ad altitudinē eoꝝ q̄ dicunt: non quidē excidēs a fide: ſed infert hanc īpoſſibilitatē vt in apertioꝛē prouocet doctrinā. Duo aūt erant q̄ admirabatur. ſ. natiuitas talis: ⁊ regnū: neq; enī audita erant apud iudeos. Sed interim circa priꝰ inſtat: ⁊ quod maxime eius mentem concutiebat. Unde dicitur Dicit ad eū nicodemus: Quō pōt hō naſci cum ſit ſenex? Nunqđ pōt in ventrē matris ſue iterato introire ⁊ renaſci? BED. Sic verba iſta ſonare vident quaſi puer queat iterato in ventrē matris introire ⁊ renaſci. Sed ſciendū q̄ ipſe ſenex erat: ideoq; de ſe protulit exemplū ac ſi diceret: Ego ſum ſenex ⁊ meā quero ſalutē: quō poſſum in ventrē matris introire ⁊ renaſci? CHRY. Rabbi eū vocas ⁊ a deo veniſſe dicis: ⁊ nō ſuſcipis que dicuntur ſed loqueris ad mgr̄m dictionē que multā pturbationez inducit. hoc enī. ſ. quō querere eoꝝ ē q̄ nō valide credūt: ⁊ multi ſic querētes a fide deciderūt: hi quidē dicentes: Quō deus ē incarnatus? alij quō manſit īpaſſibilis? ꝓpterea ⁊ hic ꝓpter anxietatē modū exquirit. ſed cū aliqs cogitationibus ꝓpꝛijs ſpūalia euertit: deriſibilia loquit. AVG. Spūs enī loquit: ⁊ ille carnē ſapit. non nouerat iſte niſi vnā natiuitatē. ſ. ex adā ⁊ eua: ⁊ ex deo ⁊ eccleſia nondū nouerat: ſic tū tu intellige natiuitatē ſpūs quō intellexit nicodemus natiuitatē carnis. quō enī vterus nō pōt repeti: ſic nec baptiſmus. CHRY. Nicodemo autē decidenti ad eam que hic ē natiuitatē: xp̄s manifeſtius reuelat ſpūalis natiuitatis modū. vñ ſequitur: Rn̄dit Jeſus: Amen amen dico tibi. niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpū ſancto: non pōt introire in regnū dei. AVG. Ac ſi dicat: Tu carnalē gnātionē intelligis: ſed ex aqua ⁊ ſpiritu oꝫ q̄ naſcat hō ꝓpter regnū dei. Si ꝓpter hereditatē patris hoīs tpalis naſcitur aliqs ex viſcerib9 matris carnalis: ⁊ ꝓpter hereditatē patris dei ſempiternā: naſcat ex viſceribus eccleſie. Cū aūt ex duobus hō ꝯſiſtat: ex coꝛpoꝛe videlꝫ ⁊ aīa: duplicē hꝫ ⁊ huiuſmodi modū gnātionis. Aqua enī que viſibilis ē: ad emūdationē coꝛpis intelligit. Spūs vō inuiſibiliter ꝯcurrens: ad emūdationē inuiſibilis aīe innuit. CHRY. Si vō quis interrogat qualiter ab aqua hō naſcit: interrogo ⁊ ego qualit nat9 ē adā a terra? Sicut enī in pꝛincipio ſubijciebat elementū tra: totū vō opus plaſmantis erat: ita ⁊ nūc ſubijcit elemētū aqua: totū vō ē ſpūs grā. Tunc padiſum dedit in conuerſationē: nūc aūt celū nobis aperuit. Sed que ē neceſſitas aque his qui ſpūmſanctū ſuſcipiūt. diuina enī in ea pficiuntur ſimbola: ſepultura ⁊ moꝛtificatio: reſurrectio ⁊ vita. Sicut enī in quodā ſepulchꝛo ī aqua nobis ſubmergētibus capita: vetus hō ſepelit: ⁊ ſubmerſus deoꝛſū occultatur: deinde nouus rurſus aſcēdit: hoc etiā fit vt diſcas qm̄ virtus patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti oīa cōplet: ⁊ q̄ xp̄s tres dies ad reſurgendū expectauit. Qđ igitur eſt matrix ſetui: hoc ē fideli aqua. in aqua enī plaſmat ⁊ figurat: ſed quod in matrice plaſmat tēpoꝛe indiget: quod vō ī aqua non ita: ſed in vno momēto oīa fiunt. Talis enī ē natura coꝛpoꝛū vt tēpoꝛe aſſumant pfectionē. in ſpūalibus vero non ē ita: qm̄ pfecta a pꝛincipio conſtituūtur que fiūt. ex quo igitur aſcendit a ioꝛdane dn̄s nō adhuc reptilia animarū viuentiū: ſed animas ſpūales ⁊ rōnabiles aqua reddit. AVG. de bapt. paruloꝝ. Sed qꝛ nō ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpū nō hēbit ſalutē vel vitā eternā: ſed Non intrabit in regnū dei. Ad hoc inquiūt quidā: Paruuli baptiçādi ſunt vt ſint cū chꝛiſto ī regno dei: vbi non erunt ſi baptiçati nō fuerint: q̄uis ⁊ ſine baptiſmo ſi paruuli moꝛiāt ſalutē vitāq; eternā habituri ſint: qm̄ nullo peccati vinculo aſtricti ſunt. Sed cur naſcat denuo niſi renouandus a vetuſtate: aut vnde imago dei nō intrat in regnū dei niſi īpedimēto ꝓhibente pcti. AIMO. Talia autē ac tanta ſecreta myſteria nicodemo cape non valenti: dn̄s ex carnali natiuitate ſimilitudinē dedit dicens Quod natū ē ex carne caro eſt: ⁊ quod natū ē ex ſpū ſpiritus eſt. Sicut enī caro carnē ꝓcreat: ita quoq; ſpūs ſpiritū parit. CHRY. Nihil igitur ſenſibiliū inquiras neq; eſtimes q̄ carnē generet ſpūs: dn̄i enī caro genita ē: nō quidē a ſpū ſolū: ſꝫ etiā a carne. qđ aūt natū ē ex ſpū: ſpirituale ē. Natiuitatē enī hic non eā que ſm̄ ſubſtantiā dicit ſed eam que ſm̄ honoꝛē ⁊ grām. Si igitur ⁊ filius dei ita natus ē: qđ plus hēbit oībus q̄ ita nati ſunt? Inueniet aūt ⁊ ſpū minoꝛ: cū eius natiuitas grā ſpūs ſit. ⁊ quid hec a iudaicis diſtant dogmatibus? Uide autē ⁊ ſpūſſancti dignitatē. dei enī opus videt facere. Supꝛa enī dixit: Qui ex deo nati ſunt. hic aūt: qm̄ ſpūs eos generat. Dicēs autem xp̄s: qm̄ qui natus ē ex ſpū ſpūs ē: quia turbatū rurſus vidit: ad ſenſibile exēplū ducit ſermonē dicēs. Non mire. qꝛ dixi tibi: opoꝛtet vos naſci denuo. Dicendo enī ne mireris: oñdit animi eius turbationē. Ponit aūt exemplū q̄ neq; cōionē aliquā ad coꝛpoꝛū groſſiciē habet: neq; ad incoꝛpoꝛeoꝛū pueniens naturā quod eſt venti delatio dicens: Spūs vbi vult ſpirat: ⁊ vocē eius audis: ſꝫ neſcis vnde veniat aut quo vadat. Sic ē oīs qui nat9 eſt ex ſpū. Qđ dicit tale eſt. Si ventū nullus detinet: ſed quo vult fertur: multomagis ſpūs actionē nature leges detinere non poterūt: nō terminū coꝛpalis natiuitatis: neq; aliud quid taliū. Qm̄ aūt de vento hic dictū eſt: manifeſtat illud quod dicit: Uocē eius audis. i. ſonitū pcuſſionis. nō enī loquens infideli ⁊ neſcienti ſpūs actionē hoc diceret. Dicit aūt: Ubi vult ſpirat: non quaſi electionē quandam vento habente: ſed iam que a natura eſt mutationē q̄ nō ꝓhibetur: ⁊ cum ptāte fit. Et neſcis vnde veniat aut quo vadat. i. ſi huiꝰ ſpūs cuius ſenſuꝫ ſuſcipis auditu ⁊ tactu interpꝛetari neſcis viam: qualiter diuini ſpūs opationez ſcrutaris? vnde ſubdit: Sic ē oīs q̄ natus ē ex ſpū. AV. Sed quis noſtrū non videat verbi gratia auſtrū euntē a meridie ad aquilonē: aut aliū ventū venientē ab oꝛiente ⁊ occidente: quomodo ergo neſcimus vnde veniat: aut quo eat. BED. Spiritus igitur ſanctus eſt qui vbi vult ſpirat: quia ipſe in poteſtate habet cuius coꝛ gratia ſue viſitationis illuſtret ⁊ vocem eius audis: cuꝫ te pꝛeſente loquitur is qui ſpūſancto repletus ē. AVG. Sonat pſalmus: ſonat euangelium: ſonat ſermo diuinus: vox ſpirit9 eſt. hoc igitur dicit: quia verbo ⁊ ſacramento inuiſibilit adeſt ſpirituſſanctus vt naſcamur. ALCVI. Ergo neſcis vnde veniat aut quo vadat: quia etſi te pꝛeſente ſpiritus ad hoꝛam quēpiam repleuerit: ñ poteſt videri quō in eum intrauerit: vel quomodo redierit: quia natura eſt inuiſibilis. AIMO. Siue neſcis vnde veniat: quia nō credentes ad fidem introducat ignoꝛas: vel quo vadat: quia quomodo fideles ad ſpeciem perducat neſcis: ⁊ ſic eſt omnis qui natus eſt ex ſpiritu: ac ſi dicat. Spirituſſanctus ſpiritus inuiſibilis eſt: ita ⁊ quiſquis ex ſpiritu naſcitur inuiſibiliter naſcitur. AVG. Uel aliter: Et ſi tu naſcaris de ſpiritu: hoc eris: vt ille qui non eſt natus adhuc de ſpiritu: neſciat vnde venias aut quo eas. Hoc enim ſecutus ait: Sic eſt omnis qui natus ē ex ſpiritu. THE. Confundatur ergo macedonius impugnatoꝛ ſpiritus: qui ſeruum ſpiritumſanctum aſſeruit. Spiritus enim ſanctus ꝓpꝛia poteſtate et vbi vult: et qualiter vult opat



**Reſpondit nicodemus ⁊ dixit ei: Quō pñt hec fieri? Rn̄dit Jeſus ⁊ dixit ei: Tu es magiſter in iſrael ⁊ hec ignoꝛas? Amen amen dico tibi: qꝛ quod ſcimus loquimur: et quod vidimus teſtamur: ⁊ teſtimoniū noſtrū non accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊ non creditis: quomodo ſi dixero vobis celeſtia credetis?**

ORI. Poſtq̄ dicta ſunt diſcipulis que tractata ſunt: reſumi. ſcriptura de his qui venerant de ciuitate ad ieſum: ⁊ crediderant per teſtimonium mulieris. CHRYSO. Sicut autem in meſſe cum facilitate fructus cōgregantur: ⁊ in momēto vno area manipulis repletur: ita ⁊ nūc fit: vnde dicitur: Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum ſamaritanoꝛum pꝛopter verbum mulieris teſtimonium perhibentis: quia dixit mihi omnia quecunqꝫ feci. Conſiderabant enim ꝙ nequaq̄ mulier gratanter eū admirata eſſet: qui eius delicta redarguerat: niſi magnus quis eſſet ⁊ extollens qui pꝛedicabat ab illa. Sic ergo ſolo mulieris teſtimonio credentes ⁊ nullum ſignum vidētes exierunt depꝛecantes chꝛiſtuꝫ vt apud eos maneret ⁊ hoc eſt quod ſequitur: Cum ergo veniſſent ad illum ſamaritani: rogauerunt eum ut ibi maneret. Iudei vero miracula videntes non detinuerunt eum apud ſeipſos: ſed omnia egerunt vt a regione eoꝛum eum abijcerent: nihil enim liuoꝛe ⁊ inuidia deterius nihil inani gloꝛia difficilius que infinita coꝛrumpere conſueuit bona. Et quidem ſamaritani volebant eum ſemper ſecum detinere: ipſe autem hoc non ſuſtinuit: ſed ſolum manſit ibi duobus diebus. ⁊ poſt hec quod ſubditur: Et manſit ibi duos dies. ORIGE. Non incongrue autem aliquis illud obijciet: quomodo rogatus ſaluatoꝛ cum ſamaritanis manet: et qui iuſſit ciuitatem ſamaritanoꝛum non ingredi. Palam enim quoniam ⁊ diſcipuli eius cum eo ingreſſi ſunt. Ad quod dicendum ꝙ in viam gentiuꝫ pergere eſt imbui gētili dogmate ⁊ in illo ambulare. Ciuitatem vero ſamaritanoꝛum intrare eſt acceptare falſam doctrinam recipiētium legales: pꝛophetica: ⁊ euāgelicos: ⁊ apoſtolicos ſermones. Cum autem deſeruerint pꝛopꝛiam doctrinam ⁊ venerint ad ieſum licet cum eis manere. CHRYSO. Et iudei quidem etiam ſignis viſis incoꝛrecti manſerūt. hi autem ⁊ ſine ſignis multā circa eum fidem demonſtrauerunt: ſolum enim verba audierunt: vnde ſequitur: Et multo plures crediderunt pꝛopter ſermonem eius. Cuiꝰ igitur gratia hec verba non dicunt euangeliſte: vt diſcas quoniam multa magnoꝛū tranſcurrerunt a fine vero totum oſtenderunt: ſuaſit enim toti ciuitati per ea que dicta ſunt. Ubi aūt auditoꝛes non perſuadentur: tunc euangeliſte coguntur dicere ea que dicta ſunt: ne quod eſt ex indeuotione auditoꝛum: imputet quis defectui pꝛedicantis: ipſi autem diſcipuli chꝛiſti iam facti: magiſtram repulerunt: vnde ſequitur: Et mulieri dicebant: quia iam non pꝛopter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimꝰ ⁊ ſcimus quia hic eſt vere ſaluatoꝛ mundi. Uide autem qualiter confeſtim intellexerunt ꝙ oꝛbem terraruꝫ liberare venerat: ⁊ ꝙ ad cōmunē ſalutem veniens non debebat in iudeis ſuam concludere pꝛouidentiam: ſed vbiqꝫ ſeminare ſermonē. Dicentes etiam ꝙ eſt ſaluatoꝛ mundi oſtenderunt ꝙ mūdus perditus erat: in magnis malis exiſtens: ⁊ quidem venerunt ſaluare pꝛophete ⁊ angeli: ſed hic eſt vere ſaluatoꝛ qui ſalutem tribuit nō ſolum temporaneam ſed eternā. Uide etiam qualiter audientes mulierem dubitanter dicentē: Nūquid hic eſt chꝛiſtus: non dixerunt hi: Quoniā nos ſuſpicamur: ſed quoniam ſcimꝰ: ⁊ non ſimpliciter: ſed quoniaꝫ hic eſt vere ſaluatoꝛ mundi: non quaſi vnum ex multis chꝛiſtū confitentes: ſolum verba audierunt ⁊ hoc dixerunt quod dicere habebant ſi miracula multa ⁊ magna vidiſſent. ORIGE. Ceterum ſi meminimus pꝛedictoꝝ: non difficile eſt conijcere quomodo cū reppererint verbum ſyncerum alias diſciplinas relinquūt quaſi dogmatū ciuitatē de qua egrediētes ſalutifere credūt: ⁊ puto ſtudioſe pꝛotuliſſe ioannem: cum non dixit: Rogabant eum ſamaritani intrare tātū ſamariā vel ingredi ciuitatē: ſed etiā ibi manere. Manet nāqꝫ ieſus penes depꝛecantes: ⁊ pꝛeſertim quotiēs qui pꝛecantur exeūt ciuitatē ⁊ verſus eū veniūt. AVGV. Manet apud eos biduo hoc eſt dat illis duo pꝛecepta charitatis. ORI. Neqꝫ eni capaces erāt tertie diei eius: non eiꝰ: non eni erant validi miraculoſū quid cernere: quale qui fuerant in chana galilee poſt triduū cū ieſu cōuiuantes. Initiū autē credendi multis fuit mulieris verbū. non enim ſic per ſeipſum verbum conficitur illuminans capientem: velut cum alterius dicto ſibi teſtimoniū perhibetur. AVGV. Sic ergo chꝛiſtū cognouerunt pꝛimo ꝑ famā: poſtea per pꝛeſentiā: ſicut agitur hodie cum eis q̄ foꝛis ſunt: ⁊ nondū ſunt chꝛiſtiani: chꝛiſtus nuntiatur per chꝛiſtianos amicos tanq̄ illa mulier. hoc eſt eccleſia nūciante ad chꝛiſtum veniunt: credunt per iſtam famam: ⁊ multo plures ⁊ firmius in eum credūt: quoniam vere ipſe ē ſaluatoꝛ mundi. ORIGE. Impoſſibile ē nanqꝫ eandem circa intellectum fieri paſſionem videnti ⁊ ei qui ꝑ videntem inſtruitur: magiſqꝫ eſt per ſpem ambulare q̄ ꝑ fidem: vnde hi non ſolū teſtimonio hominis: ſed ob ipſaꝫ quoqꝫ veritatem credunt.

**Poſt duos autem dies exijt inde: ⁊ abijt in galileam. Ipſe enim ieſus teſtimoniū ꝑhibuit: quia pꝛopheta in ſua patria honoꝛem non habet. Cuꝫ ergo veniſſet in galileam exceperunt eum galilei: cum omnia vidiſſent que fecerat hieroſolymis in die feſto. Et ipſi enim venerant ad diem feſtum.**

ALCVINVS. Poſt biduū quod fecit in ſamaria: abijt in galileam vbi nutritus fuerat: vnde dicitur. Poſt duos autē dies exijt inde ⁊ abijt in galileam. AV. Mouet autem nos ut euangeliſta dixerit conſequenter. Ipſe eni ieſus teſtimoniū perhibuit: quia pꝛopheta in ſua patria honoꝛem non habet. Magis enim videtur atteſtari potuiſſe ꝙ pꝛopheta in patria ſua honoꝛē non habet ſi contēneret pergere in galileaꝫ ⁊ in ſamaria remanſiſſet. Hoc ego ſentio: in ſamaria biduum fecit ⁊ crediderūt in eum ſamaritani: tot dies fecit in galilea: ⁊ nō crediderunt in euꝫ galilei: ⁊ ꝓpter hoc dixit ꝙ ꝓpheta in patria ſua honoꝛem non habet. CHRYSO. Uel aliter: ideo hoc adiectū eſt quia non in capharnaū abijt: ſed in galileam ⁊ in chana vt infra dicetur ego eni patriā eū hic eſtimo dicere ca

pharnaũ: quoniam aũt nõ potius eſt illic honore: audi eum dicentẽ: Et tu capharnaum que vſq; ad celum exaltata es: vſq; ad infernum deſcendes. Dicit autem hic patriam propriam in qua videtur plus conuerſatus. THEO. Uel aliter: quia dominus exiens de ſamaria venit in galileã: ne aliquis dubitaret ⁊ quereret: qua de cauſa non ſemper in galilea maneret: dicit ꝙ ꝓpter hoc nõ manebat in galilea: q: nullũ ibidẽ recipiebat honorez qđ ipſe teſtatus eſt dicẽs: quia propheta in ſua patria nõ habet honorẽ. ORI. Perſcrutãda eſt autẽ huius dicti ſententia. Paula ſiquidẽ prophetaruz in iudea erat: ⁊ eſt non ignotũ ꝙ honorem a iudeis nequaꝙ̃ ſunt conſecuti: iuxta illud: Quẽnam ꝓphetarũ nõ perſecuti ſunt patres veſtri? Miranda etiam occurrit huiꝰ decreti veracitas: cum peruenerit non tm̃ ad ſanctos prophetas vilipẽſos a propriis: ⁊ ipſum dominũ noſtrũ: ſed protenſa ſit etiam in quoſdam prophetie ſequaces contẽptos a ſuis ciuibꝰ ⁊ ad mortem deductos. CHRYSOSTOMVS. Quid igitur? nonne videmus ⁊ apud ſuos multos in admirationẽ deductos: ita quidem: ſed ab his que raro contingũt nõ oportet talia ꝓnũtiari. Sed ⁊ ſi in propria patria aliqui honorant: multomagis in aliena. Conſuetudo enim facile homines contẽptibiles facere conſueuit: quãdo igitur venit in galileã: ſuſceperunt eum galilei. vnde ſequitur. Cũ ergo veniſſet in galileã exceperũt eũ galilei. Uides quoniã qui mali dicebant: hi maxime ad chriſtum accedere inueniuntur. Nam propter galileos dicit: Interroga ⁊ vide quoniã propheta ex galilea nõ ſurrexit ꝓpter ſamaritanos autẽ improperabãt ei: Samaritanus es ⁊ demoniũ habes. Sed ecce ſamaritani ⁊ galilei credunt in confuſionem iudeorũ. Inueniunt aũt ⁊ galilei ſamaritanis meliores nam illi quidem a mulieris crediderunt verbis: hi vero videntes ſigna que faciebat: vñ ſequitur: Cũ oia vidiſſent que fe. hieroſo. in die feſto. ORI. Quod enim dñs eiecit de templo vendentes oues ⁊ boues: tam grande reperit: vt his moti galilei reciperẽt dominũ: conſiderãtes mirantesq; maieſtatem eius nõ enim minor potentia eius oſtendit in his ꝙ̃ vt ceci videant: audiantq; ſurdi. Eſtimo v̾o nec hec ſola ipm̃ tunc feciſſe: ſz ⁊ alia ſigna. BEDA. Sed vñ data eſt eis videndi occaſio oſtendit ſubdens. Et ipſi eñi venerant ad diem feſtum. Myſtice aũt intimat ꝙ gentibus in fide a duobus preceptis charitatis conſolidatis: chriſtus circa fines mundi reuertet ad patriaz. i. ad iudeos. ORIGE. Expedit autem galileũ. i. tranſmigrantẽ feſtare hieroſolymis vbi eſt templuz dei: ⁊ videre ſingula que peragit ibi ieſus. Hoc enim eſt principiũ vt galilei recipiant dei filium euntẽ ad ipſos: alioquin vel nõ recepiſſent illũ vel etiam ipſe nondum ipſis preparatis ad eius receptionẽ adeo prope veniſſet ad eos.

Uenit ergo iterũ in chana galilee vbi fecit aquã vinum. Et erat quidem regulus cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audiſſet quia ieſus adueniret a iudea in galileam: abiit ad eum: ⁊ rogabat eum vt deſcenderet ⁊ ſanaret filium eius Incipiebat enim mori. Dixit ergo ieſus ad eum: Niſi ſigna ⁊ prodigia videritis non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine deſcẽde priuſq̃z moriatur filius meus: Dicit ei ieſus: Uade filius tuꝰ viuit. Credidit homo ſermoni quem dixit ei ieſus ⁊ ibat. Jam aũt eo deſcendente ſerui occurrerunt ei: ⁊ nuntiauerunt dicentes quia filius eius viueret Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei ieſus filius tuus viuit: ⁊ credidit ipſe ⁊ domus eius tota. Hoc iterũ ſecũdum ſignum fecit ieſus cum veniſſet a iudea in galileam.

CHRYSO. Primo quidem dominus vt ſupra dictuz eſt in chana galilee venerat vocatus ad nuptias. Nũc autem ad eos vadit: vt magis eos attrahat: ſponte ad eos veniens propria patria dimiſſa ⁊ vt fidem a priori miraculo in eis initiatum fortiorem faceret propter ſuam preſentiam. AVGV. Ibi enim quando aquam in vinum conuertit: crediderũt in eum diſcipuli eius: ⁊ vtiq; plena domus erat turbis cõuiuãtiũ: ⁊ factũ eſt tam magnũ miraculum: ⁊ non crediderũt niſi diſcipuli eius: ⁊ ideo hãc ciuitatem modo repetiuit. ſ. vt qui per priora non crediderãt mõ credãt. THEO. Rememorat aũt nobis euãgeliſta miraculũ perpetratũ in chana galilee de aqua cõuerſa in vinũ vt augere chriſti preconiũ: quia galilei non ſolum ꝓpter miracula hieroſolymis facta; ſed ⁊ ꝓpter ea que apud ipſos facta erant receperunt ieſum: ſimulq; vt oſtenderet ꝙ regulus credidit propter miraculum in chana perpetratuz: quãuis eius non perfecte cognouerit dignitatẽ: vnde ſequit: Et erat quidã regulus cuius filius infirmabat capharnaũ. ORIGE. Putabit aũt aliquis regis herodis hunc eſſe regulum: ⁊ aliquis aſſerit hunc eſſe de familia ceſaris: exercentem tũc temporis aliquid in iudea: neq; enim dicit ꝙ iudeus fuerit. CHRY. Regulus aũt dicit: aut quaſi generis exiſtens regalis: aut dignitatem aliquã principatꝰ hñs: aut q: ſic vocabat. Igitur quidam hũc eundem eſſe extimãt centurionẽ: q eſt apđ mattheum. Oſtendit aũt alius eſſe ab eo. nam ille quidẽ chriſtum volentẽ ire ad ſuam domũ rogat remanere: hic aũt ⁊ nihil tale ꝓmittentẽ ad domũ trahit. Et ille quidẽ ad ieſum de monte deſcendentẽ capharnaũ intrauit: hic autẽ ad ieſum in chana venientẽ acceſſit. Et illiꝰ quidẽ puer a paralyſi detinebat: huiꝰ aũt filiꝰ a febre. De hoc ergo regulo ſubdit: Hic cũ audiſ. ꝙ ie. adue. a iu. in gali. abiit ad eum ⁊ ro. eum ut deſcen. ⁊ ſa. fi. eius: incipie. enim mori. AV. Qui rogabat. nonne credebat? Quid a me expectas audire: dominũ interroga quid de illo ſenſerit? Sequitur enim: Dixit ergo ieſus ad eum. Niſi ſigna ⁊ prodigia vide. non cre. Arguit hominẽ in fide tepidum aut frigidum: aut oino nullius fidei: ſed tentare cupientem de ſanitate filii ſui: qualis eſſet chriſtus quid eſſet quantũ poſſet. Prodigium quidem appellatum eſt quaſi porrodiciuz qđ porro dicat: porro ſignificet ⁊ ad futurum aliquid ꝓtendat. AV. de con. euange. Adeo aũt dominus ſupra oia mutabilia vult mentẽ credentis attollere: vt nec ipſa miracula: que q̄uis diuinitus de mutabilitate corporum fiunt: a fidelibus queri velit. GREGO. Sed memẽtote etiã qui petiit: ⁊ aperte agnoſcetis: quia in fide dubitauit. Popoſcit nãq; vt deſcenderet ⁊ ſanaret filiũ eiꝰ: vnde ſequit: Dicit ad eũ regulꝰ: Dñe deſcẽde priuſꝙ̃ moriat filiꝰ meꝰ. Minꝰ itaq; in illo credidit. quez nõ putauit poſſe ſalutem dare niſi preſens eſſet ⁊ corpore. CHRY. Audi etiam qualiter adhuc terrene chriſtum trahit: quaſi non poſſet eum poſt mortẽ ſuſcitare: ſi autem non credens venit ⁊ rogauit nil mirabile. Conſueuerunt enim patres ex multo amore non ſolum medicis loqui de quibꝰ confidunt: ſed de quibꝰ non confidunt nihil volentes ꝑtermittere eoꝝ que ad ſalutẽ ꝑtinẽt filioꝝ: ſi tamen valde crederet chriſti virtutẽ: nõ neglexiſſet etiam in iudeaz ire GREGO. Sed dñs qui rogat vt vadat: q: nõ deſit vbi inuitat indicat; ſolo iuſſu ſalutem reddidit: qui voluntate oia creauit: vñ ſequit. Dicit ei ieſus: Uade filius tuus viuit. Hic ſuperbia noſtra retundit: qui in hominibus non naturã qua ad imaginẽ dei facti ſunt: ſed honores ⁊ diuitias veneramur. Redẽptor v̾o noſter vt oſtẽderet qm̃ que alta ſunt: hominibus ſanctis deſpicienda ſunt: et que deſpicienda ſunt hominibus: deſpicienda non ſunt ſanctis

Ad filiũ

Ad filium reguli ire noluit: ad ſeruum centurionis ire paratus fuit. CHRY. Uel aliter: Illic quidez fides confirmata erat: ideirco ⁊ promiſit ire vt diſcamus viri deuotionem. hic autez adhuc iperfectus erat: ⁊ nondum nouerat manifeſte ꝙ abſens curare poterat. vnde ex hoc ꝙ non accedit ieſus hoc addiſcit. Sequitur eñi: Credidit hõ ſermoni quẽ dixit ei ieſus ⁊ ibat. Non tñ integre neq; ſane. ORI. Oſtenditur autẽ eius dignitas ⁊ officiũ ex hoc ꝙ ſeruientes illi occurrunt. vnde ſequitur: Jam autẽ eo deſcendente ſerui occurrerunt ei: ⁊ nun. ei di. quia fi. eius vi. CHRY. Qui quidem obuiauerunt: nõ vt annunciarent ſolũ ſed quaſi eſtimantes de reliquo ſuperfluã eſſe chriſti preſentiam quem credebãt accedere. Qđ aũt regulus non integre credidit: neq; ſane oſtẽditur ex hoc quod ſequitur: Interrogabat ergo horaz ab eis i qua melius habuerat. Uolebat enim ſcire vtrum caſu vel ex precepto chriſti hoc factum eſſet. Sequitur: Et dixerũt ei q: heri hora ſeptima reliquit eum febris. Uide qualiter miraculum manifeſtum eſt: non enim ſimpliciter neq; vt cõtingit a periculo liberatus eſt: ſed repente ⁊ ſimul vt appareat non eẽ ex nature conſequentia quod fiebat: ſed actione chriſti. vnde ſequitur: Cog. ergo pr̃ q̄a illa hora erat in qua dixit ei ieſus: Fi. tu. vi. ⁊ cre. ipſe ⁊ do. eius tota. AVG. Si ergo propterea credidit: quia nũciatum eſt ei ꝙ filius eius eẽt ſanus: ⁊ compauit horam nunciantium hore prenũciantis: quando rogabat nondũ credebat. BED. Unde datur intelligi ⁊ in fide gradus eſſe ſicut ⁊ in aliis virtutibus quibus eſt initium incrementũ atq; perfectio. Huius ergo fides initium habuit cuz filii ſalutem petiit: incrementũ dum credidit ſermoni domini dicentis: Filius tuus viuit. Deinde perfectionem obtinuit nunciantibus ſeruis. AVG. Ad ſolum ſermonem crediderunt plures ſamaritani. Ad illud miraculũ ſola illa domus credidit vbi eſt factum. vnde ſubdit euangeliſta: Hoc iterum ſecundũ ſignũ fecit ieſus: cum veniſſet a iudea in galileam. CHRY. Non ſine cauſa hoc adiecit ſed oſtendens quoniam ſecundo ſigno facto: nondum ad altitudinem ſamaritanorum nullum ſignum videntiũ iudei peruenerunt. ORI. Amphibologiam autem cõtinet preſens dictuz. vno eniz modo denotat ꝙ ieſus veniendo a iudea in galileam: duo fecit miracula: quorum ſecunduz eſt factum erga filiũ reguli. alio modo ſic: Duobus exiſtentibus ſignis que ieſus in galilea exercuit: ſm̃ egit veniens a iudea in galileam. ⁊ hic ſenſus verus eſt. Myſtice autem per hoc ꝙ ieſus bis in galileam accedit: binus ſaluatoris aduentus in mundum oſtenditur: primus quidem miſericordie: vt vino facto conuiuas exhilaret: ſecundus vero vt filium reguli ad mortem pene deductum ſuſcitet. id eſt populũ iudeorum qui poſt plenitudinem gentium accedet ſaluandus in fine. Magnus aũt rex regũ eſt qui conſtitutus eſt a deo in monte ſyon ſctõ eius: huius qui viderunt diem ⁊ gauiſi ſunt: reguli dinoſcuntur. Arbitramur igitur regulum eſſe abraam: egrotum vero filium eius iſraeliticum genus debilitatum erga cultum diuinum: ⁊ ideo incaluit igniis ſpiculis inimici: vt proinde febrire cenſeatur. Apparet aũt ꝙ precedẽtibus ſanctis poſtꝙ̃ carnis exuerunt amictum populus fuit cure. vnde legitur in machabeis poſt mortem hieremie: Hic eſt hieremias propheta dei: qui plurimum orat pro populo: Abraam igitur obſecrat adiuuari a ſaluatore populũ infirmũ: ⁊ quidẽ ꝑtãtis verbũ de chana ꝓdit: vbi dictũ eſt: Filius tuus viuit. Sed verbi efficacia in capharnaũ agit. nã ibi filius reguli curatus ẽ quaſi in agro conſolationis morans qđ ſignificat genus quoddã debiliũ nõ tñ oino fructibus priuatorũ. Illud aũt: Niſi ſigna ⁊ ꝓdigia vi. nõ cre. dictũ illi refert ad multitudinẽ filiorũ ſuorũ: ⁊ ad ipſum quodãmodo: ſicut eñi ioannes expectabat datũ ſibi ſignum. ſ. ſuper quẽ videris ſpũm deſcẽdentẽ: ſic ⁊ premortui ſancti aduẽtũ xp̄i in carnẽ ⁊ ſignis ⁊ ꝓdigiis manifeſtandũ expectabãt. Hẽbat aũt hic regulus ñ ſolũ filiũ ſz etiã ſeruos ꝑ quos ſignificat maneries quedã minus bene. ⁊ infima credentiũ nec a caſu hora ſeptima deſerit filiũ febris: nã ſeptenarius numerus ẽ quietis. ALCVI. Uel q: ꝑ ſeptiformẽ ſpũm eſt ois remiſſio pctõrũ. Septenarius eni in tria ⁊ quattuor diuiſus ſignificat ſanctã trinitatẽ in quattuor anni tꝑibus: in quattuor mũdi ꝑtibus: in q̄ttuor elemẽtis. ORI. Pñt quoq; ſignificari duo aduentus chriſti verbi ad animã: primus quidẽ ex facto vino prebẽs anime gaudiũ ſpũlis cõuiuii ſecũdus v̾o oẽs languoris ac mortis reliq̄as amputans THEO. Regulus aũt eſt ois hõ nõ ſolum quia regi vniuerſorũ ꝓpinquus exiſtit ſm̃ aiam: ſz q: ⁊ ipſe ſuper ois principatũ ſumpſit: cuius filius. i. mens febricitat voluptatibus prauis ⁊ deſideriis. Accedit aũt ad ieſum et deprecat vt deſcendat. i. vt cõdeſcenſu miſericordie vtat ⁊ parcat peccatis priuſꝙ̃ a voluptatũ infirmitate mortificetur. Sed dñs dicit: Uade. i. profectũ cõtinuũ circa bonum oſtendas: ⁊ tunc filius tuus viuet. Si aũt ambulare ceſſaueris mortificabitur tibi itellectus circa boni operationem.



CA. V.

Poſt hec erat dies feſtus iudeorum: ⁊ aſcendit ieſus hieroſolymaz. Erat autem hieroſolymis probatica piſcina que cognominatur hebraice bethſaida quinq; porticus habẽs. In his iacebat multitudo magna languentium: cecoruz claudorum: aridorum: expectantium aque motum. Angelus autem domini deſcendebat ſcđm tempus in piſcinam: ⁊ mouebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionez aq̄ ſanus fiebat a quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cum vidiſſet Jeſus iacentem. ⁊ cognouiſſet quia iam multum tempus haberet: dicit ei: Uis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus: Domine hominez non habeo: vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piſcinam. Dum venio enim ego: alius ante me deſcendit. Dicit ei Jeſus: Surge: tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille. ⁊ ſuſtulit grabatum ſuum ⁊ ambulabat. Erat aũt ſabbatum in die illo. Dicebant ergo iudei illi qui ſanatus fuerat. Sabbatum eſt non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis. Qui me ſanũ fecit ille mihi dixit: tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis eſt ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum ⁊ ambula? Is autem qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis eſſet. Jeſus enim declinauit a turba conſtituta in loco.

AVG. de con. euange. Poſt miraculum in galilea factum: inde hieroſolymam redit. Unde dicit: Poſt hec erat dies feſtus iudeorum: ⁊ aſcendit Jeſus hieroſolymã CHRY. Mihi videtur ꝙ erat dies feſtus pentecoſtes: aſcendit autem Jeſus hieroſolymam ſemper in diebus feſtis: vt cum eis dies feſtos faciens non videat legi cõtrarius: ⁊ ob hoc multitudinem ſimplicem per ſigna ⁊ doctrinã attrahat: maxie eni in diebus feſtis hi qui iuxta poſiti erant concurrebant. Sequitur: Erat autem hiero. pro. piſci. que cogno. hebra. bethſa. quinq; por. habens.

ALCVI. Pꝛobaton grece ouis dicitur: pꝛobatica ergo piſcina peculiaris dicitur: vbi ſacerdotes cadauera hoſtiarũ abluebant. CHRY. Decebat quideꝫ baptiſma dari peccata purgans: cuius imago pꝛeſcripta fuit in piſcina ⁊ in alijs pluribus: ⁊ pꝛimum quidē dedit deus aquam expurgantē coꝛpoꝛũ ſoꝛdes ⁊ inquinationes nō exiſtentes: ſed opinatas puta eas que a funere ⁊ que a lepꝛa ⁊ que ab alijs talibus: deinde infirmitates diuerſas per aquas facit ſolui. vnde ſequit: In his iace. mul. mag. lang. ceco. clau. ⁊ ari. expe. aque mo. Volens eni deꝰ ꝓpinquius adducere ad baptiſmi donũ: non adhuc inquinamēta ſolũ mũdat. Sed etiā egritudines ſanat: ſicut. n. miniſtri qui pꝛope regem ſunt: his qui ſpꝛt a longe clarioꝛes ſunt: ita ⁊ in figuris fit. Non autē ſimpliciter ſanabat aquarũ natura: ſemper eni hoc fieret: ſed in angeli deſcenſione. vnde ſequit: Angelus aũt dñi deſcē. ſm tēpus in piſc. ⁊ mo. aqua. Sic eni ⁊ in baptiçatis nō ſimpliciter aqua opatur: ſed cum ſpūſſancti accepit gratiā: tunc oia ſoluit peccata. Angelus eni deſcendens turbabat aquaꝫ ⁊ ſanatiuam imponebat virtutē: vt diſcant iudei quoniā multomagis angeloꝛũ dominꝰ omnes egritudies anime ſanare pōt. ſed tūc quidē infirmitas impedimentũ volenti curari fiebat: Subditur enim: Et q pꝛioꝛ deſcē. in piſc. pꝰ mo. aq̄: ſanꝰ fiebat a q̄cũq3 detinebat īfirmitate. Nũc autem vnuſquiſq3 accedere pōt. non eni angelus eſt qui turbat aquam: ſed angeloꝛũ dominus qui oia opatur. ſꝫ ⁊ ſi oꝛbis terrarũ vniuerſus veniat: gratia nō conſumitur ſed ſimilis manet. ſicut enim ſolares radij per vnāquāq3 illuminant diem: ⁊ nō conſumũtur: neq3 a multa largitione minoꝛ fit ſolis lux: ita ⁊ multo āplius ſpūſſancti actio in nullo minuitur a multitudine eoꝛuꝫ qui potiuntur ea. Hoc aũt fiebat. ſ. vt vnus tm̄ poſt motionem aque ſanaretur: vt qui didicerant qm̄ in aqua egritudines coꝛpis ſanabantur: in hoc per multũ tēpus exercitati facile crederent ꝙ ⁊ egritudines anime aqua ſanare pōt. AVG. Plus eſt autē ꝙ chꝛiſtus vitia ſanauit animarũ: q̄ ꝙ ſanauit languoꝛes coꝛpoꝛũ moꝛituroꝛum. ſed quia ipſa anima non eum nouerat a quo ſananda erat: ⁊ oculos habebat in carne vnde facta coꝛpꝛalia videret: ⁊ nondũ habebat in coꝛde vnde deũ latētem cognoſceret: fecit quod videri poterat vt ſanaretur vnde videri non poterat. Ingreſſus eſt locũ vbi iacebat multitudo languentiũ: de q̄bus elegit vnũ vt ſanaret. de quo ſubdit: Erat autē qdaꝫ hō ibi triginta ⁊ octo annos habens in infirmitate ſua.

CHRY. Non aũt confeſtiꝫ eũ a pꝛincipio ſanauit: ſꝫ pꝛimũ eũ familiarē ſibi facit: per interrogationē future fidei faciens viam. Non aũt expetit fidē vt i cecis fecit dicens: Creditis quia poſſum hoc facere: quia hic nonduꝫ nouerat eũ manifeſte quis eſſet. Nam illi quidē ex alijs eius virtutem cognoſcētes: cōuenienter hec audierant. Alij vō nondũ eũ cognoſcētes: ſed ꝑ ſigna eũ cognituri poſt miracula requirũtur de fide vnde ſequitur: Hũc cuꝫ vidiſſet Jeſus iacentē ⁊ cognouiſſet quia multũ iam tempus hēt dicit ei: Vis ſanus fieri: Non hoc querit vt diſcat: hoc eni ſupfluũ eſſet: ſed vt oſtenderet iſtius patientiam qui triginta ⁊ octo annos habens: per vnũquēq3 ānũ eripi ab egritudine expectans aſſidebat ⁊ nō deſiſtebat. Et vt cognoſcamus ꝓpter quā cām dimittens alios ad hūc venit: ⁊ nō dicit: Vis te curabo: nondũ eni aliqd magnũ imaginabatur ille de chꝛiſto. nō aũt turbatus ē ad interrogationē neq3 dixit iniuriari mihi veniſti: qñ interrogas ſi volo ſanus fieri: ſed manſuete rñdet. Sequit enim Reſpondit ei lang. Domine hominē non habeo: vt cum tur. fu. aqua mit. me in piſci. dū vēio eni ego alius añ me deſcē. Non nouerat quis eſſet: qui interrogabat: neq3 ꝙ curaturus eſſet eũ. Opinabatur aũt foꝛtaſſe vtilē ſibi foꝛe chꝛiſtũ ad mittendũ eum in aquam. ſed chꝛiſtus oſtendit ꝙ verbo omnia pōt facere. vnde ſequitur: Dicit ei Jeſus: ſurge tolle grabatũ tuum ⁊ ambula. AVG. Tria dixit: ſed ſurge: non opis imperium fuit ſed operatō ſanitatis. Seno autem duo imperauit: Tolle grabatũ tuũ ⁊ ambula. CHRY. Intuere diuine ſapientie ſupabūdantiam: non ſolum ſanat: ſed ⁊ lectum poꝛtare iubet: vt credibile faceret miraculum: ⁊ nullus exiſtimet phantaſiam eſſe quod factum eſt. Non enim niſi certiſſime ⁊ vehementer cōpacta eſſent mēbꝛa: lectulum ferre poſſent. Audiens aũt languidus: quoniam cum poteſtate ⁊ velut iubens dixit: Surge tolle grabatum tuum. nō deriſit dicēs Angelus deſcendit et turbat aquā: ⁊ ſolum vnum curat. Tu autem homo exiſtens ex ſolo pꝛecepto: ſperas te magis angelis poſſe: ſed audiuit ⁊ non diſcredidit ei qui iuſſit: ⁊ ſanus factus eſt. vnde ſequitur. Et ſtatim ſanus factus eſt homo: ⁊ ſuſtu. graba. ſu. ⁊ ambulauit. BED. Multum quippe inter ſanationem domini: ⁊ que a medicis infertur diſtare pꝛobatur: hec videlꝫ voce iubētis et mox impletur. Illa vero per multa tempoꝛis interualla aliquoties perficitur. CHRY. Igitur mirabile quidem eſt hoc: que autem ſequentur multo maioꝛa erũt. nā in initio quidem nullo moleſtante ſuaderi non ita mirabile eſt: ſicut quod poſt inſanientibus iudeis ⁊ accuſantibus: chꝛiſto obediuit: vt oſtendit euangeliſta conſequentē dicens: Erat autem ſabbatum in illo die: dicen. ergo iudei illi qui ſanus fuerat factus: ſabbatum eſt: nō li. ti. tol. graba. tuum. AVG. Non calũniabantur domino: qꝛ ſanum fecerat ſabbato quaſi eis reſpondere poſſet: quia ſi cuiuſq3 iumentum in puteum cecidiſſet: vtiq3 die ſabbati erueret illud ⁊ ſaluaret: ſed qui poꝛtabat grabatum ſuũ quaſi dicat: ſi ſanitas non erat differenda: nũquid ⁊ opꝰ fuerat imperandum. ſed ille auctoꝛem ſanitatis ſue obijciebat calũniatoꝛibus. vnde ſequitur: Reſpondit eis: qui me ſanum fecit: ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum et ambula. q. d. quare non acciperem iuſſionem a quo acceperam ſanitatem. CHRY. Nimirum ſi malignari vellet poterat dicere: Si crimen eſt accuſate eum qui iuſſit ⁊ deponam lectulum: ſed ⁊ curationem vtiq3 occultaſſet. Etenim ſciebat non ita eos eſſe moꝛſos ex ſabbati ſolutione: ſicut ex infirmitatis ſanatione. ſed neq3 hoc occultauit: neq3 veniam petijt: ſed clara voce beneficium confeſſus eſt. illi vero maligne interrogauerũt. vnde ſubditur: Interrogauerunt ergo eum quis eſt ille homo qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Non dicunt: Quis eſt qui fecit te ſanum: ſed in medium inducunt id quod tranſgreſſio eſtimabatur. Sequitur: Is autem qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis eſſet. Jeſus autē declinauit a tur. conſti. in loco. Et pꝛimum quidem vt eo abſente teſtimonium inſuſpicabile fieret. Qui enim adeptꝰ fuerat ſanitatem idoneus erat beneficij teſtis. verum vt non plus faceret furoꝛem illoꝛum accendi. Solus eniꝫ viſus eius cui inuidetur: non paruam inuidentibus immittit ſcintillam: ꝓpterea diſcedens: permiſit ab ipſis ſuuꝫ factum examinari. Quidam eſtimant hunc paralyticum eſſe eum qui in mattheo poſitus eſt: ſed non eſt. Ille eniꝫ multos habebat ſui curam habentes ⁊ eum ferētes: hic autem nullum. Sed ⁊ locus vtroꝛunq3 diuerſus eſt.

AVG. Siquidem mediocri coꝛde ⁊ humano ingenio conſideremꝰ hoc miraculũ facientē quod ad ptātē ptinꝫ non magnũ aliquid fecit: ⁊ qō ad benignitatē parũ fecit. Tot iacebāt: ⁊ vnus curatus ē cũ poſſet vno verbo oēs erigere. Quid ergo intelligendũ eſt: niſi quia ptās illa et bonitas magis agebat quid anime in factis eius pꝛo ſalute ſempiterna intelligerent: q̄ quid pꝛo tēpoꝛali ſalute coꝛpis mererēt. In illis eni factis qcq̄d tēpoꝛaliter ſanatum eſt in mēbꝛis moꝛtalibus in fine defecit: anima que credidit: ad vitam eternam tranſitũ fecit. Piſcina illa et aqua illa populum mihi videt ſignificaſſe iudeoꝛũ. ſignificari enim populos nomine aquarũ apte nobis indicat apocalypſis ioānis. BE. Bene autem piſcina pꝛobatica fuiſſe deſcribit. Ille eni populꝰ ouis noīe ſignificat: ſm illud pſalmi: Nos populus tuus ⁊ oues gregis tui.

AVG. Aqua ergo illa. i. populꝰ ille quinq3 libꝛis moyſi tanq̄ quinq3 poꝛticibus claudebatur: ſed illi libꝛi pꝛodebant languidos non ſanabant. Lex enim peccatoꝛes conuincebat: nō abſoluebat. BED. Deniq3 multa genera languentium in eadem iacuerunt: ceci. ſ. qui ſcientie lumine carent: claudi qui ad ea que iubētur implenda: vires non habent. Aridi qui ſuperne dilectionis pinguedine carent. AVG. Venit autem chꝛiſtus ad populuꝫ iudeoꝛum ⁊ faciendo magna: docēdo vtilia turbauit peccatoꝛes. i. aquam pꝛeſentia ſua: ⁊ excitauit ad paſſioneꝫ ſuam: ſed latens turbauit. Si eniꝫ cognouiſſent: nũq̄ glorie dominum crucifixiſſent. Subito enim videbat aqua turbata: ⁊ a quo turbabatur non videbatur. Deſcendere ergo in aquam turbatam: hoc eſt humiliter credere i domini paſſionem. Ibi ſanabatur vnus: ſignificans eccleſie vnitatem: poſtea quiſquis veniret nō ſanabatur: qꝛ qſq̄s pꝛeter vnitatem fuerit: ſanari non poterit veh illis q oderũt vnitatem: ⁊ partem ſibi faciunt in hominibus. Habebat autem. xxxviij. annos in infirmitate: qui ſanatus eſt. hic enim numerus ad languoꝛem pertinet magis q̄ ad ſanitatem. Quadragenarius enim numerus ſacratus: nobis in quadam perfectione cōmendatur: quia lex in decem pꝛeceptis data eſt: ⁊ pꝛedicanda erat per totum mũdum: qui quattuoꝛ partibus cōmendatur. Denarius autem per quattuoꝛ multiplicatus ad quadragenarium ꝑuenit. vel quia per euangelium quod quattuoꝛ libꝛos habet impletur lex. Si ergo quadragenarius numerus habet perfectionem legis: ⁊ lex non impletur niſi in gemino pꝛecepto charitatis. Quid miraris quia languebat q. xl. minus duos habebat: neceſſarius erat illi homo ad ſanitatem. Sed homo ille qui ⁊ deus eſt: ⁊ quia illum iacentē duobus minus inuenit: quia duo quedam iubēdo quod minus erat impleuit. In duobus eniꝫ domini iuſſis, duo pꝛecepta ſignificata ſunt charitatis. Dei dilectio pꝛioꝛ ē oꝛdine pꝛecipiendi: pꝛoximi autem dilectio pꝛioꝛ eſt oꝛdine faciendi. Dicit ergo: Tolle grabatuꝫ tuum: quaſi diceret: Cum eſſes languidus poꝛtabat te pꝛoximus tuus ſanus factus es: poꝛta pꝛoximum tuum. Dicit etiaꝫ: Ambula. Sed quo iter agis niſi ad dominum deum tuum:

BE. Quid enim eſt dicere: Surge ⁊ ambula: niſi a toꝛpoꝛe ⁊ ignauia in quibus pꝛius iacebas erigere: ⁊ in bonis operibus pꝛoficere ſtude. Tolle grabatum tuum. id eſt pꝛoximum tuum a quo poꝛtaris ⁊ ipſe patienter tolera. AVG. Poꝛta ergo eum cum quo ambulas: vt ad eum peruenias cum quo manere deſideras. Ille autem nondum Jeſum nouerat: quia ⁊ nos credimus in eum: quem non videmus: ⁊ vt non videatur declinat a turba Quadam ſolitudine intentionis videtur deus. turba ſtrepitum habet. viſio iſta ſecretum deſiderat.

Poſtea inuenit eum Jeſus in templo ⁊ dixit illi: Ecce ſanus factus es: iam noli amplius peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo ⁊ nunciauit iudeis: quia ieſus eſſet qui fecit eum ſanum. Propterea perſequebātur iudei ieſum: quia hec faciebat in ſabbato. Jeſus autem reſpondit eis: Pater meus vſq3 modo operatur ⁊ ego operoꝛ. Propterea ergo magis querebāt eum iudei interficere: quia non ſolũ ſoluebat ſabbatum ſed ⁊ patrem ſuum dicebat deum equalē ſe faciens deo.

CHRY. Curatus homo nō receſſit ad nundinas neq3 voluptati aut vane gloꝛie dedit ſeipſum: ſed i templo cōuerſabatur: quod maxime religionis eſt ſignum. vnde dicitur: Poſtea inuenit eum Jeſus in templo. AVG. Dominus quidem Jeſus ⁊ in turba eum videbat ⁊ i templo. Ille autem languidus Jeſum in turba non agnoſcit: in templo agnoſcit i loco ſacrato. ALCVI. Quia ſi gratiam conditoꝛis cognoſcere volumus: ⁊ ad eius viſionē venire: fugienda eſt turba cogitationum ⁊ affectuum prauoꝛũ. declinanda ſunt prauoꝛuꝫ conuenticula. fugiendũ ē ad tēplũ vt noſipſos tēplũ dei ſtudeamꝰ facē quos deꝰ inuiſere ⁊ in quibus manere dignetur. Sequitur: Et dixit illi: Ecce ſanus factus es iaꝫ noli amplius peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. CHRY. Ubi pꝛius diſcimus ꝙ ex peccatis ei nata eſt hec egritudo. quia enim ſepius animam in nobis egrotantem inſenſibiliter habemus: coꝛpus autem etſi paruam ſuſceperit leſionem: oē facit ſtudium vt ab infirmitate liberemur. Propterea deus punit coꝛpus pꝛo his que anima deliquit: ſecūdo vero ꝙ verus eſt gehenne ſermo: tertio ꝙ longum eſt ⁊ infinitum ſupplicium. Dicunt enim quidam: Nunquid quia in bꝛeui tempoꝛis momento adulteratus ſum: immoꝛtaliter crucioꝛ: vide ꝙ hic tanto tempoꝛe pꝛo pctīs cruciabatur: nō eni tēpoꝛis menſura peccata iudicantur: ſed ipſa delictoꝛũ natura. Cũ his aũt ⁊ illud diſcimus: ꝙ ſi grauem ſuſtineamus penā pꝛo pꝛioꝛibus pctīs: deinde i eadem inciderimus grauioꝛa patiemur: ⁊ hoc decenter. q enim neq3 ſupplicio factus ē melioꝛ vt inſenſibilis dereliquo ⁊ contēptoꝛ: ad maius ducet toꝛmentũ. ſi autē hic non omnes pꝛo peccatis toꝛquētur: nō confidamus. Nihil enim nos hic pati pꝛo peccatis ſignum eſt maioꝛis illic futuri ſupplicij: nō autem omnes egritudines ſunt ex peccatis ſed plures. Quedam eniꝫ ⁊ a pigritia fiunt: quedam ꝓpter pꝛobationem: ſicut in iob. ſed ꝓpter quid paralytico huic chꝛiſtus de peccatis mentioneꝫ facit: Quidam huic paralytico detrahentes dicunt eum chꝛiſti fuiſſe accuſatoꝛē: ⁊ pꝛopter hoc hec audiſſe. qd igitur dicēt de paralytico qui eſt apud mattheum: etenim ⁊ illi dictũ eſt: Dimittuntur tibi peccata tua. neq3 etiaꝫ chꝛiſtus hũc inculſat de pꝛeteritis: ſed ad futurum eum munit ſolum. Alios igitur curans peccatoꝛum non meminit: quia his paralyticis ex peccatis egritudines ſunt facte: alijs autē ex infirmitate naturali: vel per hos reliquos omnes admonet. Cum his autem ⁊ illud eſt dicere: quoniam multam vidit ineſſe anime huius patientiam: ⁊ vt valentem ſuſcipere admonitionem eum admonet. Tribuit autem ſignum ei pꝛopꝛie deitatis. dicendo enim: Non amplius pecces: oſtendit ſe ſcire omnia que ab eo facta erant delicta. AVG. Nunc autem ille poſtea q̄ vidit Jeſum: et cognouit eum auctoꝛem ſalutis ſue: non fuit piger i euangeliçando quem viderat. vnde ſequitur: Abijt ille homo ⁊ nunciauit iudeis: quia Jeſus erat qui fecit eum ſanum.

CHRY. Non ita inſenſibilis erat: vt poſt tantum beneficium ⁊ admonitionem maligna mente hoc dicat. Si enim detrahere vellet: ſanitatem tacens tranſgreſſionem dixiſſet: ſed hoc non fecit: non enim dixit: quoniaꝫ Jeſus eſt qui dixit: Tolle grabatum tuum. quod videbatur iudeis crimen eſſe: ſed dixit: Quoniam Jeſus eſt qui me ſanum fecit. AVGVSTINV. Sic igitur ille annunciabat: ⁊ illi inſaniebant. vnde ſequitur. Propterea perſequebantur iudei ieſum: quia hoc faciebat in ſabbato. Manifeſtum enim opus coꝛpoꝛale factum erat ante oculos iudeoꝛum: non ſanitas coꝛpoꝛis: ſed depoꝛtatio grabati: que non videbatur ita neceſſaria quemadmodum ſanitas. Aperte ergo dicat dominus ſacramentum ſabbati ⁊ ſignum obſeruandi vnius diei ad tempus datum eſſe iudeis. Impletionem vero ipſam ſacramenti: in illo veniſſe cum ſequitur: Jeſus autem reſpondit eis: Pater meus vſq3 modo operatur: et ego operoꝛ. q. d. Nolite putare quia ſabbato ita requieuit pater meus: vt ex illo nō operetur ſed ſicut ipſe nunc operat ſine laboꝛe: operoꝛ ⁊ ego ſed ideo dictũ eſt deũ requieuiſſe: quia iam creaturā nullam cōdebat: poſtq̄ ꝑfecta ſunt omnia. quietē vō pꝛopterea appellauit ſcriptura: vt nos admoneret pꝰ bona opa

quieturos. Et ſicut deus poſtꝙ fecit hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam: ⁊ ꝑfecit omnia opa ſua bona valde requieuit ſeptimo die: ſic ⁊ tibi requiē non ſperes: niſi cum redieris ad ſimilitudinem in qua factus es: quā peccato perdidiſti: ⁊ niſi cum bona fueris operatus.

AVG. quarto ſuper geneſim ad litterā: Dici ergo probabiliter poteſt ad ſeruandū ſabbatum iudeis fuiſſe preceptum in vmbra futuri: que ſpiritualem requiem ſignificaret: quam deus exemplo quietis ſue: fidelibus bona opera facientibus archana ſignificatione pollicebatur.

AVG. ſuper iohannem: Erit enim ſabbatum huiꝰ ſeculi cum tranſierint ſex etates quaſi ſex dies ſeculi: tunc enim ventura eſt requies que promiſit ſanctis. AVG. quarto ſuper geneſim ad litteram: Cuius etiam quietis ipſe dominus ieſus myſteriū ſua ſepultura confirmauit. Ipſo quippe die ſabbati requieuit i ſepulchro poſtꝙ ſexto die conſummauit opera ſua quando ait: Conſummatum eſt. Quid ergo mirum ſi deus iſtum diem quo erat chriſtus in ſepultura quieturus: volens etiā hoc modo prenunciare ab operibus ſuis in vno die requieuit: deinceps opaturus ordinem ſeculorum. Poteſt etiam intelligi: deum requieuiſſe a condendis generibus creature: qr vltra iam non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vſqꝫ nunc ⁊ vltra operatur eorundem generum adminiſtrationem que tunc inſtituta ſunt: non vt ipſo ſaltem die ſeptimo potētia eius a celi ⁊ terre omniumqꝫ rerum quaſ condiderat gubernatione ceſſaret: alioquin cōtinuo dilaberētur. Creatoris nāqꝫ potentia cauſa eſt ſubſiſtendi oi creature: que ab eis que creata ſunt regendis ſi aliquando ceſſaret: ſimul ⁊ eorum ceſſaret ſpecies omniſqꝫ natura concideret: neqꝫ enim ſicut ſtructuram ediū cum fabricauerit quiſ abſcedit: atqꝫ illo ceſſante ſtat opꝰ eius: ita mundus vix ictu oculi ſtare pōt ſi ei deuſ regimē ſuum ſubtraxerit: proinde quidem dominus ait: Pať meus vſqꝫ modo operatur continuationē quandam opis eius que vniuerſam creaturam cōtinet atqꝫ adminiſtret: oſtendit. Aliter enim poſſet intelligi ſi diceret: Et nūc operatur: vbi non eſſet neceſſe vt operis continuationem acciperemus. Aliter autem cogit intelligi cum ait: Uſqꝫ nūc ex illo ſcilicet quo cuncta cum conderet operatus eſt.

AVG. ſuper ioan. Ergo tāꝙ diceret iudeis: Quid alias expectatis perſuadetis vt non operer ſabbato. Sabbati dies vobis ad ſignificationem meam preceptus eſt. opera dei attenditis: per me facta ſunt omnia. operatus eſt pater lucem: ſed dixit vt fieret: ſi dixit verbo opatus eſt: ⁊ verbum eius ego ſum. Pater meus ⁊ nunc opatꝰ ē cum fecit mundū: ⁊ vſqꝫ nunc operatur: cum regit mūdū ergo ⁊ per me fecit cum fecit: ⁊ per me regit cum regit.

CHRY. Et quidem chriſtus cum diſcipulos excuſare oportebat: dauid conſeruum eorum in mediū ferebat Quando vero de ſeipſo erat accuſatio: ad patrem refugit. Conſiderandum etiam ꝙ neqꝫ vt homo ſolum excuſat: ſed neqꝫ vt deus ſolum ſed quandoqꝫ hoc quandoqꝫ illo modo. Uolebat enim vtrunqꝫ credi ⁊ condeſcenſionis diſpenſationem ⁊ deitatis dignitatem. vnde hic eqlitatem ſui ad patrē oſtendit: ⁊ in dicendo eum patrē ſingulariter. Dicit enim pater meus: ⁊ in agendo eadem illi. Dicit enī: ⁊ ego operor. vnde ſequitur: Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non ſolū ſoluebat ſabbatum: ſed ⁊ patrē ſuum dicebat deū. AVG. Non quocunqꝫ: ſed quid equalem ſe facit deo: nam oēs dicimus deo: Pater noſter qui es in celis. Legimus ⁊ iudeos dixiſſe: Cum tu ſis pater noſter. ergo non hinc iraſcebantur: quia patrem ſuum dicebat deum: ſed ꝙ lōge alio modo ꝙ homines. AVG. de concord. euan. Dicēdo enim: pater meus vſqꝫ modo operatur: ⁊ ego operor ꝙ ei eſſet equalis voluit intelligi: conſequens eſſe oſtēdeſ vt qm̄ pater operatur: ⁊ filius operetur: quia pater ſine filio non operatur. CHRY. Si vo non naturalis eſſet filius nec eiuſdē ſubſtātie: hec excuſatio maior accuſationi eſſet. Non enim prefectus regalē legē tranſgrediens poterit effugere: ſi accuſatus ſe excuſet dicens: Quoniam ⁊ rex ſoluit legem. Sed quia par eſt dignitas filij ad pr̄ez propterea perfecta excuſatio ē. ſicut igitur pater operās ſabbato abſolutus eſt a crimine: ita et filius. AVG. Ecce intelligunt iudei quod non intelligunt arriani. Arriani quippe inequalem dicunt filium patri: ⁊ inde hereſis pulſat eccleſiam. CHRY. Qui vero nolunt cum bōa mente hoc ſuſcipere: dicunt ꝙ chriſtus non fecit ſe equalem deo. ſed iudei hoc ſuſpicabantur: ſed ad hoc per ea que ſupradicta ſunt superuenīamus. Manifeſtum enim eſt ꝙ iudei perſequebantur chriſtum: ⁊ ꝙ ſoluebat ſabbatum: ⁊ ꝙ dicebat patrem ſuum deum. vnde ⁊ quod cōuenienter adiungitur: Equalem ſe faciens deo. adheret premiſſis in veritate. HILA. vij. de trini. Expoſitio enī euangeliſte cauſam demonſtrantis cur eū iudei interficere vellent. CHRY. Et iterum: ſi ipſe hoc ipſum volebat aſtruere: ſed iudei hoc inaniter ſuſpicabantur: non dimiſiſſet dominus eorum mentem in errore: ſed correxiſſet. neqꝫ enim euangeliſta hoc tacuiſſet ſicut ſupra ꝺ eo quod dictum eſt: Soluite templum hoc. AVG. Nō tn̄ iudei intellexerunt chriſtum eſſe filium dei: ſed intellexerunt in verbis chriſti: quia talis commendaret filius dei ꝙ equalis eſſet deo: quia ergo neſciebant: talem tamē ꝑdicari agnoſcebant. Ideo dicit: Equalem ſe faciens deo non autem ipſe ſe faciebat equalem: ſed ille illum genuerat equalem.

**Reſpondit itaqꝫ Jeſus ⁊ dixit eis: Amē amē dico vobis: non poteſt filius a ſe facere quicqꝫ: niſi quod viderit patrem facientem. Quecunqꝫ enī ille fecerit: hec ⁊ filius ſimiliter facit. Pater enim diligit filium: ⁊ omnia demonſtrat ei que ipſe facit: ⁊ maiora his demonſtrabit ei opera vt vos miremini.**

HILA. vij. de trinitate: Ad violati ſabbati obiectū ſibi reatum dixerat: Pater meus vſqꝫ modo operatur ⁊ ego operor: vt vſurpaſſe hoc exauctoris intelligeretur exemplis. Significans tamen hoc quod ipſe ageret patris opus eſſe intelligendum: quia ipſe in ſe operaretur operante: ⁊ rurſum aduerſum eam inuidiam ꝙ ſe deo equaſſet paterni nominis vſurpatione: volens ⁊ natiuitatem confirmare ⁊ nature virtutem profiteri: reſpondit. vnde dicitur. Reſpondit itaqꝫ ieſus ⁊ dixit eis: Amen amē dico vobis: no poteſt filius a ſe facere quicꝙ: niſi quod viderit patrem facientem. AVG. Quidam qui chriſtianos ſe haberi volunt: arriani heretici dicentes ipſum filium dei qui ſuſcepit carnem: minorē eſſe ꝙ pater eſt. capiunt ex his verbis cauſam calumnie et reſpondent nobis: Uidetis quia dominus ieſus cum aduerteret iudeoſ ex hoc moueri: quia patri deo equalem ſe faceret: talia verba ſubiunxit: vt ſe equalem non eſſe monſtraret. qui enim non poteſt: inquiunt a ſe facere quicꝙ: niſi ꝙ viderit patrem facientem: vtiqꝫ minor eſt non equalis. Sed ſi deus erat verbum: ⁊ eſt deus maior ⁊ deus minor: duos deos colimus: non vnum deum. HILARIVS. ſeptimo de trinitate: Ne igitur exequatio illa per nomen naturam natiuitatis que filij eſt auferet eidem: ait filium ab ſe nihil facere poſſe. AGVSTINVS. Tanquam diceret: Quid ſcandalizati eſtis: quia patrem meum dixi deum: et quia equalem me feci deo: ita ſum equalis: vt ille me genuerit: non vt ille a me: ſed ego ab illo ſum filio. Hoc eſt eſſe quod poſſe. Quia ergo ſubſtātia filij de pr̄e eſt: ideo potentia filij de pr̄e ē. qr ergo filiꝰ nō ē a ſe: ideo nō pōt a ſe. ſic ergo nō pōt filiꝰ a ſe facē qcꝙ: niſi qꝺ viderit patrem facientem: quia videre filij hoc eſt natū eſſe de patre: non alia viſio eſt eius: ⁊ alia ſubſtātia eius.



totum quod ē de patre eſt. HILA. vij. de tri. Ut autē maneret ſalutaris in patre ⁊ filio: confeſſionis noſtre ordo naturam natiuitatis oſtendit: que ꝓteſtem eſſ. ciendi: ñ per incrementa idulterū ad vnumquodqꝫ opus virtū ſumeret: ſed de cognitione preſumeret. preſumeret autē nō de aliquo operis corporalis exēplo: vt quod prius pať faceret: id poſtea filius facturus eſſet. ſed cū ex patre filꝰ eſſet natus per virtutis ac nature in ſe paterne cōſcientiam: nihil niſi quod patrē faciētē vidiſſet: filiū facere poſſe teſtatus eſt. nō enī corpalibꝰ modis deus videt: ſed viſus ei ois in virtute nature eſt. AVG. ij. de trini. Hoc autē ſi ꝓpterea dictū accepimus qr in forma accepta ex creatura minor eſt filius: conſequēs erit vt prior pater ſuper aquas ambulauerit: ⁊ cetera que filius in carne apparēs inter homines fecit vt poſſit filius ea facere. quis autē vel delyrus iſta ſentiat. AVG. ſup ioan. Ambulatio tn̄ illa carnis ſupra mare a patre fiebat per filiū. Qn̄ enī caro ambulabat ⁊ diuinitas filij gubernabat: pater abſens nō erat cū filius dicat. Pater in me manens ipſe facit opera cum ergo dixiſſet: Non pōt filius a ſe facere quicꝙ. Ne forte carnalis ſubriperet intellectus: vt facerē ſibi hō quaſi duoſ fabros: vnū magiſtrū: alterū diſcipulū: vt quomodo ille fecit archam: iſte facit alterā ſecutus ait: Quecūqꝫ enī ille fecerit: hec ⁊ filius ſimiliter facit. Non ait: Quecūqꝫ pater facit ⁊ filius alia ſimilia facit: ſed hec eadē. Mūdum pater: mundū filius: mundū ſpūſſanctus. Si vnꝰ deus pater: ⁊ filius: ⁊ ſpūſſanctus: vnus mundus factus a patre per filium in ſpūſancto. Hec ergo eadem facit. Addit autē: Similiter: ne alius error in animo naſceret. Uidetur enim corpus hoc idem facere quod animus: ſ; nō ſimiliter. animus enī imperat corpori: corpus viſibile ē: animus inuiſibilis: vt faceret aliquid ſeruus: iubente domino fecit: idem ab vtroqꝫ factum eſt: ſed nunqd ſimiliť? Non ergo ſic pater ⁊ filius: ſed hec eadem facit ⁊ ſimiliť facit: vt intelligamus ſimili potentia facere filiū eadē ipa que facit pater. Equalis igitur ē patri filius. HILA. vij. de tri. Uel aliter: Omnia ⁊ eadem ad oſtendendā nature virtutem locutus eſt. Eſt igitur natura eadē: cuī eadē omnia poſſe nature ſit. Ubi vo ſimiliter per filiū oia eadem fiunt: ſimilitudo operū ſolitudinem opantis excluſit. Hec igitur eſt vere fidei noſtre intelligentia: qr ſub vna hac ſignificatione teſtantur: ⁊ ſimiliter facta natiuitatem ⁊ eadem facta naturam. CHRY. Uel aliter: Totū qꝺ dicitur: A ſemetipſo non pōt filius facere quicꝙ: intelligendū eſt quia nihil contrariū patri: nihil alienum ab eo facere pōt. Ideo autē non dicit: Qm̄ nihil contrariū facit. ſed qm̄ non pōt facere: vt hinc oſtendat indiſſimilitudinem ⁊ certitudinem parilitatis. Non enī imbecillitatē filij: ſed multā eiuſ virtutem oſtendit hoc verbū: ſicut enī cum dicimus: Impoſſibile eſt deū peccare: non imbecillitatem eius accuſamus: ſed ineffabilē quandā virtutem eius teſtamur: ita cum dicit filius: Non poſſum a meipſo facere quicꝙ. hoc dicit: qm̄ impoſſibile eſt eum facere aliquid contrariū patri. AVG. contra ſermo. arrianorū: Hoc autē non deficientis eſt: ſed in eo ꝙ de patre natus ē ꝑmanentis: tanꝙ laudabile eſt oipotentē non poſſe mutari: ꝙ laudabile eſt ꝙ oipotens non pōt mori. Pōt enī filius facere ꝙ non vidiſſet patrē facientē: ſi poſſet facere ꝙ per illū non facit pater: hoc eſt. Si poſſet peccare: neqꝫ nature immutabiliter bone que a patre eſt genita conueniret. Hoc autē quia non pōt: non deficiēter nō pōt: ſed potenter. CHRY. His autē que dicta ſunt atteſtať quod ſequitur: Quecūqꝫ enī ille fecerit: hec ſimiliter ⁊ filius facit. Si enim per ſeipſum pater oia facit: ⁊ filius ꝑſeipm facit: vt hoc qꝺ dicē: ſimiliter maneat: vides qualiť intelligentia eſt excelſa: hūilitatis autē verba. ſi enī humilꝰ producit verba quedā nō mireris. quia enī perſequebanť eū excelſa audiētes: ⁊ cōtrariū deo eſſe eſtimabāt: parūper verba remiſit. AVG. Cum ergo dixiſſet ⁊ ſe eadē facere: ⁊ ſimiliter que facit pater ſubdit: Pater enim diligit filiū ⁊ oia demonſtrat ei quecūqꝫ ipſe facit. ad hoc quod ſupra dixit: Niſi quod viderit patrē facere: videt ꝑtinere ⁊ ꝙ oia demonſtrat ei que ipſe facit. Sed rurſus mortaliſ cogitatio perturbatur. Dicet enī aliquis: Seorſum facit pater vt poſſit filius videre quod facit: velut ſi faber doceat filiū artem ſuam: ⁊ demonſtret ei qcqd facit: vt poſſit ⁊ ipſe facere quod viderit patrē facientem. Cum ergo pater facit filius nō facit: vt poſſit videre filius qꝺ pr̄ fac. Porro ſi fixū atqꝫ inconcuſſum tenemus: quia per filiū oia pater facit: anteꝙ faciat demonſtrat filio. Ubi etiam demonſtrat filio pater quod facit: niſi in ipſo filio ꝑ quē facit. ſi enim pater exempla faciat: ⁊ filius attēdat manꝰ patris queadmodū faciat: vbi eſt illa inſepabilitas trinitatis: Non ergo faciendo demōſtrat pater filio: ſed demōſtrando facit ꝑ filiū. Uidet enī patrē filius demōſtrantē anꝙ aliquid fiat: ⁊ ex demonſtratione patris ⁊ viſione filij fit: quod fit a patre per filiū. Sed dices: oſtendo filio meo: quod volo facere: ⁊ facit ipſe atqꝫ ego per ipſū. Sꝫ verba dicturus es ei filio tuo: ſed ipſe filius eſt verbum patris. Nunquid ergo per verbū loqueretur ad verbū an quia filius magnum ē verbū: minora verba tranſitura erunt inter patrē ⁊ filiū: ⁊ ſonus aliquis ⁊ quaſi creature quedam tpalis exitura erat ex ore patris ⁊ ꝑcuſſura aurem filij. Remoue oia corpalia: ſimplicitatē vide ſi ſimplex es: ſi non potes cōprehendere quid ſit deus: vel hoc cōprehende quid nō deus ſit multū proficies: ſi nō aliud ꝙ ē ſēſeris de deo. In mēte tua vide quod volo dicere: in qua video memoriam ⁊ cogitationē: demonſtrat memoria tua cogitationi tue carthaginem: ⁊ quod in illa erat: anteꝙ intenderes conuerſe ad ſe cogitationi oſtēdit Ecce facta eſt a memoria demonſtratio: facta ē in cogitatione viſio ⁊ nulla verba in medio cucurrerunt. Nullum ex corpore ſignum datum eſt: ſed tn̄ oia que in memoria tenes: forinſecus accepiſti. Pater que demonſtrat filio: ñ accepit extrinſecus: intus totū agitur: quia nihil creaturarum eſſet extrinſecus niſi pater hoc feciſſet per filium. ⁊ eam pater demonſtrando fecit: quia per filium vidētē fecit. Sic ergo demonſtrans pater filij viſionem gignit: quemadmodum pater filium gignit. Demonſtratō quippe generat viſionem: non viſio demonſtrationem. quod ſi purius ⁊ perfectius intueri valeremus: fortaſſis inueniremus nec aliud eſſe patrem: aliud eius demonſtrationem: nec aliud filium: aliud eius viſionem. HILA. vij. de trinita. Non igitur per ignorationem credendus eſt vnigenitus deus doctrina demonſtrationis eguiſſe. Demonſtratio enim operum nihil aliud hic nobis preterꝙ natiuitatis fidem ingerit: vt ſubſiſtentem filium ex ſubſiſtente deo patre credamus. AVG. Uidere enim patrem hoc eſt illi eſſe filium. Sic ergo demonſtrat pať omnia que facit filio: vt a patre videat omnia filius. Uidendo enim natus eſt: et ab eo eſt illi videre a quo eſt illi eſſe: et natum eſſe et permanere. HILARIVS. vij. de trinita. Neqꝫ autem incircumſpectum ſe celeſtis ſermo egit ne forte diuerſe nature ſignificatio ſub occaſione dicti ambigui ſubriperet. Demonſtrata enim potius opera patris eſſe ait domino ꝙ ad operationem eorum naturam virtutis adiectam vt demonſtratio ipſa natiuitas eſſe doceretur cui per dilectionem patris operum paternorum que per eum effici vellet: eſſet cognata cognitio.

AVGVSTI. Sed ecce quem diximus patri coeternum videntem patrem et videndo exiſtentem: rurſus nobis tempora nominat. Nam ſequitur: Et maiora his demonſtrabit ei opera: Si autem demonſtrabit: hoc ē demonſtraturus eſt: nondum demonſtrauit: et tunc filio demonſtraturus eſt quando et iſtis. Sequitur enim: Ut vos miremini. Et hoc difficile eſt videre quomodo tanquam temporaliter filio coeterno aliquando monſtret eternus pater omnia ſcienti que ſunt apud patrem.

Que ſint autem illa maiora facile eſt intelligere ex hoc qđ ſubditur: Sicut eni pater ſuſci. mor. ⁊c. Maiora eni opera ſunt mortuos ſuſcitare q̄ languidos ſanare: ſed q̄ paulo ante loquebatur vt deus: cepit loqui vt homo. Demõſtrabit eniꝫ quaſi tēporaliter homini facto in tēpore opa maiora. i. reſurrectionē corporū. Corpora enim reſurgēt per diſpenſationē hūanam: ſed anime reſurgent per ſubſtantiam dei. participatione enim dei fit anima beata: nō participatione beate anime. Quō enim anima que inferior deo eſt: id quod ipſa inferius eſt: hoc eſt corpus viuere facit: ſic eandem animam non facit beate viuere: niſi ꝙ ipſa anima ſuperius eſt. ſ. deus. vnde ⁊ prius dictuꝫ eſt ꝙ pater diligit filium ⁊ demonſtrat ei que ipſe facit. Demonſtrat enim pater filio vt anime ſuſcitentur: qꝛ per patrem ⁊ filium ſuſcitantur: nec poſſunt viuere niſi earū vita ſit deus: vel nobis pater demonſtraturus eſt non filii. propterea ſubiungit: Ut vos miremini. In quo expoſuit quid voluit dicere. Et maiora his demonſtrabit ei opera. Sed quare non dixit: Demonſtrabit vobis: ſed filio. quia ⁊ nos membra ſumus filij: ⁊ ipſe diſcit quodāmodo in membris ſuis: quomodo et patitur in nobis. ſicut enim dixit: Quod vni ex minimis meis dediſtis: mihi dediſtis: ita ſi interrogetur a nobis: Quando eris diſcens: cum tu doceas omnia. Reſpondet: Cum vnꝰ ex minimis meis diſcit ego diſco.

Sicut eni pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ſic ⁊ filius quos vult viuificat. Neqꝫ enim pater iudicat queq̄ꝫ: ſed omne iudiciū dedit filio: vt omnes honorificent filium ſicut honorificant patrē Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui miſit illum.

AVG. Quia dixerat ꝙ maiora his opera pater demonſtraturus eſt filio: que ſint maiora proſequitur ⁊ dicit: Sicut eni pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ſic ⁊ filius quos vult viuificat. Plane maiora ſunt iſta: valde. n. plus eſt vt reſurgat mortuus q̄ vt conualeſcat egrotus. Non autem ſic hoc intelligamus: vt alios a patre ſuſcitari: alios a filio eſtimemus: ſed eoſdem quos pater ſuſcitat ⁊ viuificat: ipſos ⁊ filius ſuſcitat ⁊ viuificat. Et ne quis diceret: Suſcitat pater mortuos per filiū: ille tanq̄ potens: iſte tanq̄ ex aliena poteſtate: tanq̄ miniſter facit aliquid. Poteſtatē filij ſignauit dicens: Filius quos vult viuificat. Tenete hic non ſolum poteſtatē filij: verum etiam ⁊ voluntatem. Eadem enim patris ⁊ filij poteſtas eſt ⁊ voluntas. non enim vult pater aliud q̄ filius: ſed ſicut illis vna ſubſtantia: ſic vna voluntas eſt. HILA. vij. ď trini. Uelle quidem nature libertas eſt: que ad ꝑfecte virtutis beatitudinem cuꝫ arbitrij voluntate in libertate ſubſiſtat. AVG. Sed qui ſunt iſti mortui: quos viuificat pater ⁊ filius. Uult nobis inſinuare reſurrectõnem mortuorum quam oēs expectamus: non illam quam quidā habuerunt vt ceteri crederent: reſurrexit enim lazarꝰ moriturus. Cum ergo dixiſſet: Sicut eniꝫ pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ne intelligeremus illam mortuorum reſurrectionem quam fecit ad miraculum non ad vitā eternam ſecutus ait: Neqꝫ eni pater iudicat queq̄ ⁊c. vt oſtēdat quia de illa reſurrectione mortuorum dixerat que futura eſt in iudicio. Uel aliter de reſurrectione animarum dictum eſt: Sicut pater ſuſcitat mortuos ⁊c. De reſurrectione autem corporum ſic dicit: Neqꝫ enim pater iudicat queq̄ ⁊c. Reſurrectio enim animarum fit per ſubſtantiam patris ⁊ filij: ⁊ ideo id ſimul operantur pater ⁊ filiꝰ reſurrectio vero corporum fit per diſpēſationem hūanitatis non patri coeternam. Sed vide quōmodo verbū chriſti mentem noſtram huc atqꝫ illuc ducit: vno carnis loco remanere non ſinit: vt verſando exerceat: exercēdo mundet: mundando capaces reddat: capacēs factos impleat. Paulo enim ante dicebat: quia demonſtrat pater filio quicquid facit: videbaꝫ quaſi patrem facientem ⁊ filiū expectantē mō rurſus video filiū facientē patrē vacātē.

AVG. primo de tri. Non eni quod dī: Oē iudiciū dedit filio: ſcḋm illā locutionē dictuꝫ ē qua dicitur: Sic dedit filio vitā hr̄e in ſemetipſo vt ſignificareꝫ qꝛ ſic filiū genuit Si eni ſic diceretur: non vtiqꝫ diceret. Pater nō iudicat queq̄. ſcḋm hoc eni ꝙ pater equalē genuit filiū iudicat cuꝫ illo. ſcḋm hoc ergo dictum ē ꝙ in iudicio non forma dei ſꝫ forma filij hoīs apparebit: non qꝛ nō iudicabit: qui dedit oē iudiciū filio: cum de illo dicat filius: Eſt q̄ querat ⁊ iudicet. ſed ita dictū eſt: Pater non iudicat queq̄: ac ſi diceretur: Patrē nemo videbit in iudicio: ſed oēs filiū: qꝛ filius hoīs eſt: vt poſſit ⁊ ab impijs videri. cū ⁊ illi videbūt in quē pupugerūt. HILA. vij. de tri. Uel aliť: qꝛ dixerat: Et filius quos vult viuificat: ne non natiuitatis videretur in ſe hr̄e naturā: ſed non nate potius ꝑtātiſ iure ſubſiſtere: continuo ſubiecit: Neqꝫ eni pater iudicat queq̄: ſꝫ oē iudiciū dedit filio. Et in eo ꝙ oē iudiciū datū eſt nature: natiuitas demonſtrat: quia ⁊ oīa hr̄e ſola natura poſſit indifferens: neqꝫ natiuitas aliquid poſſit hr̄e niſi datū ſit. CHRY. Sicut. n. dedit vitā. i. genuit eum viuēteꝫ ita dedit iudicium. i. genuit eum iudicē. Dedit eni: hic poſitum eſt ne hunc ingenitum ſuſpiceris neqꝫ duos pr̄es eſtimes. Dicit aūt: Omne iudiciū: quia dn̄s eſt ⁊ puniēdi ⁊ honorandi vt voluerit. HILA. vij. de tri. Datum eſt eni ei omne iudiciū: q̄a viuificat quos vult: neqꝫ adeptū patris iudiciū pōt videri cū ipſe non iudicet: quia filij iudiciū ex iudicio eſt paterno: ab eo enim datū omne iudicium eſt. Sed dati iudicij cauſa non tacita eſt. Sequitur enim: Ut oēs honorificent filium: ſicut honorificant patrem. CHRY. Ne eni audiens q̄m patrem habet auctorem: diſſimilitudinem ſubſtantie eſtimes ⁊ honoris minorationem: cōplicat honorē filij patris honori: eūdem oſtendens eſſe honorē patris ⁊ filij. Sed nunquid patrē eum dicemus: abſit. qui eni patrē eū dicit: non adhuc filium vt patrem honorat ſed totū cōfundit. AVG. Et prius quidē filius videbat vt ſeruus: pater honorabat vt deus: apparebit filius equalis patri. Ut omnes honorificent filium ſicut ho. pa. Sed quid ſi inueniunt qui prēm honorificant ⁊ non honorificant filiū: nō pōt fieri. vnde ſequitur. Qui nō honorificat filiū nō ho. pa. qui miſit il. Aliud eſt enim cū tibi cōmendat deus: qꝛ deus ē: ⁊ aliud cū tibi cōmendat deus: qꝛ pater ē. Cū tibi cōmendat deꝰ creator: tibi cōmendat oīpotens: ſpūs quidā ſummꝰ: eternus: inuiſibilis: incōmutabilis. Cum vō tibi quis pater ē cōmendatur: nihil tibi aliud q̄ filius cōmendat: qꝛ pater dici non pōt ſi filium non habet. Sed ſi forte patrē quideꝫ honorificas tanq̄ maiorē: filium tanq̄ minorē: ibi tollis honorem patris vbi minorē das filio. Quid eniꝫ tibi aliud videtur ita ſentienti: niſi quis pater equalē ſibi filium generare aut noluit: aut non potuit. Si noluit inuidit: ſi non potuit defecit. Uel aliť: Quod dī: Ut oēs honorificent filium ſicut honorificant patrē. redditū ē reſurrectōi aīarū quā ſic opatur filius ſicut pater. ſed ꝓpť reſurrectōnē corporū ſubdit: Qui nō honorificat filiū: nō honorificat patrē qui miſit illū. Non dixit ſic: Honoratur eni hō chriſtus: ſed non ſicut pater deus. Sed dicit aliq̄s: Miſſus eſt filius: ⁊ maior eſt pater: qꝛ miſit. Recede a carne miſſionē audi: non ſeꝑationem. Res hūane fallunt homines: res diuine purgant: q̄q̄ ⁊ ipſe res humane dicāt cōtra te teſtimoniū: velut ſiquis vxorē velit petere: ⁊ ꝑ ſe nō poſſet: amicū maiorē mittit qui eam petat. Et tñ attende ꝙ ſit aliud in rebus humanis. Nunquid enim hō pergit cum eo quem mittit: pater autem qui miſit filium non receſſit a filio cum dicat: Non ſum ſolus quia pater mecuꝫ eſt. AVG. iiij. de tri. Non autem eoipſo ꝙ de patre natus eſt: miſſus dicitur filius: ſed vel eō ꝙ apparuit huic mundo: verbum caro factum. vnde dicit: A pr̄e exiui et



veni in hunc mundū. Uel eo ꝙ ex tempore cuiuſq̄ mēte percipitur ſicut dictum eſt: Mitte illam vt mecū ſit ⁊ mecum laboret. HILA. vij. de trini. Concluſa igitur ſunt omnia aduerſum heretici furoris ingenia. Filius ē: quia a ſe nil facit. Deus eſt: quia quecunqꝫ pater facit: ⁊ ip̄e eadem facit: vnū ſunt: quia exequantur in honore. Non eſt pater ipſe: quia miſſus eſt.

Amen amen dico vobis: quia qui verbū meum audit: ⁊ credit ei qui miſit me: habet vitā eternam. Et in iudicium non venit: ſed tranſiet a morte in vitam.

GLO. Quia dixerat ꝙ filius quos vult viuificat: cōſequenter oſtendit qualiter ꝑ filium ꝑuenitur ad vitam dicens: Amen amen dico vobis: quia qui verbū meum audit ⁊ credit ei qui miſit me: habꝫ vitā eternā. AVG. Quādoquidē in audiendo ⁊ credendo vita eterna ē: multo magis in intelligendo. Sed gradus pietatis eſt fides: fidei fructus intellectus. Et non dixit mihi: Sed credit ei qui miſit me. Quare verbū audit tuū: ⁊ credit alteri quid voluit dicere: niſi quia verbū eius eſt in me. Et quid eſt. Audit verbū meū: non audit me. Credit autē ei qui miſit me: quia cū illi credit verbo eius credit: mihi credit: quia verbū patris ego ſum. CHRY. Uel non dixit: Qui audit ſermones meos ⁊ credit mihi. eſtimaſſent eni hoc eē tumorē ⁊ gloriationē verborū ſupfluā. Dicens aūt: Credit ei qui miſit me: ſuſceptibilē faciebat ſuū ſermonē. Ex duobus eni ſuū ſermonē ſuſceptibilē facit: ⁊ i hoc ꝙ prī creditur ab eo qui ipſum audit: ⁊ in hoc ꝙ multis bonis potietur. vnde ſequit: Et in iudiciū non venit. AVG. Sed quia ē hic? Erit quiſq̄ paulo apl̄o melior q̄ ait: Oꝫ nos exhiberi oēs ante tribunal xp̄i. Aliqñ ergo iudiciuꝫ pena dicit: aliqñ iudiciū diſcretio dī. Ergo ſcḋm iudiciū diſcretionis oꝫ nos oēs exhiberi ante tribunal xp̄i. Secundū iudiciū dānationis hic dī. In iudiciū non veniet id ē non veniet in dānatōnē. Sequitur: Sed trāſit a morte in vitā. Non nunc tranſit: ſed iam tranſijt a morte infidelitatis ad vitā fidei: a morte iniq̄tatis ad vitam iuſticie Uel aliter ne putares credendo te non moriturū ſecūdū carnē: ſcias te mortē quā debes ſupplicio adā ꝓſoliturū Accepit eni ille in quo tunc oēs fuimus morte morieris Nec potes euadere diuinā ſniam. Sed cum perſolueris mortē veteris hoīs: ſuſcipies vitā noui hoīs: ⁊ tranſituꝫ facies de morte ad vitā. Ad quā vitā? ad eternā. Reſurrecturi eni in fine ſeculi mortui in vitā eternā tranſibunt. vita eni iſta nec vita noianda eſt: quia non eſt vera vita: niſi que eſt eterna. AVG. de ver. do. Uidemus autem homines amatores p̄ntis vite: tꝑalis ac finiende: ſic pro illa laborare: vt qñ veniat mortis metus: q̄cquid pn̄t faciant: non vt auferant: ſed vt differant mortē. Si ergo tāto labore: tanta cura agitur vt aliquātulū plus viuat: quō agendū eſt vt ſemꝑ viuat: Et ſi prudētes dicunt: qui oībꝰ modis agunt: vt differāt mortē ⁊ viuant paucos dies: q̄ ſtulti ſunt qui ſic viuūt vt ꝑdant eternū diem.

Amen amē dico vobis: qꝛ venit hora ⁊ nūc eſt qñ mortui audiēt vocē filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Sicut eni pater habet vitam in ſemetipſo ſic dedit ⁊ filio habere vitam in ſemetipſo.

AVG. Poſſet aliquis dicere: Ex patre aliquis viuificatur cui credit: quid tu non viuificas? vide quia ⁊ filius quos vult viuificat. vnde dicit: Amen amen dico vobis: quia venit hora ⁊ nūc eſt qñ mortui audient vocē filij dei ⁊ qui audierint viuent. CHRY. Cum aūt dicat: Uenit hora ne forte longum ſuſpiceris tēpus addidit: Et nunc eſt. Sicut enim in reſurrectione futura vocem audientes precipientem ſuſcitabimur: ita ⁊ nunc fit. THE. Hoc eni dixit pro his quos a mortuis ſuſcitaturus fuit. ſ. filia archiſynagogi: filio vidue ⁊ lazaro. AVG. Uel aliter: Ne forte quia dixit. Tranſit de morte ad vitā: intelligamus hoc in futura reſurrectione: oſtendere volens quō tranſit qui credit: ſubiungit: Amen amen dico vobis: qꝛ venit hora. que hora? Et nunc eſt: quando mortui audient vocem filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Nō inquit: q̄a viuūt audiunt: ſed audiendo reuiuiſcunt. Quid eſt enim: audient: niſi obedient. Qui enim credunt ⁊ ſcḋm veram fidem agunt: viuūt ⁊ mortui non ſunt. Qui aūt vel nō credunt vel credunt male viuentes: et charitatem non habētes: mortui potius deputandi ſunt: ⁊ tamē adhuc agitur hora iſta ⁊ vſqꝫ ad finem ſeculi ipſa hora agitur: vt ioannes dicit: Nouiſſima hora eſt. AVG. de verbiſ dom. Quando mortui id eſt infideles audient vocem filij dei id eſt euangelium. Et qui audierint viuent: id eſt iuſtificabuntur: ⁊ infideles iam non erunt. AVG. ſuper Joannem. Sed queret aliquis: Habet filius vitaꝫ vnde viuāt credentes? Audi ipſum dicentem: Sicut enim habet pater vitam in ſemetipſo: ſic dedit et filio habere vitam in ſemetipſo. Uiuere quippe ſuum in illo eſt: non aliunde: non alienum eſt: non quaſi particeps ſit vite: que non eſt quod ipſe: ſed habet vitam in ſemetipſo: vt ipſa vita ſibi ſit ipſe. Quid tu? anima mortua eras. Audi patrem per filium: Surge vt in eo recipias vitam quam non habes in te. Qui habet vitaꝫ in ſemetipſo. ⁊ ſic agitur prima reſurrectio. Hec enim vita ꝙ pater ⁊ filius eſt: ad animam pertinet. Non enim vitam illam ſapientie ſentit corpus: ſed mens rationalis. HILA. in li. de ſynodis: Conciſi quidem heretici ſcripturarū auctoritatibus: hoc ſoluꝫ tribuere ſolent filio: vt patri tm̄ virtute ſimilis ſit. tollunt autem ei ſimilitudinem nature non intelligentes: non niſi ex nature ſimilitudine ſimilitudinem eſſe virtutis. neqꝫ enim aliquando inferior natura ſuperioris a ſe potioris qꝫ nature virtutem conſequitur. Non autem poteſt negari quin filius dei idem poſſit cum dixerit. Quecunqꝫ pater facit eadem ⁊ filius facit ſimiliter. ſed ſimilitudini virtutis nature ſimilitudo ſuccedit cum dixit: Sicut habet pater vitam in ſemetipſo: ita ⁊ filio dedit habere vitam in ſemetipſo. In vita nature ⁊ eſſentie ſignificatō eſt: que ſicut habetur: ita data eſſe docetur ad habēdum. Quod enim in vtroqꝫ vita eſt: id in vtroqꝫ ſignificatur eſſentia ⁊ vita que gignitur ex vita: id eſt eſſentia que ď eſſentia naſcitur: dum non diſſimilis naſcitur. ſ. quia vita ex vita ē: tenet in ſe originis ſue indiſſimilem naturam. AVG. xv. de trini. Intelligitur autem pater non ſine vita exiſtēti iam filio vitam dediſſe: ſed ita eum ſine tempore genuiſſe: vt vita quam pater filio gignendo dedit coeterna ſit vite eius qui dedit. HILA. vij. de trini. Quod eniꝫ ex viuo viuum natum eſt: habet natiuitatis perfectionem ſine nouitate nature. non enim nouum eſt quod ex viuo generatur in viuum: quia nec ex nihilo ad natiuitatem vita queſita eſt. ⁊ vita que natiuitatem ſumit ex vita: neceſſe ē per nature vnitatem et perfecte natiuitatis ſacramentum vt in viuente viuat et in ſe habeat vitam viuentem. Et q̄dem nature humane infirmitas ex diſparibus comparatur: ⁊ ex inanimatis continetur ad vitam: nec ſtatim i ea quod gignitur viuit: neqꝫ totum viuit ex vita: cum in ea multa ſint que ſine nature ſenſu cum excreuerint deſiccētur. In deo vero totum quod eſt viuit. Deus enim vita ē ⁊ ex vita non poteſt quicq̄ eſſe niſi viuum. AVG. Ergo quod dī: Dedit filio: tale ē ac ſi diceretur: Genuit filiū generando eni dedit. Quō dedit vt eſſet: ſic dedit vt vita eſſet in ſemetipſo: vt non aliunde vita indigeret: ſed ipſe eſſet plenitudo vite: vnde credentes alij viuerent dum viuerēt. Quid intereſt: qꝛ ille dedit: iſte accepit. CHRY. Uides indiſſimilitudinem in vno ſolo differentiam oſtēdentem in eſſendo: hunc quidem patrem: illum vero filium. HILA. de ſyno. Diſcernitur enim perſona accipientis et dantis. Non enim poteſt intelligi ipſe atque vnus a ſe accepiſſe qui dederit: quia alius eſt ibi viuens

alius profitens ſe viuere per auctorem.

Et poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij dei: ⁊ procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vite: qui vero mala egerũt in reſurrectionem iudicij.

TEO. Non ſolũ pater dedit filio q̄ viuificet: ſed etiaꝫ q̄ iudiciũ faciat. vnde dicit: Et poteſtatem dedit ei iudicium facere. CHRY. Cuius aũt gratia circa hoc continue vertitur iudiciũ dico ⁊ reſurrectionẽ ⁊ vitaꝫ: q̃m hec maxime omniũ ſunt que introducere poſſũt: ⁊ inflexibilẽ facere auditorẽ. Qui enim ꝑſuaſus eſt q̃m reſurget: ⁊ filio dabit noxas eorũ que deliquit. etſi nihil aliud viderit ſignũ hoc ſuſcipiens curret: benignũ ſibi iudicẽ faciens. Sequitur Quia filius hominis eſt: nolite mirari hoc. Paulus quidẽ ſamoſetanus non ita ait: ſed ſic: Dedit ei poteſtatem iudiciũ facere: quia filius hoĩs eſt. ſed nullã conuenientiã habet hoc dictũ ita. Non enĩ ꝓpterea ſuſcepit iudiciũ quia homo eſt: quia quis ꝓhibet omnes homines eſſe iudices: ſed quia ineffabilis dei filius eſt: ꝓpterea ⁊ iudex eſt. Ita igitur legendũ: Quia filius hoĩs eſt: nolite mirari hoc. quia. n. videbatur audientibus obſtare his que dicebantur: q̃m nihil plus eſtimabant eẽ chriſtũ q̄ purũ hominẽ. que vero dicebantur erant maiora q̄ ſm hominẽ: ⁊ etiã q̄ ſm angelũ: ⁊ erant ſolius dei. ideo hanc opionem ſoluens dixit: Ne miremini quia filius hoĩs eſt. ⁊ ſubdit cauſam q̄re non ſit mirandũ dicens: Quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij dei. Et cuius gratia non dixit: Ne miremini quia filius hoĩs eſt: etenĩ ⁊ ipſe filius dei eſt. Si reſurrectionẽ poſuit: quia. ſ. opus dicens quod dei ꝓpriũ erat: dat audientibus ex eo ſyllogizare de reliquo q̃m deus erat ⁊ dei filius. Etenim qui argumenta cõplicant: cũ partes ponentes nobiliꝰ demonſtrauerint: quod queritur multotiens non inducunt ipſi concluſionẽ: ſed clariorem facientes victoriam: dimittunt illi qui contradicit: vt pro eis ſententiam ferat. Igitur eius quidẽ que ſm lazarum reſurrectionis ſupra reminiſcens de iudicio tacuit: non enim ꝓpter iudicium ſurrexit lazarus. Uniuerſalem vero reſurrectionem inducens iudiciũ poſuit. vnde ſequitur: Et ꝓcedent qui bona fecerunt in reſurrectionẽ vite: qui vero mala egerũt: in reſurrectionẽ iudicij. Quia enĩ ſupra dixerat: Qui audit ſermonẽ meũ ⁊ credit ei qui miſit me in iudiciũ non venit vt non eſtimet quis q̄ credere ſufficit ad ſalutẽ adiecit hoc ⁊ de vita: dũ dicit: Et qui bona egerunt ⁊ qui mala egerũt

AVG. Uel aliter: Inquantũ erat verbuꝫ in principio apud deũ: dedit ei vitam habere in ſemetipſo: ſed qꝛ verbum caro factũ eſt ex virgine maria: homo factus filius hominis eſt. Et quia filius hominis ẽ: accepit poteſtatẽ iudicium facere: quod. ſ. erit in fine ſeculi. Et ibi erit reſurrectio corporũ mortuorũ. Animas ergo ſuſcitat deus per chriſtũ filiũ dei: corpora ſuſcitat per eundẽ filiũ hoĩs. vnde additur: Quia filius hoĩs eſt. Nam ſm q̄ dei filius ẽ ſp habuit. AVG. de ver. do. Ad iudiciũ enĩ forma hominis ventura ẽ: forma illa iudicabit que iudicata eſt. ſedebit iudex qui ſtabat ſub iudice. Dãnabit veros reos: qui factus eſt falſo reus. rectũ enĩ erat vt iudicandi viderent iudicẽ: iudicandi aũt erant boni ⁊ mali: reſtabat vt in iudicio forma ſerui ⁊ bonis ⁊ malis oſtenderet: forma dei ſolis bonis ſeruaretur. Beati enĩ mũdo corde q̃m ipſi deum videbunt. AVG. ſuper Jo. Oẽs aũt qui inſtituerũt alicuius ẽt falſe religionis ſectã negare reſurrectionẽ mentiũ non potuerunt: ſed multi carnis reſurrectõnẽ negauerũt: ⁊ niſi tu dñe ieſu dixeris eam: quid opponemus cõtradictoribus. Ad ipſam igitur oſtendendã ſubdit: Nolite mirari hoc. ſ. q̄ dedit poteſtatem filio hoĩs iudiciũ faciendi: quia venit hora. AVG. de verbis do. Hic non addit: Et nunc eſt: quia iſta hora in fine ſeculi erit: Nolite itaq̄ mirari quia dixi: Oportet homines ab hoĩe iudicari. ſꝫ quos homines: non ſolũ quos inueniet viuos. vñ ſequitur Quia venit hora in qua oẽs qui in monumentis ſunt.

AVG. ſuper Jo. Quid euidentius: corpora ſunt i monumentis non anime. Superius etiã cũ diceret: Ueñit hora. ⁊ adderet: Et nũc eſt. ſubiecit. q̃m mortui audiẽt vocẽ filij dei. Non dixit: Omnes mortui. mortuos enĩ iniquos voluit intelligi: ſed non oẽs iniqui obediunt euangelio. At vero in fine omnes qui ſunt in monumentis audient vocem eius ⁊ procedent: noluit dicere: Et viuent. qd ſupra dixit: vbi vitã eternam: intelligi voluit ⁊ beatã quaꝫ non oẽs habebunt qui de monumentis procedent. Accepiſti certe poteſtatẽ iudicandi: quia filius hoĩs es. Reſurgent corpa ô ipſo iudicio: dic aliquid: ⁊ hoc audite. Qui bona fecerunt in reſurrectionẽ vite viuere. ſ. cum angelis dei. Qui male egerunt: in reſurrectionẽ iudicij. Hic iudicium pro pena poſuit.

Non poſſum ego a meipſo facere quicq̃ꝫ: ſꝫ ſicut audio iudico: ⁊ iudicium meum iuſtum eſt: quia non quero voluntatem meam: ſed voluntatem eius qui miſit me patris.

AVG. Dicturi eramus xp̄o: Tu iudicabis: ⁊ pr̃ nõ iudicabit: nõne ergo ſm patrẽ iudicabis. Et iõ adiecit: Nõ poſſum ego a me facere quicq̄. CHRY. Hoc ẽ: nõ extraneũ neq̄ diſſimile his que vult pater: a me fieri videbitis: ſed ſicut audio iudico. In quo nihil aliud oñdit q̄ q̃m impoſſibile eſt eũ aliquid aliud velle q̄ quod pr̃ vult hoc eſt ita iudico ac ſi ipſe pater eẽt q̄ iudicaret. AVG. Cum ageret de reſurrectione animaꝝ nõ dicebat: audio ſed video. audio enĩ nunc dicit tanq̄ precipientis patris imperiũ. Jam ergo ſicut hõ loquitur quo maior eſt pat̃.

AV. in ſer. contra arrianos: Uel aliter dicit filius: Sicut audio iudico: ſiue ex hũana ſubiectione: quia filiꝰ hominis eſt: ſiue ſcdm illam incõmutabileꝫ ſimplicemq̄ naturam que ſic eſt filij: vt tamen ei de patre ſit. In qua natura non eſt aliud audire: aliud videre: aliud eſſe. Uñ ab illo eſt ei audire ⁊ videre a quo illi eſt ipſum eſſe: et ideo ſicut audit iudicat: quia ſicut genitum eſt verbum: vt idẽ verbum ſit veritas: ita ſcdm veritatem iudicat. Sequitur: Et iudicium meum iuſtum eſt. quia non quero voluntatem meam: ſed voluntatem eius qui miſit me patris. hoc enim dicens ad illum hominem voluit referre intentõnẽ noſtram: qui voluntatem ſuam querendo non eius a quo factus eſt: non habuit iuſtum iudicium de ſeipſo: ſꝫ iuſtũ iudiciũ habitum eſt de ipſo. Ipſe quippe faciens volũtatem ſuam: non dei moriturum ſe eſſe nõ credit: ſed ⁊ hoc iudicium eius iuſtum non fuit. Deniq̄ fecit ⁊ mortuus ẽ: quia iudicium dei iuſtum eſt: quod iudicium facit dei filius: non querendo voluntatem ſuam: cum ſit etiam hominis filius: non quia ipſius in iudicando nulla voluntas eſt: ſed quia non ita eſt voluntas eius propria vt ſit a voluntate patris aliena. AVG. ſuper ioan. Nõ ergo quero voluntatem meam propriam. i. filij hominis que reſiſtat deo. faciunt enim homines voluntatem ſuam nõ dei quando faciunt quod volunt: non quod iubet deus. Qñ autem ita faciunt: quod volunt: vt tamen ſequantur volũtatem dei: non faciunt voluntatem ſuam. Uel ideo dic filius: Non quero voluntatem meam. quia chriſtus non ẽ de ſe: ſed de patre ſuo eſt. CHRY. Oſtendit enim non aliam eſſe patris voluntatem preter ſuam: ſed vnam vtriuſq̄. Si vero humanius hoc loquitur: Ne mireris. Hominem enim purum adhuc eum eſtimabant. Inde igitur ſuum iudicium iuſtum eſſe dixit. vnde quilibet alius excuſans dixiſſet. qui enim ſua vult ſtatuere in ſuſpitioneꝫ deueniet de corruptione iuſticie. qui vero non ſuis inituꝫ quam occaſionẽ habebit vt iniuſta iudicet. AVG. Filiꝰ vnicus dicit non quero voluntatem meam: et homines volunt facere voluntatem ſuam. Faciamus ergo volũtatẽ



voluntateꝫ patris: chriſti ⁊ ſpiritusſancti: quia hoꝝ vna voluntas: vna poteſtas ⁊ vna maieſtas eſt.

Si ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo: teſtimonium meum nõ ẽ verũ. Alius ẽ qui teſtimoniũ perhibet de me: ⁊ ſcio quia verum eſt teſtimoniuꝫ eius quod perhibet de me. Uos miſiſtis ad ioannem: ⁊ teſtimonium perhibuit veritati. Ego autẽ nõ ab homine teſtimoniũ accipio: ſed hec dico vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens ⁊ lucens: Uos autẽ noluiſtis ad horam exultare in luce eiꝰ. Ego autẽ habeo teſtimoniũ maius ioãne. Opera enim que dedit mihi pater vt perficiã ea: ipſa opera que ego facio teſtimoniũ perhibẽt de me: quia pater miſit me. Et qui miſit me pater ipſe teſtimonium perhibuit de me. Neq̄ vocem eius vnq̃ꝫ audiſtis: neq̄ ſpecieꝫ eius vidiſtis. Et verbũ eius nõ habetis in vobis manẽs: quia quẽ miſit ille: huic vos non creditis. Scrutamini ſcripturas: qa vos putatis in ipſis vitam eternam habere. Et ille ſunt que teſtimonium perhibent de me: ⁊ non vultis venire ad me vt vitam habeatis.

IOANNES CHRY. Quia chriſtus magna de ſe enunciauerat: quorũ demonſtratio non erat dicta ad confirmationeꝫ eorũ que dicta ſunt: oppoſitionẽ eorum inducit dicens: Si ego teſtimoniũ perhibeo de me: teſtimonium meũ non eſt verũ. Quis aũt non ſtatim turbabitur. chriſtum audiens hoc dicentẽ. Etenim in multis locis apparet ſibi ipſi teſtatus. Si igitur omnia hec falſa ſunt que nobis erit ſpes ſalutis. Unde veritatẽ inueniemus: cum ipſa veritas dicat: Teſtimoniũ meũ nõ ẽ verũ. Hoc igitur qd dicit: Non ẽ verũ: nõ quãtũ ad dignitatẽ ſuã: ſed quãtum ad illorũ ſuſpitionẽ loquebatur. Poterant enim ei iudei ſubinferre: quoniã tibi nõ credimꝰ. Nullus enim vnq̄ ſibi teſtans dignꝰ eſt fide. Deĩde poſt oppoſitionẽ alias dat reſponſiones manifeſtas ⁊ irrefragabiles: tres inducẽs teſtes eorũꝫ que dicta ſunt: opera que ab ipſo ſunt facta: patris teſtimoniũ ⁊ ioannis predicationem: ⁊ ponit priorem minorẽ: eã. ſ. que ioãnis. vnde dicit. Alius eſt qui teſtimoniũ perhibet de me: ⁊ ſcio quoniã verũ ẽ teſtimonium eius quod perhi. de me. AVG. Nouerat enim ipſe verum eſſe de ſe teſtimoniũ ſuũ: ſed propter infirmos et propter incredulos querebat ſol lucernas: fulgoreꝫ quippe ſolis lippitudo eorũ ferre non poterat: ideo queſitꝰ eſt ioannes qui teſtimoniũ perhiberet veritati. Martyres nonne teſtes ſunt chriſti: vt teſtimoniũ perhibeant veritati. Sed ſi diligentius inſpicimꝰ: quãdo martyres ꝑhibẽt illi teſtimoniũ: ipſe ſibi perhibet teſtimoniũ. Ipſe. n. habitat in martyribꝰ: vt perhibeant teſtimoniũ veritati. ALCVI. Uel aliter: quia chriſtꝰ deus erat ⁊ homo: vtriuſq̄ nature proprietatẽ oſtendit: aliquãdo loquẽs ſm hoc qd ex hoibꝰ aſſumpſit: aliqñ ſm maieſtatẽ diuinitatis. Quod ergo ait: Si ego teſtimoniũ perhi. ⁊c̃. ex parte humanitatis ẽ accipiẽdũ. ⁊ ẽ ſenſus: Si ego homo de me perhibeo teſtimoniũ. ſ. abſq̄ deo teſtimoniũ meũ non ẽ verũ. vnde ſequitur. Alius ẽ qui teſtimoniũ perhibet de me. Pater enĩ teſtimoniũ perhibet de chriſto: qꝛ in baptiſmo vox patris audita ẽ: ⁊ in monte tranſfigurato chriſto. Sequitur: Et ſcio qꝛ verũ ẽ teſtimoniũ eiꝰ. Deus enim veritas ẽ: ergo teſtimoniũ veritatis quid aliud põt eẽ q̄ verũ. CHRY. Sꝫ ſm priorẽ intellectũ poſſent illi dicere: Si non eſt verum teſtimonium tuũ: quomodo dicis quoniã noui q̄ verum ẽ teſtimoniũ ioannis. vnde ad eorũ ſuſpitionẽ reſpondet dicens: Uos miſiſtis ad ioãnẽ ⁊ teſtimo. perhi. veritati. q. d. Nõ miſiſſetis ad ioannẽ ſi eũ dignũ fide non opinaremini. Et quod vtiq̄ maius ẽ: non miſerunt ad eũ interrogandũ de chriſto ſed de ſeipſo. Qui enim miſſi ſunt nõ dixerunt: Quid dicis de chriſto. ſed tu quis es. quid dicis de teipſo. ita magnã de homine admirationẽ habebãt. ALCVI. Ille aũt teſtimoniũ perhibuit: non ſibi ſed veritati: ſicut amicus veritatis veritati chriſto teſtimoniuꝫ perhibuit. Non aũt dñs refellit teſtimoniũ ioannis quod vere neceſſariũ fuit: ſed oſtendit non ita debere homines in ioannẽ intendere: vt iã non putẽt ſolum chriſtum ſibi eſſe neceſſariũ. vñ ſubdit: Ego aũt non ab ho. teſti. accipi.

BEDA. Quia non indigeo. Joannes aũt vtiq̄ teſtimonium perhibuit: non tñ vt chriſtꝰ creſceret: ſed vt homines ad ipſius cognitionẽ promoueret. CHRY. Teſtimonium etiã ioannis dei teſtimoniũ erat: ab illo eniꝫ diſcens dixit qd dixit. ſed ne dicant: Unde manifeſtũ ẽ q̄ a deo didicit quod didicit: eorũ ſuſpitionẽ correxit dicens: Sed hoc dico vt vos ſalui ſitis. quaſi diceret: Ego quidẽ deꝰ exiſtens non indigebã huiuſmodi teſtimonio humano: qꝛ vero ei magis attendiſtis ⁊ eum magis omnibꝰ fide dignũ putatis: mihi aũt neq̄ miracula facienti credidiſtis: propter hoc vobis cõmemoro teſtimoniũ illius. vt eniꝫ non dicant: Quid igitur ſi ille dixit: Nos aũt nõ ſuſcepimꝰ oſtendit quoniã non acceptauerunt que ab eo dicta ſunt. vnde ſequitur: Ille erat lucerna ardẽs ⁊ lu. vos aũt no. ad ho. exul. in lu. eiꝰ. Hoc aũt quod dicit: Ad horã: facilitatẽ credendi oſtendit: ⁊ quãcito ab eo reſilierunt: quod ſi nõ feciſſent: cito eos ad ieſum manuduxiſſet. vocando autem eũ lucernã: oſtendit quoniã nõ ex ſe habebat lumẽ: ſed a ſpiritusſancti gratia. ALCVI. Joannes eniꝫ erat lucerna illuminatus a chriſto luce: ardens fide ⁊ dilectione: lucẽs verbo ⁊ actione qui premiſſus eſt vt inimicos chriſti confunderet: ſm illud: Paraui lucernam chriſto meo: inimicos eius induã confuſione. CHRY. Ad ioannẽ igitur vos duco nõ quaſi illius indigens teſtimonio: ſed vt vos ſaluemini. nã habeo maius teſtimoniũ ioanne. ⁊ hoc eſt quod ſequitur: Ego autem habeo teſtimoniũ maius ioãne. hoc aũt ẽ quod ẽ ab operibus. vnde ſequitur: Opera enim que dedit mihi pater vt perficiã ea: ipſa opera que ego fa. teſti. perhi. de me qꝛ miſit me pater. ALCV. Qd enim cecos illuminat: aures apperit: ora mutorũ reſoluit demonia fugat: mortuos ſuſcitat: opera hec teſtimonium perhibent de chriſto. HILA. vij. de trinita. Unigenitꝰ eniꝫ deus nõ nominis teſtimonio tñ: ſed etiã virtutis docet eẽ ſe filiũ. opera. n. eius que facit teſtantur eum a patre miſſum. Itaq̄ filij obedientiaꝰ ⁊ paterna auctoritas docentur in miſſo. Sed qꝛ opera non ſufficiũt in credibilibꝰ ad teſtimoniũ ſequitur: Et qui miſit me pater: ipſe teſtimoniũ perhibet de me. Reuoluite euangelica volumina ⁊ oẽ eorum opus recenſete: nullũ aliud patris de filio teſtimoniũ extat in libris q̄ q̄ hic ſit filius ſuus. Quid infertur hodie calũnie vt adoptio nominis ſit: vt mendax deus ſit vt nomina inania ſint. BED. Miſſio aũt incarnatio eiꝰ debet intelligi. Deniq̄ oſtendit q̄ deus incorporeꝰ ſit: ⁊ q̄ corporalibus ⁊ viſibilibꝰ oculis videri non poſſit. vnde ſequitur: Neq̄ vo. eius vn. au. neq̄ ſpeciem eius vidi.

ALCV. Poſſent enim iudei dicere: Nos ſoliti ſumꝰ vocem domini audire in ſyna: ⁊ eũ vidimus in ſpecie ignis. Si ergo deus perhibet teſtimoniũ de te: nos intelligeremus vocem domini. Contra hoc dicit: Ego habeo teſtimoniũ a patre quãuis non intelligatis: qꝛ vos nunq̄ audiſtis vocẽ eius: neq̄ ſpeciem eius vidiſtis. CHRY. Quomodo ergo moyſes dicit: Si facta eſt aliquãdo huiuſmodi res vt audiret populus vocem dei loquentis de medio ignis: ſicut tu audiſti ⁊ vidiſti: vidiſſe etiam eũ dicuntur Iſaias ⁊ alij plures. Quid ergo ẽ quod nunc ait chriſtus. In philoſophicum eos ducit dogma: paulatim oſtendens quoniã neq̄ vox circa deũ ẽ: neq̄ ſpecies: ſed ſuperior ⁊ figuris ẽ ⁊ loquelis talibus. Sicut enim dixit neq̄ vocem eius audiſtis. Propter hoc non indicat q̄

vocē cīuitat:ſed nō audibilē ita dicens. Neqꝫ ſpe.eiꝰ vi. non hoc dicit: ꝙ ſpeciem ſenſibilē habeat ⁊ viſibilē: ſed qm̄ nihil hoꝝ ē circa deū. ALCV. Nō.n. carnalibus auribus: ſed ſpūali intelligentia ꝑ grām ſpūſſancti audiri pōt. Non ergo vocē ſpiritalē audierāt: qm̄ eum amare ⁊ ꝑceptis eius obedire nolebant. neqꝫ ſpeciē eius viderūt: q2 nō exterioribus oculis videri pōt ſed fide ⁊ dilectione. CHRY. Sed neqꝫ poſſibile erat eis dicere: ꝙ precepta eius ſuſcepiſſent ⁊ ſeruarent: ideoqꝫ ſubiungit: Et vbū eius nō hētis in vobis manēs. i. precepta dei legē ⁊ ꝓphetas: ⁊ ſi enim ea deus cōſtituit: ſed apud voſ nō ſūt. ſi eni ſcripture vbiqꝫ docēt vt mihi credatis: voſ aūt nō creditis: manifeſtū ē ꝙ ſmo eius deficit a vobis. Et ꝓpter hoc ſubdit: Quia quē miſit ille huic vos non creditis. ALCVI. Uel aliter: Uerbū quod ī pricipio erat nō hñt in ſe manens: qui verbum dei gō audiunt ⁊ memoria tenere ⁊ opere implere contemnūt. dixerat igit ſe habere teſtimoniū a ioanne: ab operibus: a patre: addit ⁊ teſtimonium a lege que data eſt per moyſen dicens Scrutamini ſcripturas in quibus putatis vitā eternam habere: ⁊ ille ſunt que teſtimonium ꝑhibent de me. q. d. Uos qui in ſcripturis putatis vitā eternā hēre: ⁊ me quaſi cōtrariū moyſi repudiatis: teſtimonio ipſiꝰ moyſi: me eſſe deū intelligere poteſtis: ſi ipſas ſcripturas diligēter inueſtigatis. Oīs eni ſcriptura teſtimoniū ꝑhibet de chriſto: ſiue ꝑ figuras: ſiue ꝑ ꝓphetas: ſiue ꝑ angelorum myſteria. Sed his iudei de xp̄o non crediderunt: ⁊ ideo vitā eternā habere non poſſunt. vñ ſequit: Et nō vultis ve. ad me vt vi. ha. q. d. Scripture ꝑhibēt teſtimoniū. Et tñ ꝑ tot teſtimonia nō vultis venire ad me. i. nō vultiſ mihi credere ⁊ a me querere verā ſalutē. CHRY. Uel aliī pōt ꝯtinuari: Poſſent illi dicere: Qualiter ſi vocē eiꝰ nō audiuimꝰ: deus tibi teſtatꝰ ē: ⁊ iō dicit: Scrutamini ſcripturas: oñdens ꝙ ꝑ has teſtatus ē deus de eo. etenim ī iordane teſtatus ē ⁊ ī mōte: Sꝫ vocē quidē ſcāꝫ ī mōte nō audierunt: factā aūt ī iordane audierūt ſꝫ nō attenderūt. Propterea mittit eos ad ſcripturas dicēs: oñdens qm̄ ⁊ patris teſtimoniū illic ē. Nō aūt ad lectionē ſimplicē ſcripturaꝝ: ſꝫ ad ſcrutationē exquiſitaꝫ eos mittebat q2 ea que de eo dicebant in ſcripturis: deſuꝑ obumbrabant neqꝫ ī ſuꝑficie exprimebant: ſed velut quidā theſaurus recondebant. Nō dicit aūt ꝗbus hētis vitā eternaꝫ ſed in quibus eſtimatis vos hēre: oñdens qm̄ non capiebāt magnū fructū ⁊ nobilē ex ſcripturis ſola lectiōe eſtimātes ſe ſaluari cū fide cēnt priuati. Propter qͦd ſubdit Et nō vultis ve. ad me. q2 ei credere nolebāt. BED. Quō aūt venire ꝓ credere ponat pſalmiſta oñdit dicens. Accedite ad eū ⁊ illuminamini. Subdit aūt: Ut vitā hēatis Si eniꝫ aīa que peccat morit: ⁊ ipſi aīa ⁊ mente mortui erāt. Promittebat ꝗ illis vitā aīe vel felicitatis eterne.

Claritatem ab hoibus non accipio: ſed cognoui vos: quia dilectionē dei non habetis ī vobis. Ego veni in noīe pr̄is mei: ⁊ ñ accepiſtis me Si alius venerit in noīe ſuo: illū accipietis. Quō vos poteſtis credere qui gloriam ab inuicem accipitis: ⁊ gloriā q̄ a ſolo deo eſt nō queritis: Nolite putare quia ego accuſaturus ſum vos apud patrem. Eſt qui accuſat vos moyſes in quo vos ſpatis. Si eni crederetis moyſi crederetis forſitā ⁊ mihi. De me eni ille ſcripſit: Si autem illius litteris ñ creditis: quomodo verbis meis credetis?

CHR. Quia dñs ſupra meminit ⁊ ioānis ⁊ teſtimonij dei: ⁊ opeꝝ ſuoꝝ vt eos ad ſeipm̄ attraheret: ꝓbabile erat multos ſuſpicari ꝙ hec diceret: glīā hoīuꝫ amās ⁊ ideo cōtra hoc dicit: Claritatē ab hoīe accipio: hoc eſt non indigeo. Non enim eſt mea natura talis: vt indigeat que ab hominibus eſt gloria. Si enim ſol a lucerne lumine non recipit adiectionem: multomagis ego humana gloria non indigeo ALCV. Uel claritatē ab hominibus non accipio. i. laudem humanam non quero. nō. n. veni vt honorem ab hominibus acciperem carnalē: ſed honorem hominibus darem ſpiritualem. Nō ergo ideo hoc loquor: vt gloriam meam queraꝫ: ſed condoleo vobis errantibus: ⁊ volo vos reducere ad viam veritatis vnde dicit: Sed cognoui vos: q2 dilectionem dei nō habetis in vobis. CHRY. q. d. Ideo hoc dixi: vt conuicā vos: qm̄ ꝓpter amorem dei me nō ꝑſequimini. Etenī ipſe teſtat mihi ⁊ ꝑ opera ⁊ ꝑ ſcripturas. Oportebat igit vt ſicut ⁊ me abijciebatis eſtimātes eſſe deo ꝯtrariū: ita nunc ad me veniretis: ſi deū amaretis: ſed non amatis. Non aūt ab his ſolum: ſed etiā a futuris hoc oñdit dicēſ Ego veni in noīe patris mei: ⁊ non accipitis me. Si aliꝰ ve. in no. ſuo: illū accipietis: Ideo dicit ſe in noīe patris veniſſe: vt oēm abſcidat occaſionē indeuotionis. ALCVI. Ac ſi dicat: ideo veni in mundū: vt per me glorificet nomen patris: q2 patri oīa attribuo. Dilectionē ergo dei non hēbāt q2 nolebāt eū recipere q̄ pr̄is venerat facere voluntatem. Antichriſtus autem veniet in nomine nō pr̄is ſed ſuo: vt ñ gloriā patris: ſed ſuā querat. Quia enim iudei noluerunt recipe xp̄m: pena peccati huiꝰ cōgruet: vt recipiāt antichriſtū: vt q̄ noluēt credere veritati: credāt mēdacio. AVG. de verbis do. Sed audiamꝰ ⁊ ioannem: Audiſtis q2 antichriſtus venit: ⁊ nunc antichriſti multi facti ſunt. Quid aūt expaueſcis in antichriſto niſi q2 nomen ſuum honoraturus ē: ⁊ nomen dñi cōtempturus? Quid aliud facit qui dicit: Ego iuſtifico: niſi boni fuerimus: periſtis? Ergo vita mea ex te pendebit: ⁊ ſalus mea ex te religabitur: ita ne oblitus ſim fundamentū meum: nōne petra erat xp̄s? CHRY. Sic igitur irrefragabilē indeuotionis eoꝝ pōſt demōſtrationē. q. d. Si vt amātes deū me ꝑ ſe querimini: multomagis ī antichriſto hoc vos facere oporteret. Ille enim non dicit ſe a patre miſſum: neqꝫ ſm̄ voluntatē illius venire: ſed econtrario ea que ſibi non congruūt rapiens ſuper oīa deum ſe eſſe dicet. Manifeſtum ē igitur ꝙ liuoris perſecutio erat qua xp̄m perſequebātur: ⁊ odiū in deum. Deinde cauſaꝫ eoruꝫ infidelitatis ponit dicēs: Quō vos poteſtis cre. q̄ gloriam ab inuicē acci. ⁊ glo. que a ſolo deo eſt non queritis? Hinc. n. rurſus oñdit: quoniam non que dei ſunt intendebant: ſed propriam volebant paſſioneꝫ defendere ALCVI. Magnum igitur vitium ē iactantia: ⁊ hūane laudis ambitio: que de ſe vult eſtimari: quod de ſe non habet. Ideo enim non poſſūt credere quia ſuperba mēs eorum laudari deſiderat: ⁊ ſe ſuꝑ alios efferre. BED. Hoc aūt vitiū melius caueri non pōt: q̄ꝫ vt ad conſcientias noſtras redeamus: noſqꝫ puluerem eſſe conſideremus: ⁊ ſi quid nobis boni ineſſe deprehendimus: nō nobis ſed deo aſcribamus. Inſtruimur etiam vt ſemꝑ nos tales exhibeamus: quales ab alijs videri deſideramus Deniqꝫ poſſent ipſi reſpōdere. Ergo accuſabis nos apō patrem: Et ideo eoꝝ queſtionē ꝑueniens ſubdit: Nolite putare q2 ego accuſaturus ſuꝫ vos apud patrē. CHR. Quia. ſ. non veni dānare ſed ſaluare. Eſt qui accu. vos Moyſes in quo vos ſperatis. Sicut enim ō ſcripturis ſupra dixit. In quibus putatis vitam eternam habere: ita ⁊ de moyſe ait: in quo vos ſperatis: ex proprijs eos vbiqꝫ capiens. Sed dicent: qualiter nos ille accuſabit quid tibi ⁊ moyſi cōmune: qui ſabbatuꝫ ſoluiſti: ⁊ iō ſubdit: Si enim crede. moyſi: crederetis for. ⁊ mihi. De me enim ille ſcripſit hec ex ſuperioribus cōſtitutionem hñt cum enim in confeſſione deductum ſit: ꝙ a deo veni: ab operibus: a vocē ioannis: a patris teſtimonio: manifeſtum eſt ꝙ moyſes eos accuſabit. Etenim dixit: Siquis venerit ſigna faciens ⁊ ad deum ducens: ⁊ futura predicens cū veritate: oportet ei obedire. Chriſtus auteꝫ hec omnia



omnia fecit nec ei crediderūt. ALCV. Forſitā aūt more nr̄o poſuit: nō q2 dubitatio ſit in deo. Scripſit autē de chriſto moyſes dicēs: Prophetā vobis ſuſcitabit deꝰ de fratribꝰ veſtris tanq̄ meipſuꝫ audietis. AVG. Contra fauſtū: Sed ⁊ oē qͦd ſcripſit moyſes de chriſto ē. i. ad chriſtū diuino ptinet: ſiue ꝙ eū figuris rerū vel geſtarū vel dictarū prenūciet: ſiue ꝙ eius gratiā gloriāqꝫ cōmēdet. ſequitur: Si aūt illius litteris nō creditis: quō verbis meis cre. THEO. q. d. ipſe ēt ſcripſit ⁊ apud vos libros reliquit vt ſi forte obliuiſceremini: de facili recordari poſſitis: ⁊ cū ſcriptis nō credidiſtis: quō verbis meis non ſcriptis credetis? ALCV. Ex hoc etiā colligitur: q2 q̄ legis precepta q̄ rapinā ⁊ alia mala prohibēt: ⁊ iplere negligūt dicta euāgelij q̄ ꝑfectiora ⁊ ſubtiliora ſūt iplere nō valēt. CHRY. Et quidē ſi attenderent his que dicebantur: oportebat q̄rere ⁊ ab eo diſcere q̄ ſūt illa q̄ moyſes de eo ſcripſit ſed ſilēt. Tale. n. ē nequicia: vt q̄cq̄d dicat alius vel faciat: maneat propriū venenū conſeruans. CA. VI.

Poſt hec abijt ieſus trās mare galilee: qͦd ē tyberiadis. Et ſequebat eū multitudo magna: q2 videbāt ſigna q̄ faciebat ſuꝑ his q̄ īfirmabātur. Subijt ergo ī mōtē ieſus: ⁊ ibi ſedebat cū diſcipulis ſuis. Erat aūt ꝓximū paſcha dies feſtꝰ iudeorū. Cum ſubleuaſſet ergo oculoſ ieſus: ⁊ vidiſſet: q2 multitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippū: Unde ememus panes vt māducēt hi? Hoc aūt dicebat tentans eū. Ipſe eniꝫ ſciebat qd eēt facturus. Reſpondit ei philippus: Ducētoruꝫ denariorum panes nō ſufficiūt eis: vt vnuſquiſqꝫ modicū qd accipiat: Dicit ei vnꝰ ex diſcipuliſ eius andreas frater ſimonis petri: Eſt puer vnꝰ hic qui habet quiqꝫ panes ordeaceos ⁊ duos piſces: Sꝫ hec qd ſūt iter tātos? Dicit ergo ieſus Facite homines diſcūbere: Erat aūt fenum multū ī loco. Diſcubuerūt ergo viri numero quaſi quinqꝫ milia. Accepit ergo ieſus panes ⁊ cū gratias egiſſet diſtribuit diſcūbētibꝰ. Similiter ex piſcibꝰ quātū volebat. Ut aūt ipleti ſūt dixit diſcipulis ſuis: Colligite que ſuperauerūt fragmenta ne pereant. Collegerunt ergo: ⁊ impleuerūt duodeciꝫ cophinos fragmentorū ex quinqꝫ panibus ordeaceis ⁊ duobus piſcibꝰ que ſuꝑfuerūt his q̄ māducauerāt. Illi ergo hoīes cū vidiſſent qͦd ieſus fecerat ſignū dicebāt: Quia hic ē vere propheta qui venturus eſt in mundum.

CHRYS. Sicut iacula cū in durū aliquid inciderint: cū multo impetu iaciuntur: cū aūt nō habuerint aliquid obuiā: diſſoluit cito immiſſio ⁊ quieſcit: ita ⁊ ſi cū audacibꝰ hoībꝰ ipetuoſe inceſſerimꝰ ſeuiunt magis. Si aūt ceſſerimus facile mollimꝰ eorū inſaniā. Propterea chriſtꝰ furorē ex premiſſis ſermonibꝰ natū ſecedēdo mitigauit: in galileā vadēs: nō tñ loca vñ in hieruſalē aſcenderat nō eniꝫ in chana galilee: ſꝫ vltra mare iuit. vñ ꝯit: Poſt hec abijt trās mare galilee quod ē tyberiadis. ALCVI. Hoc mare pro diuerſitate locorū diuerſis noībꝰ vocat: ſꝫ quātū ad pn̄tē locū: mare galilee propter prouinciā: tyberiadis aūt a ciuitate dī. Mare aūt dicit: nō q2 ſit amara aqua: ſꝫ iuxta hebraicū modū oiuꝫ congregationes aquarū maria vocātur: Qͦd mare dñs ēt frequēter trāſit vt populis ibi manētibꝰ verbū ꝑdicationis ipendat. THE. Trāſit. n. de loco ad locū ꝓbādo populi volūtatem: ⁊ auidiores homines vniuſcuiuſqꝫ ciuitatis: ⁊ ſollicitiores reddēs vnde ſequitur: Et ſeque. eū mul. ma. q2 vide. ſig. que fa. ſuper his q̄ īfirmabātur. ALCVI. Scilicet ꝙ cecos illuminabat: ⁊ alia huiuſmodi. Et ſciēdū ē ꝙ quoſcūqꝫ in corpore ſanabat: eos parit reformabat ī aīa. CHRY. Tāta aūt doctrina potiētes a ſignis magis mouebāt: ꝙ groſſioris mētis erāt. Signa. n. vt ait paulus nō ſūt data fidelibꝰ ſed infidelibus. Sapientiores aūt erāt illi de quibus in mattheo dicit: ꝙ ſtupebāt in doctrina eius. Sed quare nō dicit q̄ ſigna videbāt eū faciēte: qm̄ hic euāgeliſta maiorē partē libri in ſermonibꝰ dñi cōſumere ſtuduit. Sequitur Subijt in mōtē ieſus. ⁊ ibi ſede. cū diſci. ſuis. In mōtem quidē aſcēdit propter ſignū quod fieri debebat. Sꝫ ꝙ diſcipulos ſecū aſcendere fecit: accuſatio multitudinis erat nō ſequētis eū. Aſcēdit ēt in mōtē: erudiēs nos a tumultibus ⁊ ab ea q̄ in mūdo ē turbatiōe quieſcere: aptum. n. ad philoſophiā ſolitudo ē. Sequitur: Erat aūt proximuꝫ pa. di. fe. iu. Uide qualiter ī anno integro nihil plus euāgeliſta nos docuit de ſignis chriſti q̄ꝫ ꝙ paralyticū ſanauit et filiū reguli. nō. n. ſtuduit vniuerſa annūciare ſꝫ ex multis magna ⁊ pauca. Qualiter igitur nō aſcēdit ad diē feſtum: paulatiꝫ enim ſoluebat legē occaſionē capiens a iudaica nequitia. THEO. Quia eniꝫ iudei eū perſequebātur: occaſionē receſſus accipiēs legē exclauſit: innuēs obſeruātibꝰ ꝙ veritate aduenientē: oīs ceſſat figura. ⁊ ꝙ legibꝰ nō ſubijcit: vt legalia feſta ꝑficeret: ⁊ vide hoc quod nō erat feſtū chriſti: ſed iudeorū. BED. Siquis aūt verba euangeliſtarū diligenter conſiderauerit facile cognoſcet: q2 vnius āni ſpaciū fuit iter decollationē ioānis ⁊ paſſionē dñi. Cū. n. matheꝰ dicat: q2 dñſ audita nece ioānis receſſit ī deſertū locū: ⁊ ibi turbas pauit: ⁊ ioannes dicit ꝙ proximū erat paſcha iudeorū qñ turbas pauit: aperte demonſtrat q2 iminēte paſcali feſtiuitate decolatus ē ioannes. Euoluto aūt vniꝰ āni ſpacio paſſus ē chriſtꝰ ī eadē feſtiuitate Sequit: Cū ſubleuaſſet ergo oculos ieſus ⁊ uidiſ. q2 mlti. max. ve. ad eum dixit: ad phi. vñ eme. pa. vt mā. hi. Dixit cū ſubleuaſſet oculos ieſus ꝙ diſcerēmꝰ q2 oculos nō erigebat huc atqꝫ illuc ſꝫ pudice ſedebat attētus cū diſipuliſ ſuiſ. CHRY. Neqꝫ etiā ſimpliciter ſedebat cū diſcipuliſ ſuis: ſed diligenter loquēs aliq̄d eis ⁊ eos ad ſeipm̄ cōuertēs deinde reſpiciēſ vidit turbā ad ſe venientē. Cuiꝰ igit grā philippū iterrogat. ſciebat eni ꝙ diſcipulorum eiꝰ cōgregatio amplior idigebat doctrīa. Talis auteꝫ erat philippꝰ q̄ poſtea dixit. Oñde nobis patrem ⁊ ſufficit nobis ꝓpterea igit ꝑus eū erudiebat. Nam ſimpliciter factū eēt miraculū nō tantū appareret: nūc aūt priꝰ cogit cōfiteri iopiā: vt certiꝰ diſcat miraculi magnitudinē vñ ſeqt: Hoc aūt dice. ten. euꝫ. Non quidē ignorans id quod debebat ab ipo dici: ſed humane hoc dictum ē. Sicut enim quod dicitur Qui ſcrutatur corda hominū: nō oſtendit ignorantie ſcrutationē ſed certiſſime cognitionis: ita cū hic dicit ꝙ tentauit eū: nihil aliud dicit q̄ꝫ quoniā ſciebat certiſſime. Sed aliud ē dicere quoniam probationē eū faciebat: per talem interrogationem inducens in certiſſimā ſigni cognitionē propter hoc ⁊ euangeliſta ne infirmitate locutionis minorationē aliquā ſuſpiceris ſubiungit: Ipſe eniꝫ ſciebat q̄d eſſet facturus. ALCV. Interrogat igitur non vt ignorata diſcat: ſed vt diſcipulo adhuc rudi propriā tarditatē oſtendat: quā ipſe in ſe perpendere nō valebat. THE. Uel etiā vt alijs ipſum oſtenderet: non tanq̄ꝫ cor eiꝰ ignorans. AVG. de con. euan. Sed ſi dominus ſcdꝫ narrationē ioānis ꝓſpectis turbis queſiuit a philippo tentans eū vnde illis eſce dari poſſet: pōt mouere q̄uo ſit verū: qͦd alij narrauerūt prius dixiſſe dño diſcipulos: vt dimitteret turbas. Quibus ille rñdit ſm̄ mattheū: Nō hñt neceſſe ire: date eis vos maducare. intelligitur igitur poſt hec verba dñꝫ inſpexiſſe multitudinē ⁊ dixiſſe philippo: qͦd ioannes cōmemorat: alij aūt pretermiſerunt. CHRY. Uel aliter: Alia quidē ſūt illa: alia aūt ſunt hec non eiſdē

facta tēporib⁹. THE. Philippū igitur dominus tētās
verū fidē haberet inuenit eū adhuc hūanis paſſionibus
ſubiacētē: qd patet ex hoc quod ſequit: Rñdit ei philipp⁹
Ducētorū denariorū panes nō ſufficiūt eis: vt vnuſquiſ
qꝫ modicū quid acci. ALCVI. In quo tarditatē ſuā dñ
dit: nā ſi pfecte de creatore intelligeret: de ei⁹ potētie lar
gitate nō diffideret. AVG. de cō. euā. Quod aūt phi
lippus hic apud ioannē rñdet: hoc marc⁹ a diſcipulis re
ſponſuʒ eē cōmemorat. volēs itelligi hoc ex ore ceterorꝫ
philippū reſpondiſſe: quāꝗ ꝛ pluralē numerū pro ſingu
lari vſitatiſſime ponere potuerit. TEO. Sed ꝛ andreā
dñs ſimilē philippo inuenit: qꝛuis altius de illo cōtēplā
tē. Sequitur. n. Dicit ei vnus ex diſci. ei⁹ Andreas fra. ſi
mo. petri: Eſt puer vn⁹ hic q̄ habet qnqꝫ panes hordea. ꝛ
duos piſces. CHRY. Eſtimo quidē nō ſine cā id eū di
cere: ſʒ qꝛ audierat ſignū qd heliſeus de panib⁹ hordea
ceis fecerat: pauit. n. de. xx. panib⁹ centū hoies. Aſcēdit
igit mēte i aliquod excelſuʒ: ſʒ ad ſummū nō potuit per
uenire. qd patet p hoc qd ſubdit: Sed hec qd ſunt inter tā
tos. Eſtimabat. n. ꝙ de paucioribus paucioꝛa: ꝛ de pluri
bus plura factur⁹ eēt q̄ miracula faciebat: ſʒ hoc non erat
verū. Similiter eni ei facile erat ꝛ de plurib⁹ ꝛ de paucio
rib⁹ paſcere turbas. non eniʒ materia ſubiecta indigebat
ſed ne videretur creature aliene eē ab ei⁹ ſapientia ipſis
creaturis vtitur ad materiā miraculorū. THE. Cōfun
dant manichei q̄ dicūt ꝙ panes ꝛ oia huiuſmodi creata
ſunt a malo deo: qꝛ boni dei fili⁹ ieſus chriſt⁹ panes mul
tiplicauit. nā ſi creature male fuiſſent: nequaꝗ bonus ma
la multiplicaſſet. AVG. de con. euā. Quod aūt andre
as apud ioānē de quinqꝫ panib⁹ ꝛ duob⁹ piſcib⁹ ſuggeſ
ſit: hoc ceteri pluralē numerū pro ſingulari ponētes ex di
ſcipulorū perſona retulerūt. CHRY. Diſcam⁹ aūt hic
q̄ voluptati attēdim⁹: que comedebāt mirabiles viri illi
ꝛ magni: ꝛ quātitatē eorū q̄ inferebātur ꝛ vtilitatē menſe
eorū. Nōdū aūt apparētib⁹ panibus iuſſit eos diſcūbere:
vt diſcas qm̄ nō entia vt entia ei ſubſiſtunt: ſicut paulus
ait: Qui vocat ea que non ſūt: tanꝗ ea que ſūt. Sequit. n.
Dicit eis ieſus: facite ho. diſcūbere. ALCV. Ad lrām
hoies diſcūbere dicim⁹ iacēdo comedere more antiquo
vnde ſequitur. Erat aūt fenū multū i loco. THE. i. her
ba viridis. Erat. n. paſcha qd in primo mēſe veris perfi
ciebat: Sequit. Diſcu. ergo viri. nu. q̄ſi. quinqꝫ milia. Soli
viri numerātur ab euangeliſta: qꝛ legalē conſuetudinē ſe
quebat. Eteniʒ moyſes a. xx. annis ꝛ ſupra ppl'm connu
merauit nulla mētione de mulierib⁹ facta: inuēs ꝙ oē qd
virile ē ꝛ iuuenile dignū ꝛ honorabile ē apud deuʒ. Seq
tur. Accepit ergo ieſus panē: ꝛ cū gratias egiſſet diſtri. di
cū. ſimiliter ꝛ piſcib⁹ quātū volebat. CHRY. Sed q̄re
paralyticū debēs ſanare nō orat neqꝫ ſuſcitans mortuos
neqꝫ mare quietans: hic aūt orat grās agēs: vt. ſ. oñdat
eos qui comeſtionē icipiūt gratias agere oportere deo.
Sed ꝛ aliter in minorib⁹ maxie orat: vt diſcas ꝙ nō ꝓpter
indigentiā orat. Si. n. idigeret orare multomagis in ma
ioribus hoc feciſſet. Quia vero illa ex auctoritate facit:
manifeſtū ꝙ hic condeſcēdēdo nobis orat. ꝛ adhuc qm̄
turba multa erat pñs: oportebat eis ſuaderi ꝙ ſm volū
tatē dei aduenerat: ꝛ iō cū occulte aliquod miraculū fa
ciebat nō orabat: ſed corā multis orabat. ne crederent ꝙ
eēt deo cōtrari⁹. HILA. iij. de tri. Quinqꝫ igit panes
offerunt turbe ꝛ frangūtur: ſubrepūt in frangentiū manus
quedā fragmētorū procreationes. nō iminuit vñ prefrin
git: ꝛ tñ prefringentis manū fragmēta occupāt: nō ſenſus
nō viſus: profectū tā conſpicabilis operationis aſſequit
eſt quod nō erat. videtur quod nō intelligit: ſolū ſupereſt
vt de⁹ oia poſſe credat. AVG. Unde. n. multiplicat de
paucis granis ſegetes: inde in manib⁹ ſuis multiplicauit
qnqꝫ panes: poteſtas enim erat in manib⁹ chriſti: panes
aūt illi quinqꝫ quaſi ſemina erant: nō quidē terre manda
ta ſed ab eo qui terrā fecit multiplicata. CHRY. Uide

aūt quāta ē ſerui ꝛ domini differentia. nā prophete quaſi ex menſura habētes gratiā ita miracula faciebant: chri
ſtus aūt abſoluta virtute faciens cū multa ſuperabūdan
tia oia operabatur. Sequit: Ut aūt ipleti ſunt: dixit diſci
pulis ſuis: Colli. que ſupera. frag. ne pereāt. Collegerunt
ergo ꝛc̄. Nō qdē hec oñtatio ſuperflua fuit: ſed ne phan
taſiā eſtimarēt quod factū ē. ꝓpter qd etiam ex ſubiecta
materia miraculū fecit. Sed quare nō turbis dedit frag
ipm ſo. ma. Si aūt mor. fu. mul. fru. affert. Se aūt dicebat
granū mortificandū in infidelitate iudeoꝝ multiplicādū
in fide pploꝝ. BEDA. Ipſe enī ex ſemine patriarchaꝝ
in agro huī⁹ mūdi ſeminat⁹ eſt. i. incarnat⁹ ē: vt morien
do cū multiplicatiōe reſurgeret ſol⁹ mortu⁹ ē: cū multis
ſurrexit. CHRY. Et q2 p ſermones nō ita ſuadebāt vti
tur experimēto: q2 frumētū magis facit fructū cū mortuū fu
erit. Si aūt ex ſeminib⁹ accidit: multo magis in me. Quia
igit de reliquo debebat dimittere diſcipulos ad gētes vi
det aūt gētiles ꝓſiliētes ad fidē: oñdit q; ipſe erat vt ad cru
cē veniret. Nō enī pri⁹ eos ad gētes miſit: donec iudei of
fenderūt donec crucifixerūt: ⁊ q2 de morte ſua ꝓdidit di
ſcipulos cōtriſtādos: ſupabūdātiā facit ſermonis dicēs
nō ſolū: Si nō mortē meā patiēter ſuſtinueritis: ſed etiaz
ſi vos ipſi nō moriamini: nullū vobis erit lucrū: ⁊ hoc eſt
qd ſubdit: Qui amat ani. ſuā p. eā. AV. Hoc duob⁹ mo
dis intelligi pōt: Qui amat pdet. i. ſi amas pdes: ſi cupis
vitā tenere in xp̄o: noli mortē timere p xp̄o. Itē alio mō
Qui amat aīam ſuā pdet eā. noli amare in hac vita: ne p
das in eterna vita: hoc aūt qd poſteri⁹ dixi magis habere
videt euāgelicū ſenſū. Seq̄t enī: Et q̄ odit ani. ſu. in hoc
mū. in vi. eternā cu. eā: ergo qd ſupra dictū eſt: Qui amat
ſubintelligit in hoc mūdo. CHRY. Amat aūt aīaz ſu
am in hoc mūdo: q̄ deſideria ei⁹ inconuenientia facit. odit
aūt eā: q̄ nō cedit ei noxia cōcupiſcēti. ⁊ ñ dixit: Qui non
cedit ei: ſz Qui odit eā. Quēadmodū. n. eoꝝ q̄ odio ha
bent nec vocē audire ſuſtinem⁹: nec viſū videre delecta
bit ita ⁊ aīam cū ꝯtraria iniūgit q̄ deo nō placēt: cū vehe
mentia auertere oz. THEO. Quia. n. valde oneroſuz
erat audire: q; oportēt odire aīaz: ꝯſolat p hoc qd ad dit:
In hoc mūdo: tpis indicēs pticularitatē. nō. n. in ꝑpetuū
iubet aīam odio hēri: ⁊ emolumētū ponit cū dicit: In vi
tam eternā cuſtodit eā. AV. Sed vide ne tibi ſubrepat:
vt teipm interimere velis: ſic intelligēdo q; debes in hoc
mūdo odiſſe aīaz tuā: hinc. n. q̄dā maligni atq; pueri ho
micidie flāmis ſe donāt: aq̄s ꝓfocāt: ꝓcipitatiōe collidūt
⁊ pereūt: hoc xp̄s nō docuit: imo ⁊ diabolo ꝓcipiciū ſug
gerēti reſpōdit: Uade ſathanas. Cū ergo cauſe articulus
venerit: vt hec cōditio ꝓponat: aut faciendū eſſe contra
dei preceptū: aut ab hac vita migrādū: cōmināte mortez
perſecutore ibi oderis in hoc mūdo aīam tuā: vt in vitaz
eternā cuſtodias eā. CHRY. Dulcis quidē ē pñs vita
his q̄ affixi ſūt ei: ſi vō qs ad celū reſpexerit: videns que
ibi ſūt bona: cito contēnet vitā pñtē. Cū. n. apparuerit me
lior: cōtēnit peior in hoc ergo nos inducēs xp̄s ſubdit:
Qui mihi miniſtrat me ſeq̄t. i. me imitet: de morte hoc di
cit de ea q̄ p opa aſſecutō ē: oz. n. eū q̄ miniſtrat eū cui mi
niſtrat ſeq̄. AV. Quid ḡ ſit miniſtrare xp̄o: i ipſis vbis
agnoſcim⁹ cū dicit: Siq̄s mi. mi. Miniſtrāt ergo ieſu: q̄
nō q̄ ſua ſūt q̄rūt: ſz q̄ ieſu xp̄i: hoc eſt. n. me ſequat: vias
ambulet meas nō ſuas: nō ea tm̄ que ad miſericordiam
pertinēt tpalē: ſed oīa opa bona ꝓpter xp̄m faciens: vſq;
ad illud op⁹ magne charitatis: qd eſt aīam p fratrib⁹ po
nere: ſz quo fructu: qua mercede: Seq̄t: Et vbi ego ſuz: ⁊
il. ⁊ miniſt. me. erit. Gratis amat ⁊ opis quo miniſtratur
illi preciū ſit eē cū illo. CHRY. Oſtendit autē p hoc
q; reſurrectio morti ſuccedit. Ubi aūt ſum ait: q2 in celis
añ reſurrectionē xp̄s fuerat. igit illic trāſmigremus aīo ⁊
mēte. Seq̄t: Siq̄s mihi miniſtra. hono. eū pa. me⁹. AV.
Per hoc intelligit expoſuiſſe vt ſupra dixerat: illic ⁊ mi
niſter me⁹ erit. nam quē maiorē honorē accipere poterit
adoptat⁹ q̄ vt ſit vbi eſt vnic⁹. CHRY. Non aūt dixit
Ego honorificabo eū: ſed pater meus: nondū. n. de eo de
centem opinionē habebāt: ſed maiorem de patre.

Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicaz. Pa
ter ſaluifica me ex hac hora: Sed ꝓpterea veni in
horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Ue
nit ergo vox de celo dicens: Et clarificaui: ⁊ iterū
clarificabo. Turba ergo que ſtabat ⁊ audierat: di
cebat tonitruū eſſe factū. Alii aūt dicebāt: Ange
lus ei locutus eſt. Rñdit ieſus ⁊ dixit. Non ꝓpter
me hec vox venit ſed ꝓpter vos. Nūc iudicium ē
mundi. Nunc princeps huius mūdi eiicietur fo
ras. Et ego ſi exaltatus fuero a terra: oīa traham
ad meipſum. Hoc autem dicebat ſignificās qua
morte eſſet moriturus.

 

CHRY. Quia dñs ad paſſionē diſcipulos exhortatus fuerat: ne dicāt ꝙ ipſe extra dolores exñs humanos facile de morte philoſophat: ⁊ nos admonet ꝓpter hoc ꝙ ipſe eſt ſine piculo. Oñdit ꝙ ⁊ ipſe in agonia ſit: tñ ꝓpter vtilitatē mortē nō rēnuit. vñ dicit: Nūc aīa mea turbata eſt. AV. Audio qui in hoc mūdo odit aīam ſuā: in vitam eternā cuſtodit eā: ⁊ mūdū cōtēnere accēdor: ⁊ in cōtrario mō nihil eſt vite hui⁹ tot⁹ ꝗtūlibet fuerit plixior vapor: ꝑ amore eternoꝝ tpalia mihi cūcta viloſcūt: ⁊ rurſum dñm audio dicētē. Nūc aīa mea turbata eſt. Sequi hes aīam meā: ſed turbari video aīam tuā: quale fundamentū q̄rā ſi petra ſuccūbit: Agnoſco dñe miſericordiā tuā: nā q charitatis volūtate turbaris: multos in corpore tuo q ſue infirmitatis neceſſitate turbāt: ne deſpando peant ꝯſolaris. In ſe ergo caput noſtrū ſuſcepit mēbroꝝ ſuoꝝ affectū: ⁊ iō nō eſt ab aliquo turbat⁹: ſed ſicut de illo ſupra dictū eſt turbauit ſemetipm. CHRY. Appropinquās .n. de reliquo cruci qd humanū eſt oñdit: ⁊ naturam nō volētē mori: ſed pñti adherētē vite oſtēdens qm̄ nō extra hūanas paſſiones erat. ſicut .n. eſurire nō crimē eſt: ita neqꝫ pñtē vitā appetere: chriſtus aūt corpus a peccato mundū hēbat. nō a naturalib⁹ neceſſitatib⁹ erutum hoc igit diſpēſationis eſt: nō deitatis. AV. Deniqꝫ hō q ſequi vult: audiat q̄ hora ſequat: acceſſit forte hora terribilis: ꝓponit optio: aut faciēde iniq̄tatis: aut ſubeunde paſſionis: turbat aīa infirma. audi ergo qd ſubiungit: Et qd dicā? BE. Hoc eſt qd aliud niſi mēbra mea inſtruantur: Pater ſaluifica me ex hac hora. AV. Docuit te quē inuoces: cui⁹ volūtatē tue volūtati pponas: non iō tibi videat ex alto deficere: q2 te vult ab initio pficere: hois ſuſcepit infirmitatē vt doceat contriſtatū dicere: nō qd ego volo: ſʒ qd tu vis: vñ ⁊ hic ſubdit: Sʒ ꝓp. ve. in ho. hāc pater glori. no. tu. in ſua. ſ. paſſiōe ⁊ reſurrectōe. CHR. q. d. Nō hēo qd dicā: ereptionē q̄rēs. Propterea .n. veni in horā hāc. ac ſi dicat: Etſi turbemur ⁊ tumultū patiamur: nō fugiam⁹ mortē: q2 ego nūc turbat⁹ nō dico ut effugiā: oꝫ .n. ferre qd ſupuenit. ñ dico: Eripe me ex hora hac ſʒ ꝯtrariū dico. ſ. clarifica nomē tuū: oñdit .n. qm̄ ꝑ vltate morit: gliā ꝫ dei hoc vocās: ⁊ hoc euenit: futuꝝ .n. erat: vt p⁹ crucē ꝯuerteret orbis terrarū ⁊ cognoſceret nomen dei ⁊ coleret: nō ſolū patris ſʒ etiā filij: ſʒ tñ hoc ſilet. Sequit. Ve. ergo vo. de ce. di. Et clari. ⁊ iteꝝ clarificabo. GRE. xxviij. mo. Huiuſmōi v̄bis ꝑ angelū loquit deus: Et cū nil in imagine oñdit: ſʒ ſupne vocis v̄ba audiūtur ⁊ nimirū de celeſtib⁹ loq̄ns v̄ba ſua q̄ audiri ab hoibus voluit: rōnali creatura adminiſtrāte formauit. AV. Clarificaui aūt dicit añq̄ facerē mūdum: ⁊ iteꝝ clarificabo. cū reſurget a mortuis. Vel aliter. Clarificaui: cū de virgine nat⁹ ē: cū miracula multa fecit cū deſcēdēte ſpūſcō in ſpē colūbe mōſtratus eſt: ⁊ iteꝝ clarificabo. cū reſurget a mortuis: cū exaltabit ſup celos de⁹ ⁊ ſup oēm terrā gloria ei⁹. Seqt: Tur. ergo q ſta. ⁊ au. di. to. fa. cē. CHRY Apta qdē ⁊ hñ ſignificatiua erat vox: ſʒ cito ab eis euolauit q̄ſi a groſſiorib⁹ ⁊ carnalib⁹ ⁊ deſidioſis: ⁊ hi qdē ſonitū tm̄ retinuerūt: alij v̄o qm̄ articulata erat vox nouerāt: qd aūt ſignificauit nō adhuc de qb⁹ ſubdit: Alij dicebāt. Angel⁹ ei locut⁹ ē. Seqt: Rñ. ie. ⁊ di. Nō ꝓp. me hec vox ve. ſʒ ꝑ. vos. AV. Hic oñdit illa voce nō ſibi indicatū qd iā ſciebat: ſʒ eis qbus indicari oportebat. Sicut aūt vox illa nō ꝓpt eū fcā eſt: ſed ꝓpter eos ſic aīa ei⁹: nō ꝓpt ipm ſed ꝓpter eos turbata eſt. CHRY. Ad illud eni inſtat vox patris qd ſemp dicebāt: qm̄ nō eſt ex deo. qui .n. a deo glificat: qualiter nō eſt ex deo? Ubi vide ꝙ humilia ꝓpter eos fcā ſūt: nō q̄ſi filio auxilio indigente. Quia ergo dixit: Clarificabo: oſtēdit cōſequēter ⁊ modū glorie. nā ſequit: Nūc iudiciū eſt mūdi. AV. Iudicium .n. qd in fine expectat erit pmioꝝ penarūqꝫ eternarū: dicit etiā iudiciū nō dānationis: ſʒ diſcretionis: hoc vocabat hic iudiciū diſcretionē ſ. ⁊ a ſuis redēptis diaboli expulſionē. vñ ſeqt: Nūc pnceps mūdi huius eijcit foras: abſit vt diabolū principē mūdi ita dictū exiſtimem⁹: vt eū celi ⁊ terre dñari poſſe credam⁹: ſʒ mund⁹ appellat in malis hoib⁹ q toto orbe terraꝝ diffuſi ſūt. Sic ergo dictum eſt. Princeps hui⁹ mūdi. i. princeps maloꝝ hoīuꝫ: q habitāt in mūdo. Appellat etiā mūd⁹ in bonis: q ſimiliter ꝑ totū orbē terrarū diffuſi ſūt: iō dicit aplus. Deus erat in xp̄o mundū reconcilians ſibi. hi ſūt: ex quoꝝ cordib⁹ principes mūdi eijcient foras: pṽidebat .n. dñs poſt paſſionē ⁊ glorificationē ſuā ꝑ vniuerſū mūdū multos pplos credituros: in quoꝝ cordib⁹ diabolus int⁹ erat: cui qñ ex fide renūciant eijcit foras. Sed nūqd de cordib⁹ veteꝝ iuſtoꝝ nō eſt eiectus foras? quō ergo dictū eſt nūc eijcietur foras: niſi q2 tūc qd in paucis hoib⁹ pauciſſimis factū eſt: nūc in multis magniſqꝫ populis iā mox futuꝝ eſſe predictuꝫ ē. Quid ergo ait: Quiſpiā: q2 diabol⁹ eijcit foras: iā fidelium neminē tētāt: imo tētare nō ceſſat: ſʒ aliud eſt intrinſecus regnare: aliud forinſecus oppugnare. CHRY. Sed quale eſt iſtud iudiciū quo diabol⁹ foras eijcit: exēplo id faciā manifeſtū: ſit aliqs debitores expetens ⁊ feriat: ⁊ in vincula mittat. Deinde ex eadē demētia: ⁊ eū q nihil debet ſub eūdē carcerē ducat: hic ⁊ eoꝝ q̄ in alios fecit dabit vindictā: ita ⁊ in xp̄o factū eſt. Eoꝝ .n. q̄ diabolus in nos fecit: ꝑ ea q̄ in xp̄m auſus eſt ſuſtinebit vindictam: ⁊ ne qs dicat. Qualit mittet foras: ſi te ſupabit ſubiūgit. Et ego ſi exal. fue. a ter. om. tra. ad meipm. Qualit .n. ſupat qui ⁊ alios trahit; hoc aūt plus fuit dicere q̄ reſurgam. Si .n. hoc dixiſſet: nōdū manifeſtū eēt qd traheret: dicēdo v̄o Trahā: vtrūqꝫ demōſtrat. AV. Sʒ q̄ oīa trahit: niſi ex qb⁹ diabol⁹ eijcit foras? nō aūt dixit Oēs: ſʒ Oīa: nō .n. oīuꝫ eſt fides: nō itaqꝫ hoc ad vniuerſitatē hoīuꝫ retulit: ſʒ ad creature integritatē. i. ſpm̄ ⁊ aīam ⁊ corpus ad illud. ſ. qd intelligim⁹ ꝙ viuim⁹: ꝙ viſibiles ſumus: aut ſi oīa ipſi hoies intelligēdi ſūt: oīa pdeſtinata ad ſalutē poſſum⁹ dicere: aut certe oīa hoīum genera ſm innumerabiles differētias qb⁹ inter ſe pter ſola peccata hoies diſtāt. CHRY. Qualit igit ſupra dixit: qm̄ pater trahit: q2. ſ. filio trahēte pater trahit. Dicit aūt trahā: q̄ſi a tyrāno detētos: ⁊ ꝑ ſeipſos nequeūtes accedere: ⁊ illi⁹ man⁹ effugere. AV. Sʒ ſi exaltat⁹ inquit fuero a terra: hoc eſt cū exaltat⁹ fuero: nō eni dubitat futurū eſſe qd venit implere: nam exaltationē ſuā dixit in crucē paſſionē: vnde euāgeliſta ſubdit. Hoc aūt dixit ſignificans q̄ morte eēt moritur⁹.

Rñdit ei turba. Nos audiuim⁹ ex lege: q2 xp̄s manet in eternū. Et quō tu dicis oportet exaltari filium hois? Et qs eſt iſte filius hois? Dicit ergo eis ieſus: Adhuc modicū lumē in vobis eſt. Ambulate dū lucē habetis: vt nō vos tenebre cōprehendant. Et qui ambulat in tenebris neſcit quo vadat. Dū lucē habetis: credite in lucē: ut filij lucis ſitis. Hec locutus eſt ieſus: ⁊ abijt ⁊ abſcōdit ſe ab eis.

AV. Cum intellexiſſent iudei ꝙ dñs de ſua morte dixiſſꝫ ꝓponūt ei qōnē quō ſe diceret moriturū: vñ dr: Rñdit ei tur. Nos audi. ex le. q2 xp̄s manet i eter. quō tu di. opor. exal. filiū hois. Memorie tenuerunt ꝙ dñs aſſidue dicebat ſe eē filiū hois. nā hoc loco nō dixit: Si exaltatus fuerit filius hois: ſed ſuperius dixerat: Venit hora vt clarificet filius hominis: hoc ergo in aīo retinentes inquiunt. Si chriſtus manet in eternū: quō exaltabit a terra. i. quō crucis paſſione morietur? CHRY. Hinc eſt videre: qm̄ multa eoꝝ q̄ ꝑabolice dicebant intelligebāt. q2 eni ꝓuenit de morte diſputās: audiētes hic exaltationē ſuſpicati ſunt hoc. AV. Vel hoc eū dixiſſe intelligebāt: qd facere cogitabāt: nō ergo eis v̄boꝝ iſtoꝝ obſcuritatē apuit infuſa ſapiētia: ſʒ ſtimulata cōſciētia. CHRY. Et vide qualiter malicioſe interrogāt. nō eni dixerūt: Nos audiuim⁹ ex lege q2 xp̄s nihil patitur. In multis eni ſcripturarū locis: ⁊ paſſio ⁊ reſurrectio ſimul ponit: ſed qm̄ manet in eternū: ⁊ nimirū hoc nō erat cōtrariū. Immortalitati eni per paſſionē nō eſt factū impedimētū: ſʒ eſtimauerūt per hoc oñdere eū nō eſſe chriſtū: qm̄ xp̄s manet in eternuꝫ. deinde ſubdūt: Quis eſt iſte filius hois? ⁊ hoc malicioſe q. d. Nō dicas ꝙ ꝓpter odiū tuū hoc dicam⁹: ecce enim nō nouim⁹ de quo dicis. Sʒ xp̄s rñdit: oñdēs qm̄ paſſio nō phibet manere eū in eternū. vñ ſubdit: Dixit ergo eis ieſus: Adhuc modi. lu. in vobis eſt. q. d. Adhuc paruo tpe ego lux vobiſcū ſū: ꝑ hoc oñdēs ꝙ mors ei⁹ tranſmigratio eſt: eteni lux ſolaris nō interimit: ſʒ parū recedēs rurſus apparet. AV. Vel aliter: Modicū lumē in vobis ē per hoc ꝙ intelligitis: q2 xp̄s manet in eternū: ergo ambulate: accedite: totū intelligite: ⁊ moriturū xp̄m ⁊ victurū in eternū dū lucē habetis. CHRY. Hic dicit tp̄s totū pñtis vite: ⁊ añ crucē ⁊ poſt crucē. multi .n. poſt crucē ꝫ crediderūt in eum: vt nō tenebre vos cōprehēdāt. AV. Si. ſ. eo mō credideritis xp̄i eternitatem: vt negetis in eo mortis humilitatē. Seqt: Et q am. in tene. ne. quo vadat. CHRY. Quāta deniqꝫ iudei nūc agūt ⁊ neſciūt qd agūt ſed vt in tenebris ambulātes: putāt rectā incedere. viam cōtrariā aūt vadūt: ꝓpterea ſubdit: Dū lucē habetis: credite in lucē. AV. i. dū aliqd veri habetis credite in veritatē: vt renaſcamini veritati. vñ ſeqt: Ut filij lucis ſitis. CHRY. Qd eſt filij mei. In principio aūt euāgeliſta dicit: ꝙ ex deo nati ſūt: hoc ē ex patre: hic aūt ipſe dicit hos generare: vt diſcas qm̄ vna eſt actio patris ⁊ filij. Seqt: Hec locut⁹ eſt ieſus: ⁊ abijt ⁊ abſcōdit ſe ab eis. AVG. Non ab eis qui credere ⁊ diligere ceperūt ſed ab eis qui videbāt: ⁊ inuidebāt. Cū aūt ſe abſcōdit: noſtre infirmitati cōſuluit: nō ſue poteſtati derogauit. CHRY. Sʒ cū nec lapides leuarēt nec blaſphemarēt: cui⁹ gratia occultat⁹ ē? Nouerit furorē in eis ſeuiētē: ⁊ nō expectauit: vt in opus exirent: ſʒ occultat mitigās eoꝝ inuidiam.

Cū aūt tāta ſigna feciſſet corā eis: nō credebāt in eum: ut ſermo iſaie impleret quē dixit: Dñe quis credidit auditui nr̄o: et brachiū dñi cui reuelatū ē? Propterea nō poterāt credere: q2 iterū dixit iſaias: Excecauit oculos eorū ⁊ idurauit cor eoruꝫ ut nō videant oculis et nō intelligant corde: ⁊ conuertantur et ſanē eos. Hec dixit iſaias quando vidit gloriā ei⁹ ⁊ locutus eſt de eo. Veruntñ ⁊ ex principibus multi crediderūt in eū ſed ꝓpter phariſeos nō confitebant: ut de ſynoga nō eijcerentur. Dilexerūt eni gloriā hoīuꝫ magiſqꝫ gloriā dei.

CHRY. Nouerat dñs feruētē aīuꝫ iudeoꝝ: ⁊ occiſionē meditantē: ⁊ iō occultat⁹ eſt: ⁊ hoc occulte inſinuauit euāgeliſta ſubdēs: Cū aūt tā. ſig. fe. co. eis. non cre. in eum. THEO. Nō aūt modice iniq̄tatis fuit tātis ſignis non credere: ea v̄o ſigna cōmemorat q̄ ſupra ſunt poſita. CHRY. Ne qs aūt dicat: Cui⁹ gr̄a venit xp̄s: nō nouerant ꝙ nō ei intēderēt: ⁊ iō ad hoc excludēdū inducit etiā ꝓphetas hoc ſciētes: ꝓpter qd ſequit: Ut ſer. iſa. pro. imple. quē dixit: Do. qs cre. au. no. bra. do. cui reue. eſt. ALCV. Quia ꝓ raritate poſuit: q2 qd ſci ꝓphete a deo audierūt: ⁊ pplo pdicauerūt: pauciſſimi crediderūt. AV. Satis aūt oñdit brachiū dñi ipm dei filiū nūcupatū: nō ꝙ de⁹ pater figura detinet carnis humane: ſʒ q2 oīa ꝑ ipꝫ facta ſūt: iō brachiū dñi dictū eſt. Si eni aliqs hō tāta poteſtate preualeret vt ſine vllo motu corpis ſui qd diceret fieret v̄bū eius: brachiū eius eſſet. Nō autē patet occaſio erroris his q dicunt: q2 ſolus pater eſt: ſi brachiū ei⁹ eſt fili⁹ nō .n. duo: ſed vna perſona eſt homo ⁊ brachiū eius. non intelligētes quō verba de rebus alijs ad res alias ꝓpter aliquā ſimilitudinē transferant. Quidam aūt inter ſe muſſitant: que culpa fuit iudeoruꝫ: ſi neceſſe erat vt ſermo iſaie impleret. Quib⁹ reſpondem⁹ deū preſciū futuroꝝ per ꝓphetā predixiſſe: infidelitatē iudeoꝝ nō feciſſe: nō eni ꝓpterea queq̄ de⁹ ad peccandū cogit: q2 futura hominum peccata iam nouit: ipſoꝝ eni preſciuit peccata non ſua: fecerūt ergo peccatū iudei qd facturos eſſe predixit quē nihil latet. CHRY. Quod ergo dixit: vt ſermo iſaie ꝓphete impleret: ly. Ut. nō cauſale eſt: ſed euent⁹. Non enim q2 dixit iſaias nō crediderūt: ſed quia non erāt credituri ꝓpterea iſaias dixit. AV. Sed ea que ſequuntur: ꝓfundiorē faciūt queſtionē: adiungit eni ⁊ dicit. Propterea non po. cre. q2 ite. dixit iſa. Exce. ocu. eo. ⁊ indu. cor. eorum ut non videant oculis ⁊ non intelligant corde ⁊ conuer. ⁊ ſa. eos. Si .n. credere nō poterant qd peccatuꝫ eſt hois nō facientis qd nō pōt facere. Et qd eſt grauius ad deum cauſa refert: qñquidē ipſe excecauit oculos eorum ⁊ indurauit eoꝝ cor. nō eni hoc ſaltē de diabolo dicitur: ſed de deo: ſed quare nō poterant credere: rñſio: q2 nolebant. Sicut eni ꝙ dñs negare ſeipm nō pōt laus eſt volūtatis diuine: ita ꝙ illi nō poterāt credere: culpa eſt volūtatis humane. CHRY. Hoc aūt ⁊ in cōi conſuetudine cuſtodit: vt cū qs dicat: Nō poſſū amare illū: vehemētia voluntatis potētiā dicit. ſed euāgeliſta dicit: Nō poterāt vt oſtendat qm̄ īpoſſibile eſt mētiri ꝓphetā: nō tñ ꝓpterea impoſſibile erat eos credere: nō .n. hec predixiſſet: ſi credituri eſſent. AV. Sed aliā cauſā inquis dicit ꝓpheta: nō volūtates eoꝝ. q2. ſ. Excecauit oculos eorū ⁊c. ſed hoc eſt etiā eoꝝ voluntatē meruiſſe rñdēdo. Sic .n. excecat ⁊ obdurat deus deſerendo ⁊ nō adiuuādo: ꝙ occulto iudicio facere pōt ī quo nō pōt. CHR. Neqꝫ eni derelīqt nos: niſi voluerim⁹ nos ſm illud oſee: Oblit⁹ es legis dei tui obliuiſcar ⁊ ego tui. hec dicit oñdēs nos incipe derelictionē: ⁊ cām fieri pditiōis. Sicut eni ſol īfirmū offendit viſū: nō ex ꝓpria natura: ita fit in his qui nō attendunt dei ſermones: terrens aūt auditores ſcriptura dicit Excecauit ⁊ indurauit. AV. Qd aūt addidit: Et conuertant ⁊ ſanē eos: vtrū ſubaudiendū ſit nō. i. nō cōuertātur: eteni cōuerſio de illi⁹ gratia eſt: an forte ⁊ hoc de ſupne medicine miſericordia factū intelligendū: vt qm̄ ſuperbe ſuam iuſticiā conſtituere volebāt adhuc deſererentur ⁊ excecarent: vt offenderent in lapidē offenſionis: ⁊ impleretur facies eorū ignominia: atqꝫ humiliari quererēt nō ſuā qua inflatur ſuperb⁹: ſed iuſticiā qua iuſtificat impi⁹ hoc eni multis eorū profecit in bonum: qui de ſuo ſcelere cōpuncti: in xp̄m poſtea crediderunt. Sequit: Hoc dixit iſa. quādo vi. glo. ei⁹ ⁊ lo. eſt de eo. Vidit aūt nō ſicuti eſt ſed modo quodā ſignificatiuo: ſicut prophete viſio fuerat informanda. Nemo ergo vos fallat eorū qui dicunt: inuiſibilē patrē ⁊ viſibilē filiū: qui putāt eū eſſe creaturam. In forma eni dei in qua equalis eſt patri etiam filius inuiſibilis: vt aūt ab hoib⁹ videret: formam ſui accepit: oſtendit etiā ſe anteq̄ ſuſciperet carnē oculis hoīuꝫ: ſicut voluit in ſubiecta creatura nō ſicuti eſt. CHRY. Gloriam aūt hic dicit viſionē ſedētis in throno excelſo: ⁊ alia que ibi dicunt: vñ ſequit: Et lo. eſt de eo. hoc. ſ. vidi deuꝫ ſedentē: ⁊ ꝙ audiuit vocē dicentē: quē mittā: ⁊ quis ibit ⁊c. Sequit: Veruntñ ex principib⁹ multi crediderūt in eū ſed ꝓpter phariſeos nō confitebant: vt de ſynagoga non eijcerent: dilexerūt eni magis gloriā hominū q̄ gloriam dei. ALCV. Gloria dei eſt publice cōfiteri chriſtū gloria hominū eſt in mundanis gloriari. AV. Hos ergo improbauit euangeliſta: qui in hoc greſſu fidei ſi proficerēt per amorē que humane glorie ſūt pficiēdo ſuparent.

Jeſus aūt clamauit ⁊ dixit. Qui credit in me. non credit in me ſed in eū qui miſit me. Et qui videt me videt eum qui miſit me. Ego lux in mundum veni ut omnis qui credit ī me in tenebris nō maneat. Et ſiquis audierit verba mea ⁊ nō cuſto

dixerit ego non iudico eum. Non enī veni vt iudicē mundū. ſʒ ut ſaluificē mundū. Qui ſpernit me ⁊ nō accipit verba mea. habet qui iudicet eū. Sermo quē locutꝰ ſū. ille iudicabit eū in nouiſſimo die. Quia ego ex meipō non ſū locutꝰ ſed qui miſit me pater. ipſe mihi mandatū dedit quid dicam. ⁊ qd loquar. Et ſcio quia mandatū eius vita eterna eſt. Que ergo ego loquoꝛ. ſicut dixit mihi pater ſic loquoꝛ.

CHRY. Quia amoꝛ humane gloꝛie pꝛincipes credentes confiteri pꝛohibebat. dñs cōtra hoc eis loquit. vnde dr. Je. aūt cla. ⁊ di. Qui cre. i me nō cre. i me: ſʒ in eū q me miſit. q. d. Quid foꝛmidatis credere in me. in deum fides puenit per me. AV. Quia enī hō apparebat hoībus cū lateret deꝰ ne putarent eū hoc eſſe tm̄ qd̄ videbāt talē ac tantū ſe volens credi. qualis ⁊ quantus eſt pater. Qui credit in me inquit. non credit in me. i. in hoc qd̄ videt: ſed in eū qui me miſit: i. in patrē. nā ſi putauerit eū habere filios ſm̄ gratiā: nō aūt habere filiū equalē ſibi atq coeternū: nec credit in patrē qui eū miſit: quia nō eſt hoc pater qui eum miſit. Ne aūt putarent ſic voluiſſe intelligi patrem: tanq̄ multoꝝ filioꝝ per gratiā generatoꝛē: non vnici verbi equalis ſibi: continuo ſubiecit: Qui videt me videt eum qui miſit me. q. d. Uſq adeo nihil diſtat inter eum ⁊ me: vt qui me videt videat euʒ qui miſit me: apſos ſuos certe ipſe dñs miſit: nunq̄ tn̄ aliquis eoꝝ dicere auderet. Qui credit in me. Credimꝰ enī apſo: ſed nō credimus in apſm. Filiꝰ aūt recte vnigenitus dicit: Qui credit in me: nō credit in me: ſed credit in eum qui me miſit: vbi nō a ſe abſtulit credentes fidē: ſed voluit in foꝛma ſerui remanere credentē. CHRY. Uel dicit: Qui credit in me ⁊c. q. d. Qui fluminis accipit aquā: nō eam que eſt fluminis accipit: ſed eā que eſt fontis: volens aūt oſtēdere qm̄ nō eſt credere in patrē: nō credentē in eum ſubiūgit. Qui videt me: videt eum qui me miſit: qd igit. Coꝛpus eſt deꝰ nequaq̄: ſed conſideratio veri que eſt per intellectuʒ: hic viſio dicit: deinde oſtendit eam que ad patrē cognitionē in hoc qd̄ ſubdit: Ego lux in mundū veni: quia enī pater lux vocat: vbiq eo hic vtit nomine. Lucem aūt ſe hic vocauit: eo q ab erroꝛe eripit: ⁊ intellectuales tenebꝛas ſoluit. vnde ſubdit: Ut oīs qui credit in me: in tenebꝛis non maneat. AV. In quo ſatis manifeſtat oēs ſe in tenebꝛis inueniſſe: ſed ne in eis tenebꝛis maneāt: in quibus inuenti ſunt: debent credere in lucē que venit in mundum: dixit quodā loco diſcipulis ſuis: Uos eſtis lux mundi: non tn̄ eis dixit: Uos lux veniſtis in mundū: vt oīs qui credit in vos in tenebꝛis non maneat: lumina ergo ſunt oēs ſancti ſed credendo illuminant ab eo a quo ſiquis receſſerit tenebꝛat. CHRY. Ut aūt nō exiſtimet q pꝓpter imbecillitatē eos qui ipm̄ contēnūt: illeſos dimittat ſubiungit: Et ſiquis audierit verba mea: ⁊ non cuſtodierit. ego nō iudico eum. AV. Intelligendū eſt: Modo nō iudico eum: cū alio loco dicat: Pater omne iudiciū dedit filio: q̄re aūt modo non iudicat oſtendit ſubdens: Nō enim veni vt iudicem mundū: ſed ut ſaluificē mundū. i. vt ſaluū faciā mūdum nunc ergo eſt tempus miſericoꝛdie: poſt erit iudiciū.

CHRY. Deinde ut nō pigrioꝛes ex hoc fiant terribile ſubdit iudiciū: Qui ſpernit me ⁊ non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. AV. Non dixit: Ego non iudico eum in nouiſſimo die: hoc enī eſſet contrariū illi ſentētie: Omne iudiciū dedit filio. Expectātibꝰ aūt quiſnā eſſet ille ſecutus adiunxit: Sermo quē locutꝰ ſū ille: iudicabit eū in nouiſſimo die. Satis manifeſtauit ſeipſum i nouiſſimo die iudicaturū: ſeipm̄ quippe locutus eſt: ſeipm̄ annūciauit: aliter itaq iudicabūt qui nō audierunt: aliter qui audierunt contēpſerunt. AV. i. de trini. Jdeo autē iudicat verbū qd̄ locutus eſt filiꝰ: quia nō ex ſe locutus eſt filiꝰ: vnde ſequit: Quia ego ex meipō nō ſum locutus per qd̄ intelligi voluit. Ego non ex me natus ſum. Quero itaqʒ quomodo intelligamꝰ: Ego non iudicabo: ſed verbū qd̄ locutus ſum iudicabit: cum ipſe ſit verbū patris quod loquit: vel ita: Ego non iudicabo ex poteſtate humana: qꝛ filius hominis ſum: ſed ego iudicabo ex poteſtate verbi dei: quia filius dei ſum. CHRY. Uel aliter: Ego non iudico eum. i. non ſum cauſa perditionis eius: ſed ipſe qui verba mea ſpernit. Uerba enim que modo locutus ſum in oꝛdine ſtabunt accuſatoꝛia omnē tollentia excuſationem: ⁊ hoc eſt quod ſubdit: Sermo quē locutus ſum: ille iudicabit eum. ⁊ quis ſermo? Quia ego ex meipſo nō ſuʒ locutus: ſed qui miſit me pater: ipſe mihi mandata dedit quid dicam: ⁊ quid loquar. Omnia igitur hec pꝛopt̄ eos dicebant: vt nullā habeāt excuſationē. AV. Mandatum aūt nō qd̄ filius nō habeat pater dedit: ſed in ſapientia patris quod eſt verbū patris oīa mandata ſunt patris. Dicit aūt mandatū datū: qꝛ non eſt a ſeipſo cui dicit datū: ⁊ hoc ē dare filio id ſine quo nūq̄ filius fuit: quod eſt gignere filiū qui nūq̄ non fuit. THEO. Cū enī verbuʒ patris exiſtat filius: ⁊ que ſunt in mente patris reuelat in integrum: mandatū accepiſſe dicit: quid ſit dicturus ⁊ qd loquatur. Sicut etiam noſtrū verbū ſi verū fateri volumus ea pꝛofert que ſuggerit mens. Sequit: Et ſcio quia mandatū eius in vita eterna eſt. AV. Si ergo vita eterna ē ipſe filius: ⁊ vita eterna eſt mandatū patris: quid aliud dictum eſt: niſi quia ego ſum mandatū patris: pꝛoinde ⁊ id quod adiungit: que ergo ego loquoꝛ: ſicut dixit mihi pater ſic loquoꝛ nō accipiamus: Dixit mihi: quaſi p verba locutus ſit vnico verbo: dixit ergo pater filio id ſine quo nunq̄ filius fuit: ſicut dedit vitam filio: nō qd̄ neſciebat vel non habebat: ſed qd̄ ipſe filius erat. quid eſt autē Sicut dixit mihi ſic loquoꝛ: niſi verbum loquoꝛ. Jta ille dixit vt verax: ita iſte loquitur vt veritas: verax aūt genuit veritatē: quid ergo iam diceret veritati? non enī imꝑfecta erat veritas cui verū aliqd̄ adderet. CA. XIII.

Ante diem feſtū paſce ſciens ieſus qꝛ venit hoꝛa eius ut trāſeat ex hoc mūdo ad patrem: cuʒ dilexiſſet ſuos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cena facta cum diabolus iam miſiſſet in coꝛ ut traderet eum iudas ſimonis ſcariothis: ſciens quia omnia dedit ei pater in manus: ⁊ quia a deo exiuit ⁊ ad deum vadit ſurgit a cena ⁊ ponit veſtimenta ſua: et cum accepiſſet lintheuʒ pꝛecinxit ſe. Deinde miſit aquā in peluim ⁊ cepit lauare pedes diſcipuloꝝ: ⁊ extergere lintheo quo erat pꝛecinctus.

THEO. Quia dñs trāſmigraturus erat de pn̄ti ſeculo: explicat qualem erga ſuos amicitiam gereret. vnde dr̄ Ante di. fe. paſ. ſci. ie. qꝛ ve. ho. eiꝰ vt trā. ex hoc mundo ad pa. cū dilex. ſu. qui erāt in mū. in fi. di. eos. BEDA Plurimas ſiquidē feſtiuitate iudei habebant: ſʒ apud eos inſignioꝛ atq celebꝛioꝛ erat paſce feſtiuitas: pꝓpter quod ſignanter dicit: Ante diem feſtum paſce. AV. Paſca nō ſicut quidā exiſtimant grecum nomen eſt ſed hebꝛeū oppoꝛtuniſſime tamen occurrit in hoc nomine quedā congruentia vtarūq linguarum: qꝛ enī pati grece paſchin dicit: ideo paſca paſſio putata eſt: vel hoc nomē a paſſione ſit appellatū: in ſua vero lingua hoc eſt in hebꝛea paſca tranſitus dicitur: pꝓpterea quia tunc pꝛimū paſca celebꝛauit populus dei quando ex egypto fugientes: rubꝛuʒ mare tranſierunt: nunc ergo figura illa pꝛophetica in veritate completa eſt: cum ſicut ouis ad immolandū ducit chꝛiſtus cuiꝰ ſanguine illinitis poſtibus noſtris. i. cuius ſigno crucis ſignatis frontibus noſtris a perditione huiꝰ ſeculi: tanq̄ a captiuitate egyptiaca liberamur: ⁊ agimus ſaluberrimū tranſitū: cum de diabolo tranſimus ad chꝛiſtum ⁊ ab iſto inſtabili ſeculo: ad eius fundatiſſimum regnum. Hoc itaq nomen. i. paſca velut interpꝛetās nobis euangeliſta dicit: Sciens qꝛ venit hoꝛa eius ut tranſeat ex hoc mūdo ad patrē. Ecce paſca. ecce trāſitꝰ. CHR. Non ſolum aūt tunc ſciens ſed olim. Tranſitum eiꝰ mortem vocat. Relicturus aūt diſcipulos maioꝛē eis demonſtrauit amoꝛē. ⁊ hoc eſt quod dicit: Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo in finem dilexit eos. hoc eſt nihil dereliquit eoꝛum que eum qui valde amat decens eſt facere: non autem a pꝛincipio hoc fecit: ſed maioꝛa poſtea adiecit: vt eoꝝ augeat familiaritatē: ⁊ multā eis pꝛepararet cōſolationem: ad ea que ſuperuentura erant: ſuos autē eos vocat ſm̄ familiaritatis rationem: quia ⁊ alios ſuos dicit ſm̄ conditionis rationem. ut cum dicitur. Sui eum nō receperunt. addit autem: qui erant in mundo. quia ſui erant etiam defuncti vt abꝛaam iſaac ⁊ iacob: ſed in mundo nō erant. Hos ergo ſuos qui erant in mundo manſit amans continue: ⁊ tandem perfectam amicitiam circa eos oſtēdit. ⁊ hoc eſt. Jn finem dilexit eos. AVGV. Uel aliter. Jn finem dilexit eos: vt ⁊ ipſi de hoc mundo ad ſuum caput dilectione tranſirent. quid eſt enim. Jn finem. niſi in chꝛiſtum. Finis enim legis chꝛiſtus ad iuſticiaʒ omni credenti: finis perficiens non interficiens. Uideo aūt poſſe iſta verba quodā humano modo etiaʒ ſic accipi tāq̄ vſq ad moꝛtē chꝛiſtus dilexerit ſuos. Sed abſit vt dilectionem moꝛte finierit: qui nō eſt moꝛte finitus niſi foꝛte ſit ita intelligēdū: Uſq ad moꝛtē dilexit eos. i. vſq ad moꝛtem illuʒ dilectio ipſa perduxit. Sequit: Et cena facta. i. iam peracta: ⁊ ad cōuiuantiū menſā vſitaq perducta. Nō enī ita debemꝰ intelligere cenā factā: veluti iam cōſumptā atq tranſactā: adhuc enī cenebat cū ſurrexit ⁊ pedes lauit diſcipulis: nā poſtea recubuit ⁊ buccellā traditoꝛi dedit q aūt ait: Cū iam diabolus miſiſſet in coꝛ ut traderet eum iudas ſimonis ſcariothis: miſſio iſta ſpiritualis ſuggeſtio eſt: ⁊ non fit per aurē: ſed per cogitationē: diabolice enī ſuggeſtiones immittunt: ⁊ humanis cogitationibus immiſcent. Factū ergo iam fuerat in coꝛde iude p immiſſionē diabolicā: vt traderet diſcipulus magiſtrū. CHR. Hoc aūt quaſi ſtupens interſeruit euāgeliſta: quoniā eū qui iā pꝛodere ſtatuerat dñs lauit: oſtendit etiā pꝓditoꝛis multā nequitiā: qm̄ neq ſalus eum cōleſtio detinuit: qd̄ maxime conſueuit nequitiā detinere. AV. Locuturus autēʒ euangeliſta de tāta dn̄i humilitate pꝛius eius celſitudineʒ voluit cōmendare: ad qd̄ pertinet qd̄ dicit: Sciens qꝛ oīa dedit ei pater in manus: ergo ⁊ ipm̄ traditoꝛē. GREGO iij. moꝛali. Sciebat enī q in manu ſua ipſos etiaʒ perſecutoꝛes acceperat: vt ipſe in ſe ad vſuʒ pietatis intoꝛqueret: quicqd eoꝝ cōtra ſe malicia permiſſa ſeuiret. ORI Oīa enim tradidit ei pater in manus: hoc eſt in opere eiꝰ ⁊ poteſtatē. Pater enī meꝰ vſq huc inquit operat ⁊ ego operoꝛ. vel oīa tradidit ei pater in manus: cuncta capientes: vt quelibet ei famulent. CHRY. Traditione enim hic ſalutē fidelium vocat. Cum aūt audieris traditioneʒ nihil humanū ſuſpiceris: cum enī qui ad patrē oſtēdit honoꝛem ⁊ cōcoꝛdiā. Sicut enī pater ei tradidit: ita ipſe patri: vnde paulus: Cum tradiderit inquit regnū deo ⁊ patri. AV. Sciens etiam quia a deo exiuit: ⁊ ad deū vadit: nec deum cum inde exiret: nec nos deſerens cum rediret. THEO. Quia ḡ pat̄ oīa ei cōmiſit in manus. i. ſalutem ei cōmiſit fideliū: decens reputabat quecunq ſpectant ad ſalutē illis oſtendere. Sciens etiam q a deo exiuit ⁊ ad deum vadit: nullatenꝰ eius gloꝛia minui poterat dū pedes diſcipuloꝝ ablueret: neq. n. gl̄iaʒ vſurpauit q enī dignitatē vſurpant: minime ꝯdeſcēdūt ne diſſipēt qd̄ i ꝯgrue ſibi diripuerūt. AV. Cū ergo illi pr̄ oīa dediſſet in manus: ille diſcipuloꝝ nō manus ſed pedes lauit: vt cum ſe ſciret a deo exiſſe ⁊ pergere ad deum: nō dei dn̄i ſʒ hoīs ſerui impleuit officiū. CHRY. Hoc autē dignū erat: eo q a deo exiuit: ⁊ ad deum vadit: vt vniuerſū conculcaret tumoꝛē: vnde ſequit. Surgit a cena ⁊ ponit veſtimenta ſua: ⁊ cū accepiſſet linteuʒ pꝛecinxit ſe: deinde miſit aquam in pel. ⁊ ce. la. pe. diſ. ⁊ exter. lin. quo erat pcīs. Uide qualiter humilitatē oſtendit nō ſolū in lauando pedes ſed etiā aliter: Non enī anteq̄ recumberet: ſed poſtq̄ reſederūt oēs: tunc ſurrexit: deinde nō ſolum lauit: ſed veſtimenta deponit linteū pꝛecinxit in peluim implet: ⁊ non aliū impleri iuſſit: ſed oīa operat oſtēdens q cum oī ſtudio opoꝛtet talia facere. ORI. Myſtice aūt pꝛādiū pꝛimꝰ cibus eſſe dignoſcit: ⁊ ante terminū diei ſpiritualis: qui i vita pꝛeſenti conſiderat: ⁊ his qui introducunt conueniens exiſtit: cena vero finalis ⁊ his qui iam vltra pꝓgreſſi ſunt apponit: aliter quoq poterit quis aſſerere pꝛandiuʒ foꝛe intentionē ſcripturarū antiquarū: cenam vero recōdita in nouo teſtamēto myſteria. Puto aūt q qui vna cū ieſu cenant: ⁊ in finali vite pꝛeſentis die ſecū conuiuantur: egent lauacro quodā non vtiq erga qd̄ pꝛimoꝝ vt ita loquar coꝛpoꝛis ⁊ aie ſʒ quo ad vltima ⁊ poſtrema que terre neceſſario herent. Dicit autē q cepit lauare pedes: nā poſtmodū lauit ⁊ finiuit lotura: quia pedes apoſtoloꝝ fuerunt contaminati: iuxta illud: Omnes vos ſcandalizabimini iſta nocte in me. Poſtea autem perfecit eos lauare: purgans eos vt vltra non fedent. AV. Poſuit autēʒ veſtimenta ſua: q cū in foꝛma dei eſſet ſemetipm̄ exinaniuit: pꝛecīxit ſe linteo: q foꝛmā ſerui accepit: miſit aquam in peluim vnde lauaret pedes diſcipuloꝝ: qui in terram ſanguinem fudit quo immundiciā dilueret peccatoꝝ. Linteo aūt quo erat pꝛecinctꝰ pedes quos lauerat terſit: qui carne qua erat indutus: euangeliſtarū veſtigia confoꝛtauit: ⁊ linteo quidem vt ſe pꝛecingeret poſuit veſtimenta q̄ habebat: vt autem foꝛmā ſerui acciperet: quādo ſemetipm̄ exinaniuit: non qd̄ habebat depoſuit: ſed quod nō habebat accepit: crucifigendꝰ ſane ſuis expoliatꝰ eſt veſtimentis: ⁊ moꝛtuus inuolutus eſt linteis: ⁊ tota eius paſſio noſtra purgatio eſt.

Uenit ergo ad ſimonē petrum. Et dicit ei petrus: Domine tu mihi lauas pedes? Reſpondit ieſus ⁊ dixit ei. Quid ego facio tu neſcis modo: ſcies aūt poſtea. Dicit ei petrus: Nō lauabis mihi pedes in eternū. Reſpondit ei ieſus: Si non lauero te: non habebis partem mecum. Dicit ei ſimō petrus: Domine non tantuʒ pedes: ſed et manus et caput. Dicit ei ieſus: Qui lotus eſt non indiget niſi ut pedes lauet: ſed ē mūdus totus. Et vos mūdi eſtis ſed non omnes. Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum: pꝛopterea dixit non eſtis mūdi omnes.

ORIGE. Sicut medicus pluriū egrotoꝛū intentꝰ curare ab his qui magis indigent: pꝛopꝛiam curam incipit ſic ⁊ chꝛiſtus qui fedos abluit pedes diſcipuloꝝ exoꝛdit ab his qui magis erant fedi: ⁊ ſic vltimo venit ad petruʒ quaſi minus aliis indigentē lotura pedum: vnde dicitur Uenit ergo ad ſi. pe. cui quodāmodo ad reſiſtendū pene munda pedum perſuadebat: vnde ſequitur: Et dixit ei petrus: domine tu mihi lauas pedes? AV. Quid eſt Tu: quid eſt Mihi? cogitanda ſunt potius q̄ dicenda: ne foꝛte quod ex his verbis aliquatenus quidem digne concepit aīa: non explicet lingua. CHRY. Uel ſi petrus pꝛimus erat: ſed credibile eſt pꝛoditoꝛem ſtultum exiſtentem ante eum recubuiſſe: qd̄ euangeliſta ſignificauit cuʒ dixit Cepit lauare: deinde venit ad petrū. THEO. Ex quo patet q non pꝛimitus lauit petrū ex ceteris vero diſcipulis nullus tētauiſſet ante petrum lauari. CHRY. Quereret autem vtiq quis quare nullus eum alioꝝ pꝛohi

buit:ſed ſolus petrus:quod non parui amoris ⁊ verecũdie erat. Ex hoc igit̃ mihi videt̃ primo ſolum proditorem lauaſſe:deinde ad petrũ veniſſe: ⁊ alios diſcipulos per eum de reliquo caſtigatos. Si enim quiſꝗ ex ceteris lauare cepiſſet prohibuiſſe dominuʒ: ⁊ dixiſſet que petrus dixit. ORIGE. Uel aliter: Omnes porrigebant pedes decernentes ꝙ tantus non irrationabilit̃ eorum lauaret pedes:ſolus aũt petrus nullam aliã cõſiderationem conferens:tanꝗ reuerens ieſum:nõ prebebat pedes ſuos ad lauandũ:ſepe enim ſcriptura deſignauit petrũ feruidum ad inſinuandum que ſibi viſa ſunt vtiliora ⁊ meliora.

AVGV. Uel aliter: Non debemus putare hoc petruʒ int̃ ceteros formidaſſe atꝗ recuſaſſe:cũ ⁊ id aliꝗ ante ipʒ libenter vel equanimiter fieri permiſiſſent: non enim ita intelligenduʒ eſt quaſi aliquibus iam lauiſſet: ⁊ poſt eos veniſſet ad primũ. Quis eni neſciat primũ apoſtolorum eſſe beatiſſimũ petrum:ſed ꝙ ab illo ceperit:quando ergo pedes diſcipulorũ lauare cepit:venit ad euʒ a quo cepit.i.ad petrum: ⁊ tunc petrus expauit:quod etiam quilibet eoꝝ expaueſceret. Sequitur: Rñ. ieſus ⁊ di. ei: quod ego fa. tu ne. modo:ſci. aũt poſtea. CHRY. i. humilitatem hui⁹ doctrine: ⁊ quomodo humilitas ſufficit in deum pducere. ORIGE. Uel inſinuat dñs ꝙ hoc erat myſterium. Lauando eni ⁊ exſiccando pedes eoꝝ: faciebat eos decores debentes euãgelizare boneſta:vt oſtendere valeant inter ſcm̃ ac pergere per eum qui dixit: Ego ſum via. oportebat autem lauari pedes diſcipulorum a ieſu deponente veſtimenta vt mundos pedes mundiores efficiat:vel immundiciã pedum diſcipulorũ ſuſcipiat in proprium corpus:per linteum quo ſolo precinctus manebat:ipſe naꝗ languores noſtros portauit. Attende etiaʒ ꝙ cum debeat pedes diſcipulorũ abluere:non aliud tempus eligit:ꝙ cum diabolus iam intrauerat in cor iude:vt eum proderet: ⁊ futura pro hominibus diſpenſatio imminebat. nam ante hoc non erat opportunũ pedes diſcipulorum lauari a ieſu. Quis enim pedum eorũ ſordicieʒ inter mediꝗ temporis vſꝗ ad paſſionem lauaſſet: ſed neꝗ tempore paſſionis:alter eni ieſus nõ aderat qui pedes eorum lauaret:ſed neꝗ poſt diſpẽſationẽ:illo naꝗ tempore ſpirituſcõ ſuperueniente eorũ loti ſunt pedes. Hui⁹ ergo myſteriꝗ dicit dñs petro:tu nõ es capax:ſed poſt hec noſces cum illud perceperis illuſtrat⁹. AV. Nec tamẽ ille dñici facti altitudine exterritus permittit fieri:qȯ cur fieret ignorabat:ſed vſꝗ ad ſuos pedes humilẽ chriſtuʒ videre non poteſt ſuſtinere. Nam ſequitur: Dicit ei petr⁹ non lauabis mihi pedes in eternum:hoc eſt nũꝗ hoc patiar. Hoc quippe in eternum non fit qȯ nũꝗ fit. ORI. Ex hoc aũt accipim⁹ exemplũ quoniã poſſibile eſt quẽꝗ ſm purũ propoſitũ dicere ꝓpter ignorantiã qȯ ſibi non prodeſt. Petrus eni ignorans hoc eſſe cõueniens:primo quidẽ quaſi dubitans ſuauiter dixit: Dñe tu mihi lauas pedes:ſecũdo. Non lauabis mihi pedes in eternũ: quod erat prohibitũ operis perducentis eũ ad habendũ partem cum ieſu in quo etiam non tãtũ ieſum arguit incõuenienter lauantẽ pedes diſcipulorũ:ſed etiam condiſcipulos indecenter ſuos pedeſ porrigẽtes:cũ ergo nõ eſſet expediens petro propriũ reſponſũ:non permiſit illud dñs verificari. nam ſubdit: Rñdit ei ieſus: Si nõ lauero te:nõ ha. partẽ mecũ. AV. Ita dictũ eſt: Si nõ lauero te: cum de ſolis pedib⁹ ageret quõ dici ſolet: calcas me quando ſola planta calcat. ORI. Qui aũt recuſant hec ⁊ ſimilia tropologiſare dicãt:quõ probabile eſt eum qui ob reuerentiã ieſu dixit: Nõ la. mihi pe. in eter. non habituruʒ partẽ cum dei filio:ꝓpter nõ lauare pedes ab eo:ſicut ꝓpter imane ſcelus: ⁊ ideo preſtãdi ſũt pedes. i. mentis affectus lauandi a ieſu vt ſint pedes noſtri decori: ⁊ preſertĩ cuʒ emulantes potiora dona volum⁹ annumerari eis qui euangeliçãt bona. CHRY. Ideo aũt nõ dixit cui⁹ gratia hoc faciebat:ſed min⁹ impoſuit:q illle nequaꝗ perſuaſus eſſet:audiens eni: Scies aũt poſtea:nõ dixit doce igitur me vt permittã:ſed quãdo cõminat⁹ eſt id qȯ maxime timebat. ſ. ſeparari ab eo tunc permiſit. ORIGE. Hoc dicto vtamur cõtra eos qui indiſcretius ſe facere ſtatuerũt quod eis non prodeſt:nam oſtendẽdo illis ꝙ non ſũt habituri partẽ cum ieſu:dum preſumptuoſũ decretũ obſeruant admonebim⁹ illos ne in morent male decretis:etiã ſi iurciurãdo ex multo impetu illud firmauerit. AV. At ille amore ⁊ timore perturbat⁹:plus expauit chriſtum ſibi negare:ꝙ vſꝗ ad ſuos pedes humiliari:vnde ſequit: Di. ei ſi. pe. do. non tñ pe. me. ſed manus ⁊ ca. ORI. Manus aũt lauare nolebat ieſus contẽnẽs que dicebant qm̃ diſcipuli tui non lauant manus cum panẽ manducãt caput aũt ſubmergi nolebat:in quo imago ⁊ gloria patris extiterat:ſatis eſt autẽ ei vt pedes:lauandos porrigeret vnde ſequit: Di. ei ieſus: q lo. eſt:nõ indi. niſi vt pe. la. ſed eſt mun. to. AV. Totus vtiꝗ preter pedes:vel niſi pedes quos habet opus lauare: hõ eni in baptiſmo totus abluitur non preter pedes:ſed totus omnino: veruntñ cũ rebus humanis poſtea viuit:vtiꝗ terra calcatur. Ipſi igit humani affectus ſine quibus in hac mortalite non viuit: quaſi pedes ſunt:vbi ⁊ humanis rebus afficimur:vt ſi dixerimus:quis peccatũ non habemus:noſipſos decipiamus. Si aũt confitemur peccata noſtra:q pedes diſcipulorum lauit:nobis peccata dimittit: vſꝗ ad pedes quib⁹ conuerſamur in terra. ORIGE. Impoſſibile aũt puto non contaminari extrema aie ⁊ infima eius: quãꝗ quo ad homines perfect⁹ quis eſſe putet:plurimi autẽ ⁊ poſt baptiſmũ implent puluere ſcelerũ vſꝗ ad verticẽ: q vero legitime diſcipuli chriſti ſũt:erga ſolos pedes indigẽt lauatione. AV. Ad ſeleucia. Ex hoc autẽ qȯ hic dicit intelligit ꝙ iam petrus babtizat⁹ fuerat:intelligim⁹ eni et⁹ diſcipulos per quos baptizabat iam fuiſſe baptizatos:ſiue baptiſmo iohannis ſicut nõnulli arbitrant: ſiue quod magis credibile eſt baptiſmo chriſti. Neꝗ eni renuit miniſteriũ baptizãdi:vt haberet baptizatos ſeruos ꝑ quos ceteros baptizaret:qui nõ defuit humilitatis miniſterio quando eis pedes lauit. vnde ſequit: Et vos mũ. eſtis:ſʒ non oẽs. AV. Hoc quid ſit:ne queramus ipſe euangeliſta patefecit adiũgens: Sci. eni quiſnam eſſet qui tra. euʒ ꝓpte. di. Non eſtis mũ. oẽs. ORI. Quod ergo dicit. Uos mundi eſtis:refert ad xi. qȯ vero ſubdit: Sed non oẽs. dicitur ꝓpter iudã exiſtentẽ imundũ. primo quidem quia pauperes nõ erant ſibi cure:ſed fur erat:demũ diabolo ingreſſo in cor eius vt proderet chriſtũ. Lauat autẽ pedes poſtꝗ mundi erãt qm̃ gratia tranſcẽdit neceſſitatẽ ⁊ ſicut dicit ioannes: Mund⁹ mundificet adhuc. AV. Uel q ipſi diſcipuli cum loti eſſent: nõ op⁹ habebãt niſi pedes lauare:q dum in iſto ſeculo viuit hõ:humanis affectibus terrã velut pedibus calcas contrahit. CHR: Uel aliter: Nõ dicit eos mũdos:vt a peccatis erutos eſtimes:victima nõdũ oblata:ſed eã q cognitionis eſt mundationẽ dicit:iam eni ab errore iudaico eruti erant.

Poſtꝗ ergo lauit pedes eorum: accepit veſtimenta ſua: ⁊ cum recubuiſſet iteꝝ dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Uos vocatis me magiſter ⁊ dñe: ⁊ bñ dicitis: Sũ eteni. Si ergo ego laui pedeſ vr̃os dñs ⁊ magiſter: ⁊ vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exẽplũ eni dedi vobis:vt queãdmodũ ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Amẽ amẽ dico vobis:nõ ẽ ſeruus maior domino ſuo:neꝗ apoſtolus maior eſt eo qui miſit illum. Si hec ſcitis beati eritis ſi feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego ſcio quos elegerim. Sed ut adimpleatur ſcriptura: Qui manducat mecũ panem leuabit contra me calcaneũ ſuum. Ammodo dico vobis



vobis priuſꝗ fiat ut cum factum fuerit credatis: quia ego ſum. Amen amẽ dico vobis. qui accipit ſiquẽ miſero: me accipit. Qui autem me accipit. accipit eum qui me miſit

AV. Memor dñs ſe promiſiſſe ſcientiã facti ſui petro dicẽs. Scies aũt poſtea qd ſit qȯ fec̃ docere nũc incipit. vñ dicit: Poſtꝗ g la. pe. eoꝝ: acce. ve. ſua ⁊ cuʒ recu. ite. di. eis: Sci. quid fe. vo. ORI. Quid: vel interrogatiue proferat vt oſtẽdat facti magnitudinẽ. vel iperatiue vt eorũ erigat intellectũ. ALCV. Myſtice aũt impleta redẽptionis noſtre purgatõe ꝑ ſanguinis ſui effuſionẽ accepit veſtimẽta ſua:tertia die de ſepulchro reſurgẽs: ⁊ eodem corpe iã imortali veſtit⁹ ⁊ cũ recubuiſſet aſcẽdẽs in celuʒ in dextera prĩs diuinitatis recũbẽs: inde ventur⁹ eſt ad iudicãdũ. CHRY. Nõ aũt adhuc ad ſolũ petrũ ſʒ ad oẽs loquit. d. Uos vo. me ma. ⁊ do. in quo eorum iudicium aſſumit:deinde vt nõ illorũ gratie eſſe putẽt:hec ṽba ſubiũgit: Et bñ di. ſum eteni. AV. Hoi preceptũ eſt: Nõ te laudet os tuũ:ſʒ laudet te os ꝓximi tui. ꝑiculoſum eſt eni ſibi placere:cui cauẽdũ eſt ſuperbire. Ille aũt q ſuper oia eſt ꝙtũcũꝗ ſe laudet:nõ ſe extollit excelſius. Nec põt recte dici arrogãs de⁹:nobis naꝗ expedit deũ noſſe:nõ illi nec eũ qſꝗ cognoſcit:ſi nõ ſe indicet ipſe q nouit. Si ergo nõ ſe laudãdo quaſi arrogãtiaʒ vitare voluerit: nobis ſapientiã denegabit. Quõ aũt arrogãtiã vitas timet: Et qdẽ ꝙ magiſtrũ ſe dicit: nemo reprehenderet etiã qui eũ nihil aliud ꝙ hominẽ crederet: quoniã id profitet qȯ ⁊ ipſi hoies in qbuſlibet artib⁹ vſꝗ adeo ſine arrogãtia ꝓfitent:vt profeſſores vocent. ꝙ vero dñm diſcipulorũ ſe dicit. cũ ſint ſm ſeculũ ingenui. quis ferat in hoie: Sed cũ deus loquit. nulla eſt elatio tãte celſitudinis. nullũ mẽdaciũ vitãdis:nobis ſubiacere vtile ẽ illi celſitudini ſuire veritati. Ideo bñ ergo dicitis:vocãdo me mgr̃m ⁊ dñm: q ſũ. nã ſi nõ eſſem qȯ dicitis:male diceretis. ORI. Et illi qdeʒ nõ bñ dicũt. Dñe qb⁹ dicet: Diſcedite a me q operamini iniqtatẽ:ſʒ aplĩ bñ dicũt: Magiſter ⁊ dñe. nõ eni eis nequitia dñabit:ſʒ verbuʒ dei. Sequit. Si ergo ego la. pe. ve. dñs ⁊ ma. ⁊ vos de. al. alte. la. pe. CHRY. A maiorib⁹ rebus accipit exẽplũ vt qȯ min⁹ eſt operemur. nã ipſe qdẽ dñs eſt:nos aũt ad conſeruos facim⁹ ſi fecerim⁹. Et ideo ſubdit: Exemplũ eni de. vo. vt queãd. ego fe. vo. ita ⁊ vos fa. BEDA. Primum dñs egit factis quod poſtmodũ docuit verbis ſm illud: Ce. ie. fa. ⁊ do. AV. Hoc eſt beate petre qȯ neſciebas hoc tibi poſtea ſciendũ ꝓmiſit. ORI. Cõſiderandũ ṽo eſt:ſi neceſſariũ ẽ quelibet volentẽ diſciplinã ieſu ꝑficere:velut debitũ opus proſequi lauacrũ ſenſibilium pedum: ꝓpter hoc dicit: Debe. adin. la. pe. Sed hic mos vel nõ fit:vel admodum raro.

AV. Eſt eni apud pleroſꝗ cõſuetudo hui⁹ humilitatis cũ ſeinuicẽ hoſpitio ſuſcipiũt: ⁊ faciũt hoc ſibi inuicẽ fratres:etiã ope ipſo viſibili. Multo eni melius eſt ⁊ ſine cõtrouerſia verius:vt etiã manib⁹ fiat:ne dedignet qȯ fecit chriſt⁹ facere chriſtian⁹. Cũ eni ad pedes fratres inclinat corp⁹ etiã in corde ipo excitat:vel ſi iam inerat:ꝯfirmat humilitatis affect⁹. Sed excepto hoc morali intellectu: nũquid etiã frater fratrẽ a delicti poterit cõtagione mundare: Sed cõfiteamur inuicẽ delicta nr̃a:inuicẽ nos delicta donem⁹: ⁊ ꝓ nr̃is delictis inuicẽ orem⁹:atꝗ ita quodammodo inuicẽ pedes nr̃os lauem⁹. ORI. Uel aliter Hoc lauacrũ ſpũale pedũ de quo dictũ eſt: principaliter quidẽ a nullo niſi a ſolo ieſu põt effici:ſecũdario ṽo a diſcipulis eius quib⁹ dixit: Uos debe. adin. la. pe. Ieſus eni lauit pedes diſcipuloꝝ inquantũ magiſter: ⁊ ſeruoruʒ in eo ꝙ dñs. Hic aũt eſt finis magiſtri vt diſcipulũ faciat ſicut ſe:qȯ de ſaluatore appet:qui pre ceteris magiſtris ⁊ dñis vult vt fiant eius diſcipuli qſi magiſter ⁊ dñs:nõ habentes ſpiritũ ſeruitutis ſed ſpm̃ filiatiõis: in quo clamat Abba pater. Prius ergo ꝙ fiant ⁊ magiſter ⁊ dñs: egẽt lauacro pedũ:velut inſufficiẽtes diſcipuli: ⁊ adhuc ſapientes ſpiritũ ſeruitutis. Cũ aũt aliqs eoꝝ ſtatũ magiſtri attigit ⁊ dñi:tũc imitari poterit eũ q lauit diſcipulorũ pedes ac lauare pedes per doctrinã quaſi magiſter. CHRY. Adhuc aũt prouocãs eos ad lauandũ pedes ſubiungit: Amẽ amẽ di. vo. Nõ eſt ſer. ma. do. ſuo:neꝗ apo. maior eo qui mi. illũ. q. d. Si ergo hec a me facta ſũt:multo magis a vobis oportet hec fieri. THEO. Neceſſario ẽt hic aplos admonet:q eni ad dignitates habebãt attingegere: ⁊ hic qdẽ maiores hic minores:ne inſurgãt adinuicem:ſerenat cõſciẽtiã oiuʒ. BEDA. Quia ṽo ſcire bonũ: ⁊ nõ facere nõ pertinet ad beatitudinẽ: ſed ad cõdẽnationẽ:ſm illud: Sciẽti bonũ ⁊ nõ faciẽti:peccatum eſt illi. ſubiũgit: Sic hec ſci. be. eri. ſi fe. ea. CHRY. Nã ſcire qdẽ oiuʒ eſt:facere ṽo nõ oiuʒ deinde ꝓditorẽ nõ manifeſte redarguit:ſʒ obũbrate:cũ ſubdit: Nõ de oib⁹ vobis dico. AV. q. d. Eſt int̃ vos q nõ erit beat⁹:neꝗ facit ea Ego ſcio quos elegeri. Quos niſi eos q beati erũt faciendo q ꝓcepit. Nõ eſt igit iudas elect⁹: qd eſt ergo qȯ alio loco dicit: Nõne ego vos duodeci elegi:an ipſe ad aliqd eſt elect⁹:ad qȯ erat vtiꝗ neceſſari⁹:nõ aũt ad beatitudinẽ:de q dicit: Bti eritis ſi feceritis ea. ORI. Uel aliter: Nõ recte exiſtimo poſſe referri qȯ dicit: Nõ de oib⁹ vobis dico:ad hoc qȯ dictum eſt: Beati eritis ſi feceritis ea. Totũ eni hoc ⁊ de iuda ⁊ de quolibet alio verũ eſt dicere Beat⁹ talis ſi fecerit hoc. Reducem⁹ aũt hec ad illud dictũ: Nõ eſt ſer. ma. do. ſuo:nec apo. ma. eo qui mi. illum. Iudas eni cũ eſſet ſeruus peccati:nõ erat ſeru⁹ diuini verbi:nec apls diabolo ingreſſo in cor ei⁹:cũ ergo dñs nouiſſet q ſũt ſui:alienos a ſe nõ nouit:ꝓpter qȯ nõ ait. Ego ſcio cũctos pñtes: ſʒ ego ſcio quos elegeri. q. d. electos meos noui. CHRY. Deinde vt nõ multos ꝯtriſtet ſuo ſermone ſubiũgit: Sed vt implea. ſcrip. q mãdu. me. pa. le. cal. ſuũ cõtra me:oñdens ꝙ nõ ignorãs trahit:qȯ maxime ſufficiẽs erat iudã retinere: ⁊ nõ dixit: Tradet me: ſed leuabit cõtra me calca. ſuũ:dolũ ⁊ occultationẽ inſidiarũ repreſentare volẽs. AV. Quid eſt eni: Leuabit calcaneũ ſuũ ſuper me. niſi conculcabit me:in quo iudas traditor eius attingit. CHRY. Dicit aũt. Qui manducat mecũ panẽ. i. qui a me nutrit⁹ eſt:qui mea mẽſa cõicauit vt ſi quãdo a famulis aut aliquibus vilioꝛib⁹ patiamur aliquid malũ. nõ ſcandalizemur:reſpiciẽtes inde exẽplũ qui infinitis potit⁹ bonis:in cõtrariũ remunerauit bñfactorem. AV. Illi ergo qui electi erãt mãducabãt dñm: ille mãducabat panẽ dñi ꝯtra dñʒ. illi vitã:ille penã. Qui eni mãducat indigne ait apls:iudiciũ ſibi mãducat. Sequitur: Ammõ di. vo. priuſꝗ fiat:vt cũ fcm̃ fu. cre. q ego ſuʒ de quo. ſ. illa ſcriptura ꝓceſſit. ORI. Nõ aũt dcm̃ ẽ apoſtolis: Ut credatis. qſi nõ credẽtib⁹:ſed dictũ eſt tãꝗ eqpolleat ei:qȯ eſt vt credẽtes operemini:perſeuerãtes in credulitate:nec aliquã occaſionẽ ad repulſã captãtes ſup ea eni q obtinebãt diſcipuli ad fidẽ facientia: hoc etiã adepti ſũt videre ꝑfici ſcripturã predictã. CHRY. Quia ergo diſcipuli eximii erãt ad ꝑdicandũ ⁊ multa paſſuri duob⁹ modis eos cõſolat:vno modo a ſeipo cũ dicit: Bti eritis ſi fe. ea. alio ṽo mõ ꝯſolat⁹ ẽ eos ab aliꝗs eo. ſ. ꝙ ab hoib⁹ multa potient ꝓcuratiõe:vñ ſubdit. Amẽ amẽ dico vo. q acci. ſiquẽ mi. me acci. q aũt me ac. ac. eum qui mi. me.

